PUBLII OVIDII NASONIS IBIS.

CUM INTEGRIS
JACOBI CONSTANTII FANENSIS,
JACOBI MICYLLI, HERCULIS CIOFANI,
DIONYSII SALVAGNII BOESSII,
DAN. ET NIC. HEINSIORUM,
ET EXCERPTIS ALIORUM NOTIS:
QUIBUS SUAS ADJECIT
PETRUS BURMANNUS,
UT ET
APPENDICEM OVIDIANAM,
VITAS OVIDII,
ELOGIA
ET
DEDICATIONES ET PRAEFATIONES
DOCTORUM VIRORUM
ADDENDA ET TRES INDICES.

TOM. IV.

AMSTELODAMI,
APUD JANSSONIO WAESBERGIOS.
M.DCC.XXVII.

P. OVIDII NASONIS

IBIS.

Cum commentario perpetuo

DIONYSII SALVAGNII BOESSII,

Et aliorum notis.

DIONYSII SALVAGNII BOESSII,

EQUITIS DELPHINATIS,

IN OVIDII IBIN.

PROLEGOMENA.

CAPUT I.

Multos huic Poëmatio manus admoviſſe, nonnulla tamen in eo ſupereſſe, quibus enodandis Oedipo vel Sibylla ſit opus.

QUum primùm animum ad Ovidii libellum in Ibin enarrandum appuli, nihil mihi prius atque antiquius fuit, quam ut omnium, qui de hoc libello bene meriti eſſent, Commentarios undique perquiſitos evolverem. Enimvero plurimi tum noſtra, tum patrum & avorum memoria, in hoc Poëmatio, tanquam in Olympico ſtadio non citra pulveris tactum deſudarunt. Quorum vetuſtior ἄδηλος caeteris facem praetulit, ſed *ejus ſcrinia*, inquit Adrianus Turnebus Adverſar. lib. IX. cap. 25. *Alii Interpretes compilarunt, & ſcripta, etſi mendoſa, unde tamen multa odorari poteramus, ſuppreſſerunt.* Nos illum tamdiu deſideratum in lucem edemus. Sed enim quia foedis gloſſematis ac ſuppoſititiis Authorum teſtimoniis inquinatus eſt, aurum ex ejus ſtercore colligendum. Anno vero ſupra milleſimum quater centeſimo nonageſimo quinto, Domitius Calderinus Veronenſis, in id toto pectore incubuit: Vir quidem plurimae in litteris induſtriae, qui cum Romae profiteretur, & obſcura duriorum Poëtarum ſenſa reconditae lectionis admirabili teſtimonio dilucidaret, litterarii ſplendoris aſſertor, ac omnis obſcuritatis illuſtrator, acclamatus eſt, uti Paulus Jovius in ejus Elogio prodidit: nec minus vere Henricus Stephanus Epiſtolà ad Ludovicum Caſtelvetrum, quae praefixa eſt editioni ſuae Libri Jani Parrhaſii de rebus per Epiſtolam quaeſitis, *Age*, inquit, *tu quicunque Beroaldi, aut*

Domitii scripta non unius assis, prae iis quae hodie eduntur, aestimanda sunt; quid fuit Beroaldo, ac Domitio aliisque hujusmodi Magistris scribi ab eorum posteris potuisse arbitraris? Neque enim solum Domitius hunc Ovidii Ibeidem, sed etiam Ciceronis Epistolas, Martialem, Juvenalem, Papinii Silvas, Suetonium, & quosdam alios Scriptores enarravit. Denique tot tantaque edidit, ajebat Egnatius, quot quantaque in hoc genere ad hanc diem nemo. Eo factum est, ut acerbas cum aemulis frontibus exercuerit, à quibus piperatis literulis perstrictus fuit, quoti ibi comparatam authoritatem retinere quávis ratione & arte contenderet: atque ita crudos ingenii sui foetus emittere coactus sit, quibus provectior aetas proculdubio maturitatem attulisset. Quippe *authoritas tam magnae fuit*, inquit Angelus Politianus Miscellan. cap. 9. *Ut Romae inter Professores juvenis adhuc primam celebritatem sibi vindicaverit, cujus tuendae ac retinendae gratia factum compluries putatur, ut in suis operibus frontem perfricuerit, & per aequa, per iniqua [illegible] ex fide quaepiam retulerit; nonnulla etiam male [illegible] speciem quidem primorem veri habentia, magno [illegible] dispendio patentibus ignorabilibus implicuerit, & pulverem, [illegible] offuderit; aut ficubi major difficultas, nec absistens, [illegible] Lectoris elaserit. Ita, dum nescire se nihil probare [illegible], etiam Populis alignotes & Crescensibus mendacior invenitur.* Idem Politianus *Anthropologiae*, lib. XXI. dignum eum, ut [illegible] Quintilianus ait, vita longiore, ingenio tamen meliore existimavit. Cum enim tricesimumquartum aetatis annum attigisset, Romae pestilentia, vel ut Jovius author est, febre correptus obiit. Ille ipse est, quem de facrificio Ilo, quod Gregorius Nazianzenus *ἀναίμακτον θυσίαν* [illegible] *sacrum sabbatum* vocant, male sentientem politissimus ille Politianus hoc Epigrammate facetissime tradiit:

Anta Marsilius Missam, missam facis illam
Tu Domiti, magis est religiosus uter?
Quis dubitet? tanto es tu religiosior illo,
Quanto audire minus est bona, quam facere.

Dictum autem referre, quod de eo Ludovicus Vives *lib. 2. de Veritate Fidei*, in hanc rem prodidit, ne pias Christiani Lectoris aures laeserim. Quorum non multo post eandem provinciam suscepit Christophorus Marcellus Jullinopolitanus, cui transversum ungueni à veteris Interpretis sententia discedere religio est: Qua etiam tempestate; nempe anno millesimo quingentesimo decimo sexto, Andreae Naugerii Annotationes, *De diversitate Lectionum*, in omnia Ovidii opera Venetiis prodierunt. Idem populo, Jodocus Badius Ascensius in Domitii verba juratus, hunc li-

libellum tironibus enarravit. Fuit ille Typographus, & in illa, tum celeberrima Lutetiae *ἐν ἀνωφέλῃ ἐπιστήμῃ* Academia, Grammatices Professor, ubi familiares, ut ipse loquitur, expositiones in Authores, cum veteres, tum recentes, prope innumerabiles edidit. Quin etiam Baptista Egnatius Venetus, vir aetate sua magni nominis, brevibus suis Notationibus non parum caliginis inde sustulit. Post illum Guido Morillonus, quem Adrianus Junius virum multijuga doctrina, & omnifaria lectione, atque humanitatis & Philosophiae omnis *ἀφορμὴν ἢ χόρηγον* vocare non dubitavit, cujusque eruditionem Petrus Nannius *initio lib.* v. *Miscellan.* magnis laudibus extollit, hoc Opusculum extremis digitis attigit. Deinde Jacobus Micyllus Argentinensis, accurato vir ingenio, aliquas Observationes addidit, quibus non mediocrem laudem meruit. Hic Micylli nomen retinuit, quod puer scite personam egisset Micylli, unius ex interlocutoribus in Dialogo Luciani, qui *ὄνειρος ἢ ἀλεκτρυών* inscribitur: Ovidianorum autem Operum recensione & variis Luciani Latine redditis, tum poësi, & duobus Arithmetices Logisticae libris, exemplis admodum utilibus illustratis, nominis sui decus ad posteros propagavit. Heidelbergae obiit anno 1558. relictis duobus filiis disparis sortis, Julius enim Cancellarius fuit Ludovici Electoris Palatini, alter vero sartor erat Heidelbergensis. Tum Franciscus Sanctius Broccensis huic chartae impalluit, & aliquid in eam non parvi momenti contulit. Accesserunt Gregorii Berfmanni, Constantini Fanensis, & Herculis Ciofani Sulmonensis Scholia; eosque secutus est Didacus Mexia Hispalensis, qui apud Mexicanos Indos hoc Poëmation in Hispanam linguam traduxit, & Annotationes vernaculas adjecit, editas Hispali anno 1608. quas humanitati debemus Jacobi Mantelli hominis exquisita doctrina. Vidimus & quae Joannes Grejonius, itemque Jacobus Andrevius Lutetiae, magno discipulorum plausu dictasse feruntur; hic anno 1584. ille 1571. Sed in illis merus Domitius, praeterea nihil. Postremo Valerius Andreas Desselius plurima lectione exercitus non poenitendam operam in hac Sparta ornanda collocavit, editis anno 1618. locupletibus Notis. Nec sine piaculo praetercam Antonium Urceum Codrum, Janum Parrhasium, Angelum Politianum, Andream Alciatum, Baptistam Pium, Paulum Leopardum, Adrianum Turnebum, Josephum Scaligerum, Didacum Covarruviam, Afflemium, Hartungum, Lipsium, Schottum, (Jupiter quos viros,) qui vel in Adversariis & Miscellaneis dedita opera, vel in aliis Opusculis obiter quosdam Nasonis locos excusserunt, ut vere de hoc Poëmatio dici possit, *Cui non dictus Hylas?* Suppudeat autem, *me quoque Principibus permissum agnoscere Achivis*, cui si paterna res administranda foret, aetatis venia non daretur. Et vero post tot eruditionis spectatae viros in eandem

dem palaestram descendere, hoc revera est post Roscium in scena vestis gestum agere; sed quia jacta est alea, efficiendum est, ne mihi jure novum opus nuncietur, aut interdicto quod vi, aut clam mecum agi possit. Neminem laude sua fraudabo, nobilis enim mihi semper visa est lex illa Laurentium, NE POMUM EX ALIENO. Itaque praecipuus hic nobis scopus ob oculos erit, ut quae obscuriora, nec dum cuiquam explicata sunt, quoad ejus fieri poterit, illustratum eamus. Excusorum etiam librorum maculas manu Scriptorum ope, aut certe ipsi de ingenio eluamus. Prima quidem editione Observationum nostrarum difficiliora quaedam loca saluatim selegeramus. Planiora & quae ab aliis enucleata sententia transmiseramus. Nunc hortatu virorum acri judicio, uberiorem & perpetuum Commentarium damus, ne alio quaerenda sit fabularum minus obviarum enarratio. Quanquam ne sic quidem nos omnes huiusce libelli salebras explanaturos pollicemur, ut quivis deinceps inoffenso pede quacumque progrediatur; id enim pleniorem, quam aetas nostra ferat, eruditionem postulat. Deinde multa sunt in eo, quae *nisi Sibylla legerit*, ut sit apud Plautum Pseudolus, *interpretari alium posse reor neminem*, cujusmodi sunt illa:

Aut velut Europali qui sceptrum cepit ab illo,
Sint arius avidis anguibus esca tui.

Et illa:

Aut pia te caeso dicatur adultera, sicut
Quá cecidit Leucon vindice, dicta pia est.

Item illa:

Æthalon ut vitá spoliavit Isidius hospes,
Quem memor à sacris nunc quoque pellit Io.
Utque Melantheum tenebris à caede latentem
Prodidit officio luminis ipsa parens.

Et similia, quorum interpretatio petenda esset ab illis Scriptoribus, qui temporis injuria amissi, triste nobis & acerbum sui desiderium reliquerunt. Hic enim fabulae quaedam sive historiae tanguntur, quarum apud unum duntaxat Authorem mentio est, quem si forte desiderari contigisset, de earum enarratione proculdubio actum esset. Nimirum Achaei supplicium cujus meminit Ovidius *versu* 301. unus Polybius commemorat. Pyrrhi Achillis filii reliquias per Ambraciae vias disjectas esse, Hygino soli cum Nasone convenit. De Eurydamante à Simone Lariflaeo circa Thrasylli tumulum raptato, praeter Ovidium & Didy-

Didymum Homeri Scholiasten ad Iliad. ϰ, nemo quicquam memoriae prodidit. Thasum etiam à canibus laceratum Naso duntaxat & Hyginus retulerunt. Item carmen 507. ab unico Diodoro illustratur, ut & versus 531. ab Epigrammate ἀδήλῳ lib. 3. Anthologiae, ut credibile sit, quaedam hic esse obvia, quae si quis alibi querere velit, operam, credo, omnem luserit. Sic apud Lycophronem, historiae quaedam extant, quas nemo alius attigit, ut Prylis, Midae; & vocabula non pauca, quibus praeter eum nullus usus est, qualia φύλαρϑος, λάφυς, πέρα, πέλας. Ejus tamen Alexandram, sive Cassandram quamvis tenebricosam Poëmatio nostro obscuriorem esse Domitius non concedit. Sic enim Peroratione Commentariorum suorum: *Lycophronis carmen legimus saepe, in quo argumento quidem Ovidio grandior, sed verbis apertior nobis videtur; & caeci qui illum interpretantur, in tanta praesertim librorum copia. Non tam enim per conjecturam fabulae, ut apud illum indagandae fuerunt, quam colligendae à diversis Auctoribus scriptae.* Quamobrem nemini mirum videri debet, si tot Ovidianae mentis Interpretes, in plerisque locis veluti in circo Andabatarum more decertamus. A versu nimirum 255. unde Naso fabulas & historias auspicatur, ad versum 645. qui libelli postremus est, triginta supra ducentas memorantur. Interdum uno disticho tres continentur, interdum quatuor, ut illo:

Ut fuit Oetaeo quondam, generoque draconum,
Tisamenique patri, Callirhoësque viro.

Ita ut Ovidianum hoc Poëmatium fabularum Officina vere dici possit. Causa vero à nobis suo loco afferetur, cur Ovidius obscuritati studuerit; sed & ante illum Cinna Poëta, Virgilii praeconio celebratus, Smyrnam, poëma obscurissimum, elaboravit, quod cum vulgo non intelligeretur, Crassitius Grammaticus Commentario luculento in ipsum edito, adeo inclaruit, ut hoc Epigramma de eo scriptum sit, teste Suetonio libro de Illustribus Grammaticis:

Uni Crassitio se credere Smyrna probavit,
Desinite indocti conjugio hanc petere.
Soli Crassitio se dixit nubere velle,
Intima cui soli nota sua extiterint.

Smyrnam autem novennii opus fuisse Catullus & Quintilianus prodiderunt. Quo fortasse respexit Horatius in Epistola ad Pisones, cum praecipit, duratura poëmata in nonum annum premenda esse; Nec omisserim anti-

antiquissimos Poëtas, de industria obscuritatem affectasse, ut Æschyli Scholiastes notavit ad Προμ. δεσμ. his verbis: οἱ παλαιοὶ τὰ ποιήματα αὐτῶν, πολλοὶ τῷ ἀδηλοῦν γεγράφασιν, ὅτιμον δ' καθόλου φανερῶς ἐκφῆναι τὸ λόγον.

Caput II.

Germanus huic Opusculo titulus assertus.

A Viverpiensis editio arida modo pumice Valerii expolita, hoc titulo circumfertur, *P. Ovidii Nasonis Dirae in Ibin*, quemadmodum egregium illud Poëmation, cujus Auctorem esse Valerium Catonem Grammaticum perspicaciores existimant. Verum ne Dii sinant, ut ab Epigraphe recepta deflectamus, nisi libros omnes tum excusos, tum exonatos valere jubeamus; nisi denique Nasoni ipsi affingamus, qui se hoc Opusculum, Libellum in Ibin inscripsisse liquido testatur *vers.* 51. in hunc modum:

Et neque nomen in hoc nec dicam facta libello.

Iterum *versu* 461.

Haec tibi tantisper subito sunt missa libello.

Qua dictione Poëmatia quaeque proprie designantur. Sic enim Ausonius Griphum suum de Ternario numero indigitat: *Latebat inter nugas meas libellus ignobilis*: paulo post, *igitur iste nugator libellus tamdiu secretus quidem, sed vulgi lectione laceratus pervenit tandem in manus tuas.* Idemque Protrepticon suum de puerili studio libellum nominat Epistola ad Hesperium: *Libellum, quem ad nepotulum meum, sororis tuae filium, instar Protreptici luseram, venturus tibi praemisi legendum.* Sic etiam Papinius Silvulas suas *Libellos* appellat, *Praefatione, lib.* 1. *ad Stellam.* Rursus *Praefat. lib.* 2. *ad Meliorem Atedium.* Iterum *Praefat. lib.* 3. *ad Pollium*, & *lib.* 4. *Hendecasyl. ad Plotium.* Quin etiam juriconsulti ea carmina, quibus alicujus fama proscinditur, cujusmodi sunt ista Ovidiana, *famosos Libellos* vocant. Haec autem minora fortasse videbuntur, quam ut animadversione digna essent. Parum enim Reipublicae literariae interest *Dirae* ne, an *Libellus* hoc Poëmation inscribatur: verum legitimam scriptionem atque ipsam Nasonis manum immutare nulli per me licebit. Ut ut sit, Nasonis votum omne in malis, monstris, morbis, exiliis, suppliciis, plagis, mortibus, cujusmodi carmen *Diras* appellabant; quod illae scilicet ultrices Deae putarentur, quarum numina precibus in hostium, aut inimicorum perniciem evocarentur. Priscum illud quidem, atque in scenis primum agitatum, mox ad recentiorum animos accommodatum, ut observatum est à Julio Scaligero *lib.* 1. *Poëtices*, *cap.* 53. Exornatur autem, ut ipse ait, sententiis non vulgaribus, & variis historiarum ambagibus, qualia scripsit Ovidius in Ibin. In Horatii Epodo aliquid imaginis est. Expressior apud Catullum in Ariadnae conquestione & in quarto Æneidos. Item quae fundit Statianus Oedipus, sumpta de Graecis Tragicis, ut & Senecae Theseus ex Euripide.

Caput III.

Argumentum libelli. Quare Callimachus Apollonium Ibidis nomine devoverit, contra Minutiani, Alciati, Bisciolae, & aliorum sententiam. Joannis Meursii lapsus. Philippicae. Alia scitu digna.

Ovidius hoc libello nescio quem sub Ibidis nomine graphice exornatum Diris devovet. Causa triplex ab ipsomet affertur. Ibis Ovidii nomen ubique maledictis lacerabat, ipsumque in invidiam atque odium apud Augustum vocabat, quo diutius Tomis exulantem remorarctur; Tum ejus uxorem importune sollicitabat. Praeterea Ovidii fortunis inhians, ipsum ad extremam inopiam redigere conabatur. Omne votum in suppliciis & mortibus, ut modo dicebam; idque Callimachi imitatione, qui in Apollonium Rhodium Argonauticorum Scriptorem, Ibidis nomine notatum, libellum scripsit, de quo Suidas in Καλλίμαχος. Ἔστι δὲ ποίημα ἐκπεπονημένον εἰς ἀσάφειαν καὶ λοιδορίαν εἴς τινα Ἴβιν φούρνον ἐχθρὸν τοῦ Καλλιμάχου. Ὃν δὲ ἔτος Ἀπολλώνιος ὁ γεγράφας τὰ Ἀργοναυτικά. *Est autem Poëma de industria compositum obscure, continens contumeliosam infectationem in quemdam Ibin, qui fuerat inimicus Callimachi. Erat autem hic Apollonius, ille qui Argonautica scripsit.* Quare dejerare ausim Callimachi manes, eundem Apollonium esse, quem ille Hymno εἰς Ἀπόλλωνα, ipsam invidiam αἰνιγματώδης appellat his versibus:

Ὁ φθόνος Ἀπόλλων· ἐπ' ἔσσατα λάθετο δῶτυν·
Οὐκ ἄγαμαι τὸν ἀοιδόν, ὃ οὐδ' ὅσα πέντε ἀείδει;
Τὸν φθόνον ἀπόλλων πεδὶ τ' ἔλασεν, ὧδε τ' ἔειπεν

Ἀστερίης πεταμὶς μέγας ἰός, ἄλλα τὰ πολλὰ
δίψαντα γῆς καὶ πολλὸν ἐφ' ὕδατι σύρετον ἕλκει,
ἀστὶ δ' οὐδ' ἐπὶ πάντῃ ὕδωρ φορέουσι Μέλισσαι,
ἀλλ' ἔστις πεδίων τε καὶ ἀγχιάλοιο ἀνέρηται,
πίδακος ἐξ ἱερῆς ἐλίγη φιάλας ἔκχεον ἄκρου,
Λαῖος ἀνὴρ, ὁ δὴ Μόψος ἴν' ὁ φόβερος ἔντα νέατο.

Quos cum alii totidem Latinis expresserint, quid impedit, quominus & nos id tentemus? interdum enim Latias Musas nostras inter Graecas luxuriari sinimus:

Livor Apollineus occulte dixit in aures:
Non miror Vatem, qui non canit aequoris instar,
Livorem pepulit simul ille simulque locutus.
Assyrius late fluit amnis, at ille palustris
Pluviem terrae fordesque volutat in undis.
Non quivis Cereri libant è fonte Melissae,
Sed qui limpidus est, & limi prosilit expers,
Sacro fonte latex parvus, flos summus aquarum.
Salve Rex, abeat quo crux erit invidus ille.

Similem autem profert Nicodemus Frischlinus in vita Callimachi Graece conscripta: Εἰς ὃν καὶ τοῦτον ἐπιτεύξας, ἅμα τὸ φιλοπαιγνιῶν ἐκεῖνον ἔνιμα τῶν καλλιμάχου βιβλίων, καὶ ἀλλοτρίοις πόνοις ὠνόμασε δ' αὐτὸν κρυπτικῶς Ἶβιν, ὡς καὶ Ὅμηρος ὁ πατὴρ ἔστω τῶν ποιητῶν. *In hunc Callimachus, quod suos ille libros sibi arrogaret, & alienis laboribus pro suis venditaret, maledicum carmen edidit, ipsumque Apollonium suppresso nomine Ibin nominavit, quemadmodum Ovidius testatur.* Haec ille, quod apud alium notae melioris Authorem non memini me legere, nisi quod hunc versum, qui apud eundem Apollonium extat *libro* 1. *Argonaut. pagina* 64. Editionis Stephaneae:

Καὶ τὰ μὲν οἱ ἑμεῖλα μετὰ χρόνον ἐκτελέεσθαι.

Callimachi versum esse ab Apollonio usurpatum, vetus ipsius Apollonii Scholiastes asserit: Nicodemum autem Frischlinum cum in testimonium adduxi, miseret me acerbissimi ejus fati: nam cum ob ea, quae ore minus libero effutisset in Viros nobilissimos, Moguntiae in carcerem conjectus esset, indeque deductus foret in Würtembergici soli arcem Hohenuracensem; quo captivitatem effugeret pannos discidit, ut his colligatis, se demitteret, sed hujusmodi funis perfidia in alias aliasque petras praeceps datus, confractis membris expiravit. Caeterum Callimachus Apollonium Ibidis nomine, quae est avis Ægyptia, notum esse vo-

voluit; non propter ejus spurcitiam, cui rostri aduncitate per eam se partem proluere insitum est, quà redduntur ciborum onera, ut Minutianus Grammaticus apud Coelium Rhodiginum *lib.* 13. *cap.* 1. *Antiq. Lectionum.* Alciatus *Emblemate* 86. Zarottus, & plerique Grammaticorum existimant; nec etiam, quod libellus Callimachi diris & execrationibus esset refertus, quae serpentium instar, quibus Ibis vescitur, Apollonium morderent ac lacerarent: quae sententia est Laelii Biscioiae in Horis subcesivis, *lib.* 5. *cap.* 18. Sed ut Apollonius, qui Alexandrinus erat, aliquâ ex parte indicaretur. Quamvis enim Rhodius diceretur, Alexandrinum tamen fuisse prodidit Strabo *lib.* 14. *pag.* 45. editionis à Casaubono recognitae his verbis: Διονύσιος ὁ Θρᾷξ, καὶ Ἀπολλώνιος ὁ τοὺς Ἀργοναύτας ποιήσας Ἀλεξανδρεῖς μὲν, ἐκαλοῦντο δ' Ῥόδιοι. *Dionysius vero Thrax & Apollonius Argonauticorum conditor Alexandrini quidem fuerunt, sed nominati sunt Rhodii.* Suidas Ἀπολλώνιος Ἀλεξανδρεὺς ἐπῶν ποιητὴς Δημητρίου καὶ Ῥόδου ἀρχὴ Σιλλείου. Item Anonymus Author, qui scripsit βίος Ἀπολλωνίου τοῦ Ῥοδίου. Quanquam Ælianus *lib.* 15. *de Animalibus*, *cap.* 23. eum Naucratitam facere videtur. Sed utcunque est, Ægyptus patria fuit, Naucratis enim urbs est Ægypti. Quamobrem longe fallitur Joannes Meursius, qui *Syntagmate de Apolloniis*, pro diversis habet Rhodium & Alexandrinum, Sillei filium, qui Eratosthenei in Alexandrinae Bibliothecae praefectura successit. Ovidius autem Callimachi exemplo inimicum suum Ibin appellasse videtur, quemadmodum Tullius Orationes suas in Antonium Demosthenis imitatione Philippicas inscripsit, uti etiam Trogus Pompejus Historias suas aemulatione Theopompi, qui Philippicas scripserat. Sed magis est ut credam Nasonis Adversarium Ibidis nomine designatum, quod is revera Ægyptius esset, qua de re sequenti capite differemus; nam & Aristophanes in avibus Lycurgum Ibin nominavit, propterea quod genere & moribus Ægyptius esset; ut vetus Aristophanis Scholiastes exponit.

CAPUT IV.

Ibidis nomen conjectura perquisitum, forte compertum.

NAscitur sua sponte obscuritas ex iis privatarum rerum historiis, quibus etiam Naso dedita opera tenebras offundit, ut arduum sit, tam densis nebulis veri scintillam exsculpere. Ego tamen incusso ad illum tenebricosae vetustatis pyriten chalybe, non mediocrem lucem expressurum me confido. Sed antequam sententiam roger, operae pretium

tium est veterem Grammaticum audire, qui teste Coelio Rhodigino *Antiquar. Lection. lib. 13. cap. 1.* Corvinum esse prodidit, quem hic Naso sale & rubina confricat. Ejus verba sunt: *Illud obiter annotarim, in Caecilii Minutiani Apuleji fragmentis observatum, annis septem in exilio consumptis functum esse fato Ovidium, quâ die Titus quoque Livius decesserit. Sepultum item illi à Barbaris per multas lacrymas tymbo ante januam. Author idem Minutianus est, Corvinum ab Ovidio appellatum fuisse Ibin, ex avis foeditate, cui ventrem rostro purgare insitum sit, & hoc ex Callimachi imitatione. Pulsum quoque in exilium quod Augusti incestum vidisset.* Haec ille, quorum fides esto penes Auctorem, qui nondum lucem vidit, unique Coelio Rhodigino notus fuit, cui jam antea pronuntiavit Lilius Gyraldus *Dialogo 4. de Poëtarum historia.* An Corvinus, quisquis ille fuerit, in Libya natus est, ubi scilicet Ibin natales habuisse declarat Ovidius in his:

Qui simul impurae matris prolapsus ab alvo est,
Cimphiam foedo corpore pressit humum.

vers. 419. ubi Lesanas, quibus scatet Africa, Ibidis populares vocat. Verum enim vero, si conjecturae locus detur, dicam quid ego sentiam, & ut apud Plautum Trachalio, *promittam capillum incipiamque barbatulus.* Neque enim Cymbalum illud mundi Appionem Grammaticum imitandum mihi proposui, qui teste Plinio *lib. 30. cap. 2.* prodidit, se evocasse umbras ad percontandum Homerum, qua patria, quibusve parentibus genitus esset, non tamen ausum profiteri, quid sibi respondisset. Non Georgium Joachimum Rheticum, Copernici discipulum, quem ferunt, dum in motu Martis haereret mirabundus, neque se explicaret, ad Genii familiaris Oraculum confugisse: Atque hinc exasperatum Daemona scifcitatoris importuni caput ad imminens laquear affixisse, iterumque dimissi corpus ad pavimentum proturbasse, addito responso; hunc esse motum Martis, ut refert Joannes Keplerus Epistola dedicatoria ad Rudolphum Imperatorem. Tota res conjecturis peragetur. Itaque suspicor C. Julium Hygynum esse, quem Ovidius ficto nomine Ibin appellat. Illum inquam, de quo Suetonius *libro de Illustribus Grammaticis*, retulit in haec verba: *Cajus Julius Hygynus, Augusti libertus, natione Hispanus, etsi nonnulli Alexandrinum putant, & à Caesare puerum Romam advectum Alexandria capta, studiose & avide imitatus est Cornelium Alexandrum Grammaticum Graecum, quem propter antiquitatis notionem Polyhistorem multi, quidam Historiam vocabant. Praefuit Palatinae Bibliothecae, nec multo secius plurimos docuit, fuitque Ovidio Poëtae familierissimus, & Cajo Licinio consulari Historico,*

quo

qui eum admodum pauperem decessisse tradit, & liberalitate sua quoad vixit sustentatum. Hujus *libertus fuit Julius Modestus in studiis, atque doctrina vestigia Patroni secutus.* Haec ille; cujus verba diligenter & acri judicio perpensa non levem suspicioni meae ansam praebere videntur. Cum enim Hygynum Ovidio familiarissimum fuisse dicit, ubi modo vel in omnibus utriusque monumentis tantae necessitudinis vestigium extat? Ovidius ad uxorem, ad Carum, ad Perillum, ad Brutum, ad Maximum, ad Rufinum, ad Graecinum, ad Messalinum, ad Severum, ad Flaccum, ad Germanicum, ad Solanum, ad Atticum, ad Cottam, ad Cotim, ad Suillium, ad Albinovanum, ad Gallionem, ad Tuticanum Epistolas mittit, ad Hygynum vero nullam. An forte ille est ad quem suppresso nomine toties scribit? neutiquam: Hygynum enim admodum pauperem decessisse Tranquillus ait; alterum divitem atque opibus abundantem fuisse, Naso diserte prodidit his versibus, quos ad amicum mittit, cujus nomen consulto praeterit *Eleg. 5. lib. 4. Tristium:*

O mihi dilectos inter pars prima Sodales,
Unica fortunis ara reperta meis.
Cujus ab alloquiis anima haec moribunda revixit,
Ut vigil infusâ Pallade flamma solet.
Qui veritus non es portus aperire fideles,
Fulmine percussae confugiumque rati.
Cujus eram censu non me censurus egentem,
Si Caesar patrias eripuisset opes.

Deinde in ea Epistola uxor, liberi & frater ejus, ad quem scripta est, commemorantur, quorum Suetonius, caeteroqui non omissurus, nullam mentionem habet. Unum autem & eundem esse animadverto, ad quem Ovidius tacito nomine literas iterum atque iterum dedit. Ipsemet enim testis est *lib. 3. de Ponto Eleg. 6.* ubi familiarem quemdam his verbis alloquitur:

Ipse ego quod primo scripsi sine nomine vobis,
Vix excusari posse mihi videor.

Una tamen est quae ad Hygynum scripta videtur, nempe tertia *lib. 4. de Ponto*; Amicum enim quemdam taxat, & cum notâ levitatis inurit, quod cum à teneris annis secum arctissimo necessitudinis vinculo junctus fuerit, tandem in adversa fortuna non modo cum deseruerat, sed nequidem cognovisse simulet. Ejus est initium. *Conquerar an taceam.* Qua quidem Epistolâ facile crediderim eundem ab Ovidio notari, in quem ipse nunc invehitur. Nam quod ait:

Sed

— — Sed & insultare jacenti
Te mihi, nec verbis parcere fama refert.

Repetere videtur in Ibin, hoc modo:

Vulneraque innitis requiem quaerentia vexat,
Jactat & in toto verba canina foro.

Et paulo post:

At tibi, calcasti qui me violente jacentem,
Qua licet heu misero debitus hostis ero.

Hanc autem Elegiam in Higynum conscriptam esse verisimile est, cum enim inquit:

Ille ego sum, quamquam non vis audire, vetustâ
Tecum puer puero junctus amicitiâ.

Dixit *puer*, quia, teste Suetonio, Higynus Alexandriâ puer advectus erat, & Ovidio familiarissimus fuit. Rursus ubi sic:

Ille ego judiciis unica Musa tuis.

Illum apprime literatum atque etiam Criticum esse innuit, qualem fuisse constat Higynum, cujus in Virgilium commentaria laudantur ab A. Gellio. Jam vero cum nullam apud Ovidium apertis verbis Higyni mentionem fieri liqueat, fabortum equidem inter ipsos dissidium suspicari licet, quod Higynus Ovidii exulantis uxorem, ob pristinam cum illo consuetudinem proculdubio sibi notissimam, sollicitare ausus esset, ejusque facultates ab Augusto, cujus libertus erat, impetrare conaretur. Proinde Naso jure in ipsum invectus, Callimachum imitari voluit; scilicet ut ille Apollonium, quod Alexandrinus esset, Ibin appellavit, ipse pariter Higynum, qui à nonnullis Alexandrinus habitus est, Ibin vocitaret. Advertendum praeterea, quod Ibidi cum Nasone jus arctum necessitudinis intercesserat, ut ex his liquido patet:

Desinet esse prius contrarius ignibus humor,
Juntaque cum Lunâ lumina Solis erunt.

Deinde post *dibucra* multa,

Quem mihi sit tecum, positis quae sumpsimus armis,
Gratia, commissis improbe rupta tuis.

Hoc

Hoc est plane quod de Higyno Suetonius testatum reliquit. Postremo cum ille Higynum admodum pauperem decessisse tradit, conjectura mea mirum in modum confirmatur; Ibidis enim paupertatem Ovidius ipse innuit, hac imprecatione, quam Domitius non percepit:

Filius & Cereris frustra tibi semper ametur,
Destituatque tuas usque petitus opes.

Nasonum enim votum est, ut Plutus Cereris & Iasii filius, qui divitiarum Deus ab antiquis habitus est, molestas Ibidis preces nunquam exaudiat, eumque semper inopiâ laborare sinat. Is est autem, cujus Mythologici libri omnium manibus triti supersunt, ut merito fabulis suis, quasi propriis armis, jugulari videatur. Annon mirifice omnia conveniunt. Caeterum disticho superius adducto Cinyphius, id est, Africanus à Cinyphe, Libyam alluente nominatur, quomodo Juba, Mauritaniae Rex, ab eodem Nasone *lib. 5. Metamorphoseon:*

— — Numidasque rebelles.
Cinyphiumque Jubam,

Et Bocchus à Sidonio Panegyrico Majoriani:

— — Cum divite cera
Pinges Cinyphii captiva Mapalia Bocchi.

Hinc Hesychius Κινύφιον, inquit, τὸν Ἀνταῖον ἀπὸ Κινύφου τοῦ ποταμοῦ. Tametsi constet, Regiam Antaei ad extremum Oceanum fuisse. Unde apparet, Cinyphium generaliter sumi pro Libyco, more scilicet Poëtarum, quibus usitatum peculiari unius loci nomine totam designare Provinciam. Neque vero refert quod Ibis licet Ægyptius ad Cinyphem editus fingatur. Poëtae siquidem non semel regionum nominibus propter vicinitatem abutuntur; sic enim Claudianus, & ipse Alexandrinus, qui uxorem in patria duxerat, Libyae appellatione usus est; idemque Pelusiacus, & Canopicus à Sidonio dictus est, cum tamen Alexandriae natus esset; sic Ausonius scribens in Monosyllabis:

Threicium, Libycum freta, Cimmeriumque ferat bos.

Per *Libycum* intelligit Ægyptum, ut Scaliger observavit. Sic Persa pro Medo & contra. Sic in Catalectis Gallus pro Britanno, propter utriusque gentis vicinitatem. Ita quoniam Hadriaticum mare Ionio conjungitur καὶ μεταδοσιν τοῦ ὀνόματος, Ionium appellatur, & Ionium vicissim Hadriaticum, ut Apollonii Scholiastes ad *lib. 4. Argonaut.* & Eustachius ad

ad Dionysii Periegesin notant. Ovidius autem quo σφαρμελωνείαν Ibidi suo exprobraret, juxta Cinyphem natum fingere mihi videtur, ubi procerissimi nascuntur hirci, qui inde Cinyphii dicuntur Silio *lib.* 3. Martiali *lib.* 7. Epigrammate in Linum. Item Virgilio *lib.* 3. *Georg.* cum ait:

Nec minus interea barbas incanaque menta
Cinyphii tondent hirci — —

Sed haec hactenus quae pro compertis non tradimus, donec super iis habita sint doctiorum Comitia.

P. OVIDII NASONIS IBIS.

ARGUMENTUM.

Ibis Ovidii nomen ubique maledictis lacerabat, atque ipsum falsis criminationibus in invidiam atque odium vocabat. Tum ejus uxorem perpetuis flagitationibus sollicitabat. Denique tanquam vulturius fortunis ejus inhians, quas naufragii sui tabulas appellat, ipsum ad extremam inopiam redigere conabatur. Et profitetur se Callimachum imitari, à quo Apollonius Rhodius, Ibidis nomine ornatus, diris & exsecrationibus devotus est. Salvagnius suspicatur Hygynum esse, quem Ovidius Ibin *appellat; illum inquam, de quo Suetonius meminit libro de claris Grammaticis: is autem est, cujus mythologici libri, omnium manibus triti, superfunt.*

TEmpus ad hoc, lustris jam bis mihi quinque peractis,
Omne fuit Musae carmen inerme meae:

Nulla-

Inta.] Ita rectius inscribetur hoc poëma, quam In Ibin, quod hactenus circumfertur. neque aliter suum poëma Callimachus inscripserat. Vide Suidam in Καλλίμαχος. Eutyches quoque Grammaticus lib. II. *Ovidium in Ibide* citat, non *in Ibin*. Codices hujus libelli, qui vetustatem & manum castigatam prae se ferant, vix inveniuntur. Exemplaria tamen, quibus Juretus & Politianus erant usi, in optimis habenda sunt. Cetera, quae ad manum mihi satis multa fuerunt, notae sunt recentioris. Interim in transcursu nunc poëmatium hoc illustremus, quod curis secundis diligentius somus factori. Heins.

1. *Tempus ad hoc lustris mihi jam bis quinque peractis.*] Annos L. menses VII. dies vero XXI. natus erat Ovidius, cum ex Urbe discessit. Hoc autem opus in itinere, aut potius simultque in Pontica regionem venit, scripsit. Bene igitur, *Lustris jam bis quinque peractis.* Ciofan. *In hoc* Medicens, Moreti & unus Heinsii. rectius, ut puto. sic Florus proœmio: *Populus Romanus a Rege Romulo in Caesarem Augustum &c. tantum operum gessit.* & lib. II. 17. *a primis Scipionibus in Caesarem Augustum.* & ita passim alii. *bis jam mihi* plurimi scripti. sed *jam bis mihi* mollioti sono Juretii liber. Burm.

1. *Lustris.*] Inter eruditorum contentiones haec etiam non postremum locum habet, quid esset *lustrum*; pugnantia enim inter eos studia & opiniones fuerunt, & adhuc sub judice lis est. Nam cum Varro *lib.* III. *de lingua Latina*, Festus, Servius & alii vetustatis assertores lustrum quinquennale tempus esse literis prodiderint, hoc ita Budaeus, omnium, qui hoc patrumque saeculo vixerunt, extra omnem aleam doctissimus, *Annot. in Pandectas*, exponit, *lustrum à Latinis dicitur, quod Olympias apud Graecos dicitur, id est, quinquennium; ita tamen ut quadriennio exacto, quinto quoque anno incunte lustrum peractum esse intelligatur.* Cui Lilius Giraldus *lib. de Mensibus & Annis*, Henricus Glareanus *Chronolog. in Dionysium*; Lactantius *lib. de Mensium ratione.* Cujacius *in lib.* II. *Cod. de Lustrali auro*; Josephus Scaliger *lib.* V. *de Emendatione temporum*, & *Ausonian. lectionum lib.* II. *cap.* 23. Itemque *libro postbumo de re nummaria*, Anton. Nebricensis *in Quinquagena*, aliique niveos calculos tradunt. Complures tamen lustrum quinquennio completo terminari contendunt. In his Brodaeus in Epigrammata Graeca; Josephus Castalio *Variar. Lection. lib.* I. *cap.* 19. & *Observat. in Criticos, cap.* 10. Joannes Savaro *Notis ad Sidonium*, & alii, Poëtarum duntaxat auctoritate freti: qui *lustrum* & *Olympiada* pro quinquennio semper usurpant, quamvis Olympiadas ex

Nullaque, quae possit, scriptis tot millibus, exstat
Litera Nasonis, sanguinolenta legi.
5 Nec quemquam nostri, nisi me, laesere libelli:
Artificis periit cum caput Arte suâ.

Unus

Dionyso, Flavio, Plutarcho, Solino, Censorino, Boëthio, Varro, Sama, quorto quoque anno non solebat. Id insuetè solebat solitas confert. Quemadmodum itaque pecunia erit illis nationibus; Annum ego hoc addo, ut in eorum sententiam pedibus eam, propterea quod non solum Poëtae, sed etiam Historici, Rhetores, & Jurisconsulti libro passim pro quinquennio utuntur. Tacitus enim lib. XVI. *Annal. Infesta certamina*, pro quinquennali dixit. Pacatus Panegyrico, quinquennium, quo Maximus Imperium in Galliis obtinuerat, *infesta jejunia* vocat. Eumenius enim *Gratiae pro restituendis Scholis*, Constantium, qui cum Arbacenibus quinquennii tributum habuerat, sic alloquitur: *Quinque annorum mole vestros cervices ruinisset: Te Infeam omnibus laetis feliciter.* Notum ab praecepta vel ex Cicerone lib. VI. *Epistolarum, ad Atticum*, & leg. II. *Epistolarum ad Familiares*, cum ad Cicerone scribit tempus illud, ut quod vulgaliter loquebatur, lustrum appellari. Quod quidem factum Cicilianus *l. non intelligitur, si de pro ejus*, modo quinquennium, tropo Tacitus appellat. Neque vero tantum vectigalia, sed etiam praedia omnia & urbana & rustica, vectigalia quinquennium locare solebant, ut ex Hygini libro de Limitibus patet. Illud autem lustrum Vectigalis lustrum Isidem Jurisconsulti vocant, in quod Ulpianus leg. IV. *§. res jejunari, ff. de reb. credit. §. cum, per. & leg. 32. ff. de legat. 3.* Cicilianus *leg. XXVII. §. ult. ff. de furtis.* Hinc etiam *lustrale aurum* dictum, de quo titulus 11. *lib. Cod. quod quoto tempore aurum conflandum.* Porro, lustrum in veteri Glossario, quod Hermen Stephanus edidit, invenerunt exponitur. Sed & Asconius Pedianus in primam Ciceronis actionem contra Verrem, quae Divinatio dicta est, Censores *complere quinquennia urbem lustrare* dictos ait. Quid opinor? Lustrum enim ex eo dictum, quod quinto eunque anno Roma lustraretur, inquit Livius lib. I. & alibi tradit Isidorus *Etymolog. lib. XXV. cap. 3.* Itaque Servius, cujus inter Grammaticos non postrema est auctoritas, *in lib. I. Aeneid.* hi verbi: *Lustrum dictum, quod post quinquennium unaquaeque civitas lustrebatur*; hoc Varro *a lunde*, id est, solvendo, lustrum ducit, quod quinto eunque anno vectigalia & altro tributa per Censores persolvebantur. Ut ut sit, intere quoque in libri Asconii *complete quinquennii*, & in ed. Gerv. *post quinquennium*; ferane modo inscitiae? BARTAGNUS.

2. *Unus fuit Musae carmen inerme meae.*] Ad hunc usque diem ne intercant quidem unam scripsi, qua quemquam laesirem. Est autem ab aetate, & moribus suis narratio. CIOFAN.

3. *Nullaque quae possit.*] Id ipsum profitetur & aliis locis, ut verisimile sit, neminem privatim ab ipso laesum, in eo libro, quem, authore Fabio, in malos Poëtas ediderat. Succurrit hoc loco meminisse argenteï calami non multo ante annum MDXL. sub antiquis ruinis in Pannonia reperti, cum hac inscriptione, *Ovidii Nasonis calamus*, quem Isabella Pannoniae Regina & plurimi facere, & Taurini, quae est urbs inferioris Pannoniae, viri eruditi ostendere solebat, ut scriptum reliquit Hercules Ciofanus in Ovidii vita; cujus etiam calami meminit Coelius Calcagninus, in ea Elegia, qua Scytharum mores describit. SALVAGN.

3. *Scriptis tot millibus.*] Sic lib. II. Trist. 367.

Inter tot populi, tot scripti millia nostri,
Quem sua Calliope lasserit, unus ero.

CIOFAN.

4. *Sanguinolenta legi.*] Quasi de telo loquitur: nullum umquam versibus meis sauciavi: nullius sanguine madaverunt versus mei. CIOFAN. Adiudit ad id, quod sequitur de Archilocho ÿ. 52.

Tincta Lycambeo sanguine ista rubent.

BERGMAN.

5. *Nisi me laesere.*] *Nisi nos* Jureti, & tres alii. HEINS. Ego vero *me* retinendum puto, ne tres voces *n* incipientes se subsequantur. qui *nos* substituerunt, credebant id aptius congruere cum *nostri*. Sed frequentissime Ovidius & alii *nos* & *me* in eodem versu conjungunt. sic lib. IV. Trist. x. 119.

Te nos abducis ab Istro,
In medioque mihi das Helicone locum.

IV. Fall. 863.

Dicta Poëtae nobis: idem vinalia dicam

nihil frequentius apud Propertium. sic lib. I. Eleg. XII.

Quid mihi desidias non cessas fingere crimen,
Quod faciat nobis conscia Roma moram?

vide de hac enallage numerorum Pallerat. ad illa Propertii I. Eleg. X.

Non solum vestros dilici retinere dolores,
Est quiddam in nobis majus, amice, fidi.

& ad III. I. 47. & alibi. sic dicebant veteres *absente nobis*, pro *me* & similia. ratio est, quia non ad numerum, sed ad sensum respiciebant, & *nos* idem notat quod *me*. vid. & III. Trist. IV. 64. I. ex Pont. III. 91. multa etiam congessit Robbig. in Codice Critico lib. III. cap. 9. & 10. BURM.

6. *Artificis periit cum caput arte sua.*] Ducta est locutio illa ex Jurisconsultorum penu, quibus *capite deminuti* dicuntur tribus modis. Verum Naso more Poëtico eâdem abusus est, neque enim relegati, qualem se profitetur, capite minuuntur, ut paulo post dicemus. Italio, I. Tristium Eleg. II.

Quod periit, salvum jam caput esse potest.

Arte sua. Licet enim duplicem exilii sui causam alibi proferat, quarum alteram ubique fatetur, alteram nunquam aperiat, qua de re multi multa, illam ipse praetulit, qua & ceteras praetexuisse videtur Augustus, quod nimirum tribus libris de arte amandi Romanam juventutem corrupisset. Eaque fuit Aurelii Victoris sententia in Augusto. Hinc Eleg. I. lib. I. Tristium, libros illos *Codipodas & Telegonos* appellat, quod patri suo causa fuerint exitii. SALVAGN. Id est caput artificis periit cum sua arte, lib. I. Art. 655.

neque enim lex justior ulla,
Quam necis artifices arte perire sua.

SANCTIUS. *Arte sui* Bonon. codex.

7. *Unus.*] Quidam, quem Ibin vocare in animum induxi. CIOFAN.

7. *Perennem Candoris titulum non finit esse mei.*] Eam, qua assidue potitus sum, laudem nullius laedendi, perpetuam esse non finit. CIOFAN. Candoris titulo passim gloriatur, tum lib. II. Tristium:

Nec mihi credibile est quemquam insultare jacenti,
Gratia candori si qua relata meo est.

Item lib. III. de Ponto, Eleg. 4.

Viribus infirmis vestro candore valemus,
Quem mihi si demas, omnia rapta putem.

Et lib. IV. Eleg. XIV.

Tam felix utinam, quam pectora candidus essem;
Extat adhuc nemo sanctius ore meo.

SALVAGN.

9. *Nam nomen adhuc utrumque tacebo.*] Non *utrumque*, sed *verumque*, *vitiumque*, vel *utcumque* legi convenit: tribus enim modis emendatam hanc lectionem in manuscriptis codicibus reperimus. Sed postrema magis satisfacit. CONSTANT. HAENEL. Neminem Interpretum observasse video, cur Ovidius Ibidis nomen subticuerit. Mihi tamen haec indagatio dignior visa est, quam ut praetermitti debent. An, ne carminibus Ovidianis Ibis inclresceret, in quam sententiam eundem, ni fallor, sic alloquitur lib. IV. de Ponto, Eleg. IV.

Conquerar an taceam; poenam sine nomine crimen?
An notum qui fis omnibus esse volim?
Nomine non utar, ne commendare querelâ,
Quaeraturque tibi carmine fama meo.

Quod ante Nasonem Catullus, elegantiarum Latinarum deliciae, objecit Ravido his verbis:

Quaenam te mala mens, misselle Ravide,
Egit praecipitem in meos jambos?
Quis Deus tibi non bene advocatus
Vecordem parat excitare rixam?
An ut pervenias in ora vulgi?
Quid vis? Qua labes esse notus optas;
Eris: quandoquidem meos amores
Cum longâ voluisti amare poena.

Vix tamen est, ut haec fuerit mens Ovidii, quoniam postremo disticho hujus libelli, verum Ibidis nomen pollicetur, cum ait:

Post modo plura leges, & nomen habentia verum.

An Naso reverentiâ legis 12. Tabularum sibi temperavit, quâ nimirum famosos libellos projecere capitale fuit. Ejus meminit Eloquentiae parens lib. IV. Tusculan. in hunc modum: *Quamquam id quidem etiam duodecim Tabulae declarant, cuidi jam tum solitum carmen, quod ne liceret fieri ad alterius injuriam, lege sanxerunt.* Idem lib. IV. de Repub. apud S. Augustinum, lib. II. de Civitate Dei, cap. 9. *Nostrae contra duodecim Tabulae cum perpaucas res capite sanxissent, in his hanc quoque sanciendam putaverunt, si quis occentavisset, sive carmen condidisset, quod infamiam alteri faciret, vel malum alteri.* Arnobius lib. IV. adversus gentes: *Carmen malum conscribere, quo fama alterius coinquinatur & vita, Decemviribus sciitis evadere noluistis impune, ac ne vestras aures convicii aliquis petulantiore pulsaret, de arrectibus formulas constituistis injuriis.* Postea fustuarii poena decreta, unde Flaccus Epistola ad Augustum:

——— *Quin etiam lex,*
Poenaque lata, malo quo vellet carmine quisquam
Describi; vertere modum formidine fusti.

Idem Sat. I. lib. 2.

Si mala condiderit in quem quis carmina, jus est,
Judiciumque:

Quae postrema Flacci verba Sidonius Epist. II. lib. I. in eam rem profert, coque respexisse Persium non dubito, cum exclamat Sat. I.

Unus (& hoc ipsum est injuria magna) perennem
Candoris titulum non finit esse mei.
Quisquis is est, (nam nomen adhuc utcumque tacebo)
10 Cogit inadsuetas sumere tela manus.

Ille

Ille relegatum gelidos Aquilonis ad ortus
Non finit exilio delituisse suo.
Valeraque immitis requiem quaerentia vexat,
jactat & in toto nomina nostra foro.

Per-

Nunc licuit quis nunc ab se fui dicere —
Dumque,
Ecce! nocuit infas, nec clava nec cum foedera!

Tandem non alia quam infamiae poena fuit; abrogatis enim 12. Tabularum legibus, qui libellum ad infamiam alicujus pertinentem scripserat, intestabilis, id jubet est, *l. lex Cornelia, §. 9. ff. de injuriis & fam. libell.* Donec item capitale fuit, *l. si quis famosum, C. de famos. libell.* Caeterum Codices in hoc versu variant. In aliquibus enim legitur, *vainaque tacebo*, id est, quod alibi dicit, *Et magna minaci in hoc, nec dicam facta libello.* in aliis: *Nam nemo adhuc verumque tacebo*, quod Heinsius retinet. Ego *verumque*, quod hic valet, aliquis ex parte; nam illinde partiam libelli indicat. Salvagn. *Cornelius laedit edito Domini, & quatuor Scipii, abdicatione laedit unum, utrumque laedit occisum.* Heinsius olim conjecerat, *fallimque tacebo*, ut mox §. 29.

Et magna minaci in hoc, nec dicam facta libello.

Et v. Trist. 11. 1.

Si fieri ex patria, mutem factumque tacebo.

11. *Ille relegatum gelidos Aquilonis ad ortus.*] Relegatum le, non eundem dicit. Nam cum tria sint exilium genera, quorum alii interdicti, alii relegati, alii deportati nominantur; exulum appellatio, quae generalis est, ad deportationis speciem nonnunquam revocatur, ut de ea intelligenda, in quam sententiam Ovidius lib. 11. Trist.

Addit quod edictum, quamvis immite minaque,
Attamen in poenam mortis haec fuit.
Quippe relegatus, non exul dicor in illo,
Parcaque fortunae sunt tibi verba meae.

Item:

Nec mea contacta est aliis fortuna, non exul
Infelix verbis nominor ipse tuis.
Aversa relegatus jussisti vivere Ponti,
Et Scythicum profugo finxere jugere fretum.

Et lib. v.

Ipse relegati, non exulis nitor in me
Nomine, sine mea judex causa mea est.

Et interdicti proprie dicuntur, quibus interdictum est cum loci aqua & commercio, veluti si quis Romae tantum jubetur. Relegati qui in locum aliquem remotum amandantur, aut qui certum in locum quodammodo circumscribuntur; ut cum quis domo sua, aut patria excedere vetantur, unde Naso de se lib. 11. Trist.

Infeliciter accedunt, te non adimente, duarum,
Incognitae vitae parvum mutaris ager.

Et alibi:

Nec mihi detractas possidet alter opes.

Item:

Nec vitam, nec opes, nec adeunti posse reverti.

Et hoc libello:

Dii melius; quorum longa mihi maximus ille est,
Qui nostras inopes noluit esse vias.

Interdum tamen Relegati dicuntur, qui propriè sunt interdicti. Deportati vero jus omne civitatis & agnationis, bonaque omnia amittunt: liquè perpetuo exilio damnantur, & servis publicis, ut eos in Insulam transferant, traduntur. Operae pretium fuit haec omnia enarrare; tametsi Jurisconsultorum filiis notissima ex *tit. Pandett. de interdictis, relegatis & deportatis.* Salvagn.

11. *Gelidos Aquilonis ad ortus.*] Quia, ut ipse ait lib. 1v. de Ponto, Eleg. x.

Hinc oritur Boreas, oraque domesticus huic est,
Et finem vires à propiore loco.

Ut non dubitem, spuriam esse lectionem illam, quam Domitius agnovit: *Gelidas Aquilonis ad arctos.* Salvagn. *Gelidas Aquilonis ad arctos* unus liber. *gelidas arctos* alius.

12. *Exilio delituisse meo.*] Liber Masseianus, *suo.* Crosan. *Suo* Jureti codex & alii quinque, neque aliter Enyches lib. 11. qui & praecedenti versu, *gelidas aquilonis ad oras* agnoscit. Heins. *Suo*, quod plurimi agnoscunt, magis mihi placet. loquitur enim de se in tertia persona.

14. *Jactat & in toto verba canina foro.*] Sic Juliannus ille, quem pierique ἀνωνύμῳ, Eustatius ἀνωβάτῳ semper nominat, in Misopogone: Οὐκοῦν δὲ καὶ ἡμεῖς τὸν κοινὸν ἀνωβάτῳ ἀνωβάτῳ λοιδορίας. *Sic ingrem nos in foro convitiis assidue in nos debacchemini*; In foro siquidem vel circulis convicia jaciuntur. caeteroqui non proprie convicia dicuntur, ut eleganter definit Ulpianus *l. item apud Labeonem. §. 12. ff. de injuriis*, hoc modo: *sive unus sive plures dixerint, quod in contu dictum est, convicium est; quod autem non in contu nec vociferatione dicitur, convicium non proprie dicitur, sed infamandi causa dictum.* Tullius autem pro Coelio, *Maledicto*, inquit, *nihil habet propositi praeter contumeliam, quae si petulantius jactatur, convicium; si facetius, urbanitas nominatur.* Salvagn. Idem liber, *verba canina*, quam lectionem agnoscunt interpretes: Et sic Tacitus, *caninam facundiam.* Crosan. *Verba canina* plurimi codices. in quibus & Jureti liber. Puto,

Latras & in toto verba canina foro.

nisi

15 Perpetuoque mihi sociatam foedere lecti
Non patitur miseri funera flere viri.
Cumque ego quassa meae complectar membra carinae,
Naufragii tabulas pugnat habere mei.

Et

nisi mavis,

Et lacerat toto nomina nostra foro.

ne idem versus bis occurrat. Mox enim habebis,

Ebibiti inde sui rabiem nutricis alumnus,
Latrat & in toto verba canina foro.

quamquam mihi difficilem illud dubiae fidei est, & ex hoc versu videtur fabricatum. ubi *latrare* cum quarto casu ponitur. quomodo apud Manilium,

——— *latratque canicula flammis.*

causas in foro clatrare apud Tertullianum de Pallio. Rabulae forenses *latrare* dicebantur, propter rixas continuas. hinc *latratus fori* apud Val. Maximum lib. VIII. cap. 3. Sallustius apud Nonium, *Canina facundia exercebatur.* Prudentius Harmartig.

Inde canina foro latrat facundia toto.

Marcianus Capella sub finem libri IX.

Indecta rabidum quem videre saeculo
Foris caninus blaeratus pandere.

Sic scribo. perperam nunc legitur, *Jurgis caninos.* nisi mavis, *juris.* hinc *Corbari Forensis* apud Petronium. Columella praefatione: *Sed ne caninum quidem, sicut dixere veteres, studium praestantius, locupletissimum quamque allatrandi.* plura qui desiderat, adeat magni Cujacii Observat. lib. IV. cap. ult. hinc & *caniculae* dicti cavillatores. Gellius libro IV. cap. 21. Heins. Puto librarios hic, ut saepe factum vidimus, repetisse haec ex versu 232. ideoque antiquam lectionem reduxi, ut & fecit Valerius Andreas, qui alios legere, *crimina nostra*, notat. *jactare nomen* alicujus, est maledicis sermonibus & jocis publice aliquem traducere. sic lib. III. Amor. I. 21.

Fabula, (nec sentis) tota jactaris in urbe.

jactare dicimur, quaecumque cum ostentatione aliqua publice coram aliis effutimus. ita apud Lucan. I. 266.

Expulit auspiciis discordes urbe tribunos,
Vitio jura minax jactatis curia Gracchis.

id est cum Gracchorum exempla senatus minaciter & insolenter jactasset. Virgil. Ciris §. 85. de Scylla:

Quam mala multiplici juvenum quod septa caterva
Dixerat, atque animo meretrix jactata ferarum
Infamem tali merito rumore fuisse
Dotia Palaephatia testatur vate papyrus.

qui versus corruptissimi & varie edunturi. Heinsius edidit, *agitata ferarum.* forte scribendi hoc modo,

Quam, mala multiplici juvenum quod septa caterva
Dixerat, atque canum meretrix jactata ferarum
Infamem &c.

hoc sensu; quam Palaephatus, explicans fabulam, testatur fuisse infamem, quod septa semper magna amatorum caterva, omnes lacerabat maledictis, & ideo jactata fuit, id est ab omnibus publice dicta meretrix canum ferarum, id est juvenum maledicorum. *mala dicere*, ut *mala dicta* passim. vid. ad II. Art. 533. *mala loqui* v. Trist. x. 39. *mala ingerere* Terent. & simil. *Ferae* vero proprie canes, &, ut notissimum, etiam maledici homines. Ovid. XIII. Met. 732. de Scylla:

Illa feris atram canibus succingitur alvum.

Burm.

15. *Perpetuoque mihi sociatam foedere lecti.*] Hanc tertiam fuisse Ovidio uxorem omnes sciunt. sed hoc adde (quod nos primi invenimus) eam alteri prius nupsisse, quam Nasoni. Atque ut id apte intelligas ad collectanea nostra te confer. Consr. Fabrens. Perpetuo scilicet, nam cum tres uxores duxisset Ovidius, duas facto divortio repudiavit, tertiam unice dilectam ad mortem usque retinuit, cujus laudationem prosequitur, cum alibi, tum Eleg. v. lib. I. Trist. quâ fidem ejus & industriam praedicat, quod cum aliquis avidissime fortunis suis inhiaret, ipsa ingenio & amicorum auxilio integra omnia servaverit. Graviter fallitur Cinnius, qui Perillam esse putat. Salvagn.

16. *Non patitur miseri funera flere viri.*] Lib. I. Eleg. x. de Ponto, usi de Celso loquens ait:

Illum ego non aliter flentem mea funera vidi,
Ponandus quam si frater in igne foret.

Improprie tamen, quia relegationi tribuit, quod deportationis proprium est. Siquidem mors alia naturalis est, animae scilicet à corpore discessus; alia civilis, cum ratione juris aliquis pro mortuo tenetur. Homines enim media & maxima capitis diminutione civiliter intereunt, leg. LXXV. §. ultimo, ff. pro socio. Unde Theriander apud Achillem Tatium lib. VIII. de Clitophonte, morte jam damnato, sic loquitur, *νεκρὸς τοῦ νόμου. Jure quod ad leges attinet mortuus est.* Claudianus lib. I. in Eutropium:

——— *Certe pudeat, quod jure sepulcrum*
Mancipium tot regna tenet, tot distrahit urbes.

Quapropter ii, qui ab exilio revocantur, reduci dicuntur. Papinius in Eruici lacrymis III. Sylvar.

Quas tibi devoti juvenes pro patre renato
Summe ducum Vatici, aut quae pia vota rependunt?

Fil-

Et qui debuerat subitas exstinguere flammas,
Hic praedam medio raptor ab igne petit.
Nititur ut profugae desint alimenta senectae;
Heu, quanto est nostris dignior ipse malis!

Di

Plinius Panegyrico Trajani, *Sparsae, atque ita diuam laxatae, gentilitatem obligare & renasci jubent.* Claudianus de Bello Getico:

—— *Tetigique solo redduntur & agris*
Dominati sua oppida, virtus renatis.

Idem Tullius lib. III. ad Atticum, diem, quo revocatus est ab exilio, *natalem* suum vocat. Ovidius igitur is mortuum *Sepius* appellat, tum lib. IV. de Ponto, Epist. postrema, quâ monet invidum, ne carmina sua lacerat, se enim mortuum esse dicit, proindeque nullus livori obnoxium, cum livor post mortem quiescere solet. Ejus est locutio:

Occidit ergo lacerat Nasonis carmina rapti?
Non pater regnari fecunda natura dici.
Eximium fecit cuncta malique mihi, et mihi nomen,
Tunc quoque cum vitam summerarer, erat.

Quemadmodum enim *Natalis* dies appellatur is, quo exules dicit caput, & jura virentium recuperant; ita *Natalis* dicitur à Christianis dies, quâ Martyres & Confessores obeuntes, ab hujus orbis carcere exulantendo revocantur; sic in Martyrologio per Nostlam, dies obitus intelligendus. Origenes lib. III. Comment. in Jobum, Albin. Flaccus de Divin. Offic. cap de Festis festis. Nicolaus Papa Epist. ad Consules Bulgarorum, cap. V. Salvagn. Angelo Politiano libr. & unus Vatican. citati sunt. Eadem ratione mortui. Seneca relegatus in Epigrammate ad Corsicam, in Cataleet. lib. pag. 43.

Patria relegati, hoc est, jam patria sepulchri.
Victorum cineri sit tua terra levis.

Rutilius Itinerario lib. I. 518. de amico vitae monachicae addicto:

Prodiens hic vivo funere civis erat.

Apuleius Met. IV. *Tuo profecto populo vivum prodidisti funus.* De Psyche damnata. Manilius:

Virginis vivos rapitur sine funere funus.

Dionysius Hexameto:

Mortua pars hominis, quatus pars mea jacebat
Tumulo vivo gerens, vivens in morte cadaver,
At sine morte tamen vitali morte perempta.

Paucodius Epigrammatis:

Rapuit sepulturis animatis funera pictor,
Funera vivo vitalis mori sui in tumulis.

Sidonius libro III. de aegroto:

Ecce adeunt vivum pertantes funeraque cadaver
Bis bina cervice viri.

libro IV.

Curatur ante oculos vivens adstare cadaver.

Exul ubi nusquam domi est, sine sepulcro est mortuus, apud P. Syrum. Seneca Thebaid.

—— *funus extendis meum,*
Longaque vivi ducis exequias patris. Heins.

vulnera Ms. Scaligeri, sed praecesserat. & recte Heinsius acumen hujus ἐξηνάφειν explicuit. ita Lucianus senem decrepitum vocat τάφον ἐμψυχον. Sophocl. Antig. 1180.

—— *ὦ τάφος ἐμψυχε*
Ζῶν τάφον, ἀλλ' ἐμψυχε τρόπαιε νεκρῶν.

qui saepe in eum modum in illa tragoedia loquitur; eo pertinere dictum commune, *vivus videnque parce* adnotat etiam Valerius. vid. ad Val. Fl. VII. 45. Burm.

18. *Naufragii tabulas pugnat habere mei.*] Eadem metaphora utitur lib. I. Trislium Eleg. V. ad Uxorem, ubi hoc idem innere videtur:

Tu facis, ut spoliatus non sim, nec nudar ab illis;
Naufragii tabulas qui petiere mei.
Usque rapax stimulante fame, cupidusque cruoris
Incustoditum captat ovile Lupus:
Aut ut olax undar corpore circumspicit, & quod
Sub nulla positum carnare possit humo:
Sic mea nescio quis male fidus rebus acerbis
In bona venatus, si paterere, fuit.
Hunc tua per fortes virtus summovit amicos;
Nullo quibus reddi gratia digna potest.

Cioran. Quosdam per Tabulas naufragii, Ovidii uxorem intelligere, dicit Domitius, sed non probat.

19. *Et qui debuerat subitas extinguere flammas.*] Ovidius, quo majorem Ibidi suo invidiam conflaret, metaphoram duxit ab hujusmodi raptoribus, qui lege Julia de vi publica tenentur, l. in eadem causa, §. sed & qui in incendio, ff. ad leg. Jul. de vi publica. Verum suspicor hunc locum metaphorice sumi non debere, sed illi aliquid involuci subesse, quod omnis conniventibus praetereundum non sit. Suspicor, inquam, tonsus ac officium Ibidis significari, quo scilicet aliquatenus indicaretur. Quid enim *vel debuerat*, nisi ipsi id oculis incubuisset, ut oborta incendia restingueret, quibus obnoxiam fuisse urbem Romam notum est. Fuerat is forte ex cohortibus vigilum, qui per urbis regiones dispositi & excubantes incendiorum curam gerebant, uti nos docent Paulus leg. III. ff. de officio Praefecti vigilum; Suetonius in Augusto cap. XXV. Et has quidem cohortes, quae septem erant, ex libertinis conscriptas, dato ex Equestri ordine Praefecto, scribit Dio lib. LV. Item Strabo lib. V. Plerique tamen libertinorum hujusmodi militiam, quae gravior erat, detrectabant; quorum allicendorum causa, Latinis, qui sex annis in cohorte vigilum militassent, jus Quiritium pro praemio, Visellia lege, propositum est. Postea vero, cum longius sexennii tempus existimaretur, Senatusconsulto ad triennium redactum est, quemadmodum retulit Ulpianus Institut. tit. 3. Haec autem maxime conveniunt Hygino, qui mihi videtur ab Ovidio perstringi; siquidem ipsam Augusti fuisse libertum Suetonius prodidit. Sed ut ista sunt in conjectura posita, & a me investigandi tantum, non etiam affirmandi gratia proposita, ita velim à Lectoribus accipi & aequi bonique consuli. Plura de incendiorum cura & instrumentis ad ea restinguenda comparatis, Barnabas Brissonius lib. II. cap. 8. Selectarum ex jure Civili antiquitatum. Salvagn.

20. *Ab igne petit.*] *Tulit* Jureti codex: *ferre praedam* elegans. Heins. Elegans certe, sed huic loco non conveniens: non enim veti compos Ibis adhuc erat, sed *pugnat* tantum & *nititur* ferre, nondum *fert praedam*, ut Jupiter II. Metam. ℣. 573. *petere* vero *praedam* non minus elegans. sic lib. I. Met. 534. *hic praedam pedibus petit, ille salutem.* Tibul. I. I. 34.

De magno praeda petenda grege est.

quae vero de Ibide, Vigilum cohortibus adscribendo, conjicit Salvagnius, minime sunt verosimilia, cum locutio sit solummodo metaphorica. *subitas exstinguere flammas*; est enim, malis inexspectatis occurrere & remedium ferre. ita apud Silium lib. I. 651. *nascentem exstinguite flammam.* ita dictum illud Catilinae, *incendium suum restinctuurum ruina.* Ita Justinus & alii passim. dicit ergo, illum, qui amici calamitatibus deberet opem ferre, ex illis sibi praedam petere; corrumpere enim absentis & miseri uxorem, & bona rapere nitebatur, ut in incendiis fures rapiendi occasionem captare solent. alia ratione dixit Terent. Eun. III. ℣. 2. *E flamma cibum petere* de quo satis multis egerunt viri docti. unus codex & prima editio habebant etiam, *ab igne rapit*, ut *praedam rapere* dixit Halent. ℣. 33. sed quia *raptor* praecedit, *petit* retinco. Burm.

21. *Profugae senectae.*] Mihi à patria ejecto, qui in extremis meae vitae annis, unde vivam, non habeam. Cioran.

22. *Heu quanto est nostris dignior ille malis.*] *Meo quantum* Ms. forte legendum, *heu quanto*; ut sit indignantis. Erasman. *Quanto nostris dignior ipse malis* scripti meliores. Heins. *Ipse* editio Domitii. *quantum* etiam duo Regii codices.

23. *Quorum longe mihi maximus ille est, Qui nostras inopes noluit esse vias.*] Imperite exponit hunc locum Zarottus, qui Germanicum significari ait: recte autem Calderinus, qui Augustum intelligit; Is enim Augustus poetae bona non ademit. Lib. II. Trist.

Insuper accedunt, te non adimente, paternae,
Tamquam vita parum munera esset, opes.

Et lib. & Eleg. IV.

Idque Deus sentit, pro quo nec lumen adempturus est,
Nec mihi detractas possidet alter opes.

Et Eleg. XII. lib. V.

Nec vitam, nec opes, nec jus mihi civis adeunti.

Et lib. I. de Ponto Eleg. VIII.

Nec vitam, nec opes, nec adeunti posse revorti.

Cioran. Augustus nimirum, cui vivo & praesenti, ut Horatius loquitur, divini honores tributi, cujusque Genio, in compitis culto, Sacerdotes ex libertinis dati, Augustales appellabantur. Nam & patrum memoria Narbone reperta est ara Genio Augusti consecrata. Perperam Zarottus hunc Ovidii locum ad Germanicum retulit. Salvagn. *Est* non habent primae editiones, nec scripti codices.

24. *Inopes noluit esse vias.*] *Non finit esse* Politiani & alius.

25. *Huic igitur meritas grates.*] Virgilium nisi fallor adumbravit, apud quem Tityrus Ecloga I. se obstringit fore, ut nunquam Augusti beneficiorum oblivisatur, quem Deum appellat, cuique saepe sacra fiaturum se policetur. Sic enim Tityrus:

O Meliboee, Deus nobis haec otia fecit,
Namque erit ille mihi semper Deus, illius aram
Saepe tener nostris ab ovilibus imbuet agnus.

Et paulo post:

Quam nostro illius labatur pectore vultus.

Caeterum quae sit differentia inter *gratias agere*, & *gratias referre*, ostenditur ex his Plinii ad Ciceronem Epist. XI. lib. 10. *Immortales ago tibi gratias, agamque dum vivam, nam relaturum me affirmare non possum; tantis enim tuis officiis non videor mihi respondere posse, nisi forte, ut tu gravissime disertissimeque scripsisti, ita sensurus es, ut me referre gratiam putem, cum memoria tenebo.* Item

Di melius, quorum longe mihi maximus ille est,
Qui nostras inopes noluit esse vias.
Huic igitur meritas grates, utcumque licebit,
Pro tam mansueto pectore semper agam.

Au-

Audiet haec Pontus. faciat quoque forsitan idem,
Terra fit ut propior testificanda mihi.
At tibi, calcasti qui me, violente, jacentem,
Quamlibet & misero debitus hostis ero.
Desinet esse prius contrarius ignibus humor;
Junctaque cum Lunâ sidera Solis erunt;
Parsque eadem coeli Zephyros emittet & Euros;
Et tepidus gelido flabit ab axe Notus;

Et

ex his Ausonii, Plancum imitati; Actione gratiarum ad Germanum pro consulatu: *Age tibi gratias, Imperator Augusti, si fieri potest, etiam referam; sed nec ego formam officiorum renovandi vitam, nec vestra pietate repetenda facultatem: Privatorum illa regia est, hinc se esse munificos: Tua beneficia ut magnitudine permultum, ita numerum non respiciunt. Quid igitur agam? quia ejus est, gratias agam.* Salvagn.

34. *Utrumque.*] Utrumque editi & multi. quamquam Dum tu editio, quod non displicet Berismanno. forte pro, quocunque.

35. *Et cum mea pectore pectora.*] Pectus enim mansuetudinis et amicitiae sedes est, unde Seneca lib. vi. cap. 34. de Benef. *In pectore animus, non in oculis quaeritur; illic recipiendus est, illic retinendus est, et in pectore retondendus.* Hinc amicos a pectoribus authoribus amicitiae *pectora* dicunt. Martialis Adversum lib. ii. Epig.

Quis dicas mihi ex fonte natura creavit
Pectora amicitiae motus.

Martialis Epig. xc. lib. 9. in fictos amicos,

Hinc, amice cuna tibi, quam mensa parentis amicum
Esse jacet; fiunt pectora amicitiae.

Papinius ad Marcellam lib. ii. Sylv.

Junctque soli & pontus noti tibi Patris amoenos
Corda vetere vetat, nec unus Tirynthius alumni
Pectora amicitiae.

Salvagn. *Pro eum fidei Regiae. pectus adiorum* dicit etiam Quintil. decl. i. cap. 10.

37. *Audiat haec Pontus, faciat quoque forsitan idem, Terra, &c.*] Sensus est: Audiet *hoc* sive *haec* (nam utrumque legitur) id est, gratiarum actionem meam, & idem, scilicet Caesar, fortasse faciet, ut terra propior sit mihi testificanda, hoc est, tetis circuitu, meae ergo illum gratitudinis: per quod tamen, se nondum omnem spem abjecisse, profectò ac tolerabiliorem exilii. Quasi dicat: Ac spero Caesarem aliquanto placatiorem, mihi exilium aliquando mihi allignaturum. Scripsit enim haec Poëta, cum in Ponto exularet. Sed dubium, sub Augusto, an sub Tiberio. Quanquam magis inclinat animus, sub Tiberio, ut credam, extremis fellicet ipsius temporibus. Quod autem supra dixit, *Dii melius querum, &c.* non de Germanico, ut Zarottus exponit, sed de Augusto accipiendum. Micyll. Quidam, *Audiat haec.* Heins. *Audiet hac* etiam Heinsius volebat. *faciet* etiam editi plurimi & nonnulli scripti. sed *forsitan* elegantius subjunctivo jungi solere saepe vidimus.

28. *Potior.*] Et *patior*, & *propior* recte legitur. idem in ii. Trist.

Mitius exilium si das propinquus regnati,
Pars erit è poena magna levata mea.

& in iv.

Mitius exilium paulopo propinquius oro,
Quisque fit a favor longior hoste locum.

Constant. Fan. Saepe hoc petit in libris Tristium & de Ponto. Ciofan. *Ut potior* multi scripti.

28. *Testificanda.*] Tellis advocanda. Hoc est; Fortasse etiam efficiet Augustus, ut non Pontica tantum regio, sed alius locus, qui Romae vicinior sit, fidem faciat, me ei, quod paterna bona mihi non ademerit, gratias egisse, & posthac acturum. Ciofan. *Restituenda* Moreti. male. lib. iv. ex Pont. ix. 98.

Haec quoniam tellus testificanda mihi est.

30. *Quamlibet & misero.*] Scribe, *Quamlibet*; & adi notas ad Epist. vi. Heins. Scripti admodum variant. *quadlibet*, *qualibet*, *qua licet*, *quod licet*. *quo licet* & *heu*, vel *hei misero*. *et misero dedisse* etiam Pataviii.

32. *Lumina Solis.*] Ita saepe Noster & alii. sed ut *luminibus* vincitur, quod facit *Luna* & *lumina*, multo cum Gravano, *sidera*. quae permutatio frequentissima. vid. Epist. xvi. 206. & xiv. Met. 172. & alibi. *tempora* erat in duobus. ut in Remed. 585.

Tristior idcirco nox est, quam tempora Phoebi.
Burn.

33. *Emittet.*] *Immittet* Edit. Domitii & aliae.

35. *Et nova fraterno veniet concordia fumo;*
Quam vetus accensa separat ira pyra.] Eteoclem & Polynicem fratres, Oedipi Thebarum regis filios intelligit, quorum rogi fumus in duas partes, cum simul urerentur, se divisit. Ovidius lib. v. Trist. Eleg. vi. ad Uxorem, ubi hujus rei auctorem Callimachum fuisse ait:

Sensus

35 Et nova fraterno veniet concordia fumo;
Quem vetus accensa separat ira pyrâ;
Et Ver Autumno, Brumae miscebitur Æstas;
Atque eadem regio Vesper & Ortus erunt:
Quam mihi sit tecum positis, quae sumsimus, armis
40 Gratia, commissis, improbe, rupta tuis.
Quam dolor hic umquam spatio evanescere possit,
Leniat, aut odium tempus & hora meum.
Pax erit haec nobis, donec mihi vita manebit,
Cum pecore infirmo quae solet esse lupis.

Pri-

Sensus itaque igitur nobilis; quas exigit ignis;
Consilium fugiunt caetera pasua mutae.
Consilium: communis fatrum cum fiat in arâ
Fratribus, alterna qui periere manu.
Ipsa sibi discors, tamquam mandatur ab illis;
Scinditur in partes atra facilla duas.
Hoc (memini) quondam fieri non posse loquebar,
Et me Battiades judice falsus erat.

Statius lib. ultimo Thebaid.

Ecce iterum fratris primos ut contigit artus
Ignis adax, tremuere rogi, & novus advena bustis
Pellitur, exundant diviso vertice flammae:
Alternoque apices abrupta luce coruscant.

Ausonius ex Graeco:

Nec Stygiis lucis iuunt sua foedera fratres
Oedipodionidae, de misero, ah, misori.
Namque etiam ex uno surgentes aegere flammas
In diversa sui diffiliunt cineris.
Infandus juvenes, quos nec discordia cassos
Luce, nec in semet linquit atrox animus.
Atque utinam & Thebas quissent partirier ipsas,
Regnorum & motas, ut cinerum nebulas.

Hyginus cap. LXIIX. *Polynices Oedipodis filius anno peracto regnum ab Eteocle fratre repetit: ille cedere noluit. Itaque Polynices, Adrasto rege adjuvante, cum septem ductoribus Thebas oppugnatum venit. Ibi Capaneus, quod contra Jovis voluntatem Thebas se capturum dicerat, cum murum ascenderet, fulmine est percussus: Amphiaraus terra est devoratus: Eteocles & Polynices inter se pugnantes alius alium interfecerunt. His cum Thebis parentaretur, esi ventus vehemens esset; tamen fumus se numquam in unam partem convertit, sed alius alio seducitur.* Haec ille. Euripides vero, quem Apollodorus lib. III. sequitur, Polynicem de sententia Eteocli inepultum fuisse ait in Phoenissis, sed idem Apollodorus addit, Antigonen, quae ex Oedipi filiarum sola superstes erat, quod occulte eum humandum curasset, à Creonte deprehensam, vivam in sepulchrum conjectam fuisse. Aliter hanc rem narrat Sophocles in Antigone, quamvis in una re cum illo conveniat, nimirum de Polynicis cadavere non sepeliendo. Ciofan. Eteoclis & Polynicis, Oedipi & Jocastae filiorum; discordia morte finiri non potuit, postquam enim mutuis sese vulneribus confecissent, conjectis in eandem pyram cadaveribus, flamma cum fumo divisa fuisse traditur: ex Ovidio ipso lib. v. Trist. Eleg. vi. ubi Callimachum authorem laudat, Hygino fab. 68. Pausania in Boeoticis, Lucano lib. i. Papinio lib. ii. Thebaid. qua de re Bianoris Epigramma legitur lib. Antholog. item. Ausonii. Hinc acerbae fratrum inimicitiae, *Contentiones Eteocleae* dicuntur Apulejo lib. 10. Met. Salvagn. Hoc distichon in Ms. postponitur sequenti. nec inepte. Bersm.

36. *Quam vetus.*] *Quem* ex quatuor scriptis. Heins. *Quae* unus. *quod* Moreti. *accensa rogo* duo libri. *separet* totidem. *accensa separat igne pyra* Ms. Berismanni.

37. *Brumae.*] *Et brumae* Mss. Berism.

38. *Vesper & ortus erit.*] *Erunt* cum Juretii libro, & quinque aut sex aliis. Heins.

40. *Commissi.*] *Promeriti* alter Puteaneus. post hunc versum plurimae editiones & scripti inferebant distichon, quod occurrit infr. ℣. 133. & Micyllus notat hic dilicha duo omitti in aliis codicibus.

41. *Quam dolor hic umquam spatio evanescere possit, Leniat aut odium tempus & hora meum.*] Hoc distichon non est in lib. Mass. & plane hic otiosum mihi esse videtur. In omnibus libris paullo inferius legitur. apposite. Ciofan.

43. *Pax erit haec nobis.*] Ruptam inter se & Ibin amicitiam nunquam posse iterum coire affirmat, indeità militarum rerum comparatione, quae convenire inter se nullo modo possunt: sive rerum ordine pugnent. Ut Luna cum Sole, Zephyrus cum Euro, Aquilo cum Noto, Vercum Autumno; sive naturâ, ut ignis cum aqua, Lupi cum agnis, Plato λυκοφιλίαν vocat Epist. ii. ad Dionem. Sed enim admiratione dignum mihi videtur quod de *Boramez*, id est, *agno* planta Scythica proditum est. Illam nimirum apud Tartaros in Zavolhensi regione inter Volgam & Isik fluvios, agni figura crescere, & à lupis tantum appeti,

Prima quidem coepto committam proelia versu:
Non solent quamvis hoc pede bella geri.
Utque petit primo plenum flaventis arenae
Nondum calfacti velitis hasta solum;
Sic ego te ferro nondum jaculabor acuto:
Protinus invisum nec petet hasta caput.

Et

per, non item de aliis animantibus, quae carne vescuntur, ut refert Julius Scaliger adversus Cardanum Exercit. 181. dissimil. 29. Gulielmus Postellus libro de Causis utriusque naturae, Joannes Khaumnius Dendrichthias lib. 1. Zodiaci, Joannes Baptista a Porta naturae intelligentissimus lib. IV. Physiognomoniae, quem ipsum prorsus Joan. Reiinus in Daemonologia sua, ut magnum venenum metuit, hisque ejusdem de magia naturali somnus dignos arbitratur. Verum aliquando fortuna inter lupos & oves concordiam coeunt Flaccus cap. xx. vs. 6. Et post eum Sibylla Erythraea; quod cum metaphorice fieri debeat, ut S. Hieronymus, Cyrillus, Procopius, aliique Patres interpretati, itemque Eusebius lib. III. demonstrat. cap. 12. & S. Gregorius homil. 16. in Ezechielem, exponunt: Jacobi tamen hoc revera Christum adhibentur, ideoque nondum Messiam Eum adventuro coarcendum, sicut Origenes scripsum reliquit lib. IV. Periarch. cap. 2. & Philocal. cap. 7. Eorum morte refellit ex veteribus Probatis Galenus lib. 2. cap. 6. Quo etiam in errore versatus est Lactantius lib. VII. Divinarum Instit. cap. 24. atque adeo Chiliastae sive millenarii vocati, quorum author fuit Papias S. Joannis discipulus. Salvagn.

43. *Donec mihi vita manebit.*] *Donec modo vita* unus Helinsii. *& dum mihi vita.* *semper dum* ejus cod. Vincent. Bellovacensis.

45. *Prima quidem.*] *Tamen* Moreti.

45. *Coepto versu.*] Coeptum appellat versum Elegiacum, quasi imperfectum: nam extremo pede claudatur. Papinius:

——— *Qui nobile gressu*
Extremum frenaris opus.

Dorat. Coeptum versum simpliciter intelligo, quo coepit hanc scribere, hoc est Elegiaco. Broeder.

47. *Utque petit primo plenum flaventis arenae, Nondum calfacti velitis hasta solum.*] Tres erant in exercitu Romano militum genera; *Equites, Pedites, Legionarii* cum suis signis. Pedites levis armaturae sine signis. Hi *Velites* vocabantur, & ubi congrediendum erat inter utramque aciem excurrebant, levibus armis instructi praelium committebant, mox recedentes locum certandi Legionariis dabant. Hastae vero jaculatoriae utebantur, quam Polybius ἐκβόλον appellare videtur. Livius: *Gladiis & velitibus trucidabantur. Hic miles tripedalem parmam habet & in dextera hastas, quibus eminus nititur, gladio Hispaniensi est cinctus.* Meminit & aliis locis hastae velitaris. Hinc, *velitatio & advelitatio* dicta, quod est, authore Festo, *jactatio quaedam verborum figurata ab hastis velitaribus.* Quamobrem nescio quid in mentem venerit Lipsio, cum ait lib. III. de Militia Romana: Jaculatorem pro Velite ab Ovidio innui, propterea quod Ovidii aetate Velites non essent. Quid habebat in animo cum haec scriberet? Hasta autem Velitaris amentata erat, ut ex hoc Ciceronis loco discimus in Bruto: *Hastas Velitibus amentatas tradunt*, qui locus Adrianum Turnebum fugit, cum lib. XIV. Adversf. cap. 11. scribit, hastam amentatam à velitari differre. Ex hoc item cibicho potest, Velites ante pugnam praeludere & hastas vibrare solitos esse, quo forte respexit & Cicero lib. II. de Divinatione, his verbis: *Haec fuerit nobis tanquam levis armaturae prima orationis excursio.* Quin & Samnitibus idem moris fuisse tradit idem Cicero in hunc modum lib. de Oratore: *Atque ejusmodi illa praelusio esse debet, non ut Samnitium, qui vibrant hastas ante pugnam, quibus in pugnando nihil utuntur.* Extatque locus insignis apud Strabonem lib. X. de gladiatorum praeludiis: καὶ οἱ μονομάχοι τοῖς πάλαι χρόμενοι, ἔξιον εἰσάγοντες κρίσεις, ἔνια ἐπὶ τὴν ξίφη ἐκβάλλοντες. *Et qui singulari certamine congrediuntur, primum hastis missilibus rem gerere solebant, deinde ad gladios veniebant.* Quem morem à Graecis manasse docet Aeschylus, qui in Agamemnone πάρεσι δικοκρόταφον vocat πρότελεια, sive gravioris pugnae praeludia. Salvagn. *Planum ferventis* fecit libri cum prima editione. *ferventis* etiam Regius & unus Helinsii. de velitari hasta quae habet Salvagnius jam aliis occupata sunt. *militis hasta* Sarravii codex, & multi alii.

47. *Nondum calfacti.*] Elegante translatio verbi *calfacere*, bonis utique Scriptoribus usitata; Cicero de Oratore: *Et ait cum brachium calfecerit, cum se falere pugnare, neque attendit eos ipsos* (gladiatores intelligit) *unde hoc genus ducit, illas primas hastas ita jactare leviter, ut & venustati vel maxime serviant, & in reliquum, viribus.* Sic apud Plutarchum ἐκμὰς ἀπὸ μάχης, & ἐκμὰς ὄντα τοῦ ἀγῶνος, pro eo, quod Latini dicerent, *cum incaluisset fervore certaminis.* Salvagn.

49. *Sic ego te ferro nondum jaculabor acuto.*] Obtusa erant arma, quibus praludebant; quapropter ea,

Et neque nomen in hoc, nec dicam facta libello:
Teque brevi, qui sis, dissimulare sinam.
Postmodo, si perges, in te mihi liber Iambus
Tincta Lycambeo sanguine tela dabit.
Nunc quo Battiades inimicum devovet Ibin,
Hoc ego devoveo teque tuosque modo.

Ut-

ea, quibus serio decernebant Ovidius ferrum acutum vocat, quomodo lib. III. de Arte:

Ponite jam gladios habetis, pugnetur acutis.

Iterum:

Sic ubi praelusit, rudibus puer ille relictis,
Spicula de pharetrâ sumit acuta manu.

Similiter Dio cum de lenitate Marci disseruit; Σιδήρου γὰρ οὐδένα οὐδενὶ αὐτῶν ἐξῆν ἔδωκεν, ἀλλὰ καὶ ἀμβλεῖν ἐκεῖνα ἐκφερομένας κάντες ἐμάχοντο: *Ferrum enim acutum nemini eorum commisit, sed obtusis & velut orbiculatis gladiis omnes pugnabant.* Eumenius Rhetor Oratione pro restaurandis scholis, *tela splendentia vocat*, his verbis: *Neque enim tanta me, aut negligentia, aut confidentia tenet, ut nesciam, quanta sit inter hanc aciem fori, & nostra illa secreta studiorum exercitia diversitas: ibi armantur ingenia, hic praeliantur: ibi praelusio, hic plerumque velut fudibus & saxis; illic semper telis splendentibus dimicatur.* Quo quidem loco Lipsius Saturnal. lib. II. cap. 19. rescribendum contendit, *rudibus & hastis.* ego *fudibus* retinendum affero, siquidem tirones ad palum fudibus exerceri solitos tradit Vegetius lib. II. cap. 23. *Ad palum quoque fudibus juniores exercari percommodum est*, & Juvenalis Satyra VI.

——— *Vel quis non vidit vulnera pali,*
Quem cavat assiduis fudibus scutoque lacessit.

Salvagn. Locutio insolentior *jaculari aliquem ferro*, cum usitatior sit, *jaculari tela*, &c. in aliquem. sed ita forte apud Livium lib. XLIII. 54. quod sollicitum habuit summum Gronovium, legendum, *sed probris quoque ipsum Macedonasque procacibus jaculati sunt.* vulgo, *in ipsum*, quod insolentius adhuc. & ita apud Nostrum in loco obscuro III. Amor. XII. 27. posset sublata distinctione legi, *Eucaladum jaculantem viros mille lacertis*, quamquam id nondum definiam. inst. vs. 585.

Aera si missio vacuum jaculabere disco.

Plinius lib. VIII. 3. *Nunc dentium causa pedes eorum jaculantur, aliquin mollissimos*; & ita alii. *jaculari*, pro amore aliquem petere Lucretium dicere notat Gifanius. Burm.

50. *Nec petet.*] *Non petat* Moreti. *hasta solum* Margo Vincentii.

51. *Et neque.*] *Sed neque* Jureti codex.

52. *Qui sis.*] *Quis sis* omnes fere codices; solemni permutatione. vid. ad Phaedr. I. Fab. 13. eadem varietas mox vs. 61. hic ob sonum ingratum & sibilum, *qui* sine dubio legendum.

53. *Si perges.*] Editio Salv. *si pergas.*

53. *In te mihi liber Iambus.*] Sic sub finem lib. I. de Remed.

Liber in adversos hostes stringitur Iambus.

Cloran. Iambum liberum vocat, ut lib. I. de Remedio amoris. sive quod sit orationi liberae similimus, ut ait Cicero in Oratore, & Theo in Progymnasmatis: Τὸ Ἰαμβεῖον ἔχει ἐμάθετον πῶς τὸ πεζῶν. *Jambicum cum pedestri orationis habet similitudinem.* Imo & Aristoteles lib. IV. de Poetica, cap. IV. Μάλιστα λεκτικὸν τῶν μέτρων τὸ ἰαμβεῖόν ἐστι. *E metris sermoni maximo idoneum est Jambicum*; sive quod praecipuus est in conviciando carminis Iambici usus, quemadmodum vocem illam exponit Proclus in Chrestomathia & Scholiastes Ephaestionis. Salvagn.

54. *Tincta Lycambeo sanguine tela dabit.*] Non dissimile illud Martialis Epig. II. lib. 7.

Quid prodest, cujiant cum quidam nostra videri,
Si qua Lycambeo sanguine tela madent.

Cum Lycambes filiam Neobulen Archilocho Poetae desponderet, eamque postea pacti poenitens, alteri collocaret, virulentis Iambis ab ipso Archilocho usque adeo perstrictus fuit, ut doloris impatientia mortem sibi laqueo conciverit, ut scribit Aristoteles lib. III. Rhetor. Pausanias in Achaicis. Hinc Horatius Epod. VI.

Cave cave, namque in malos asperrimus
Parata tollo cornua,
Qualis Lycambes spretus in fide gener.

Item:

Archilochus ipso fecit iratus metro
Contra Lycambem & filias.

Et Epistola XIX. ad Mecaenatem:

Nec socerum quaerit, quem versibus obliuat atris,
Nec pendens laqueum famoso carmine nectit,

De Archilochi virulentia plura dicentur ad versum 523. Salvagn.

53. *Nunc quoque Battiades inimicum devovet Ibin.*] Suidas: Καλλίμαχος, inquit, Βάττου καὶ Μεσάτης, Κυρηναῖος γραμματικὸς, μαθητὴς τοῦ Ἱάσωνος γραμματικοῦ, γραμματικὸν ἀγχοῦς τοῦ Σοφοκλέους ἀκμάσας. Ἀδελφὸς δὲ αὐτοῦ καὶ οὗτος ἦν ὁ νέος Καλλίμαχος, ὁ γράψας περὶ νόσου

Utque ille, historiis involvam carmina caecis,
Non soleam quamvis hoc genus ipse sequi.
Illius ambages imitatus in Ibide, dicar
Oblitus moris, judiciique mei.
Et quoniam, qui ils, nondum quaerentibus edo,
Ibidis interea tu quoque nomen habe.

Ut-

Ibide, &c. Ut possem recondere ea, quae ab illo [illegible] de Ibide haec addit: Ἔστι δὲ πάντων [illegible] καὶ λοιδόρων εἰς ἐμὲ [illegible] ἐν τῷ Καλλιμάχῳ. ἡ δὲ ἔνεκα [illegible] ἐν Ἀιγυπτιακά. Ceterum illi vetus commentatores, utrum patriae causa, an impudentia, Idem vocarit Apollonium Calimachum. Ego vero utrumque recipio. Fert enim, ut idem Scholiast, Apollonius Ἀλεξανδρίας ἐπιστολὴν, λοιδορεῖ τὸν Ἴβιν, νῦν δὲ Σιλλίκιος, ἀνδρὸς Καλλιμάχου, &c. Ut ob hoc, [illegible] propter impudentiam & procacitatem ipsius [illegible]. Ita enim putant: sed & quia Alexandrinus esse putat, cujus urbis haec avis quasi peculiaris: unoque autem modo nec contemptum, & commodissime. Meretur. Joannes Tortellius Aretinus, nomen bene literatus, qui avorum memoriam maxima juventutem Italam dimisit, ignarumque maribus involutam, quasi ex [illegible] veterum excipere, & cum Laurentio Valla contendere de familiari suo, rem interaxiam [illegible] fortasse conatus est, in suis de Orthographia Commentariis anno 1483. Venetiis excusis, dicendum ab illo putavit, quam Ovidius ad invitandum Ibi proposuit, forte quod Antilochus malevolentia nobilis fuit. Callimachus intelligentes, qui sub Ibidis nomine Apollonium Rhodium delegatum diris imprecationibus devovit; ut fusius etiam in Prolegomenis, quod hic non repeto. Is enim Bacchiadae ab Ovidio, Catullo, Propertio dictus, quod Batti filius esset, ut ipse refert: hoc Epigrammate in Bacum:

Ὅστις ἐμὸς πατὴρ εἶναι φίλος; οὐδὲ, Καλλιμάχου νῦν
Ἴστ' Κυρηναίου παῖδ' τὸν καὶ γενέταν
Βάττου δ' ἐμοῦ ——

Quisquis ille tuus pater sit, nonne est, vinter
Callimachi natum Callimachique patrem,
Sic nosse licet ——

Quin etiam originem suam ad Battum, Cyrenarum conditorem, referebat, a quo posteri omnes Bacchiadae appellati. SALVAGN. *Bacchiadae* erat in Syracusano.

57. *Utque ille, historiis involvam carmina caecis.*] Scilicet etiam Callimachi libellum in Ibin perobscurum fuisse testatur, de quo Papinium loquitur dubito lib. IV. Sylv. cum parum ingenii in ejus Epicedio, quod Callimachii, Lycophronis, Sophronis, & Corinnae, versus obscurissimos intelligeret, sic enim canit:

——— *Tu pandere doctus*
Carmina Battiadae, umbratique Lycophronis ainri,
Sophronaque implicitum, tenuique arcana Corinnae.

Sed & Clemens Alexandrinus lib. V. Strom. Εὐφορίων γὰρ ἡ κοινὸς, inquit, καὶ ἡ Καλλιμάχου Ἶβις, καὶ τὰ αἴτια, καὶ ἡ Ἀπολλώνιος Ἀλεξανδρεὺς, καὶ οἱ τοῦτοις παραπλήσια γεγραφότες εἰς ἐξήγησιν γραμματικοῖς ἐκείνοις ἄπασιν. *Euphorion enim Poëta & Callimachi Ibis & causae & Lycophronis Alexandri, & quae sunt his familia sunt instar gymnasii propositi ad explicandum omnibus grammaticis.* Sic enim manuscriptus meus perverusus Codex, cum in omnibus editionibus desint haec verba, καὶ ἡ Καλλιμάχου Ἶβις, in eandem quoque sententiam forte Spartianus intelligendus, ubi de Adriano ait: *Cataeriaus libros obscurissimos Antimachum imitando scripsit.* In cujus loci explanatione, cum se multorum ingenia mirifice torserint, Janus Parrhasius Epistola ad Adrianum Cardinalem, existimat Adrianum Imperatorem in Cochum Aëtianum tutorem olim Praefectumque fuum, cujus successorem dedit, quemque mox hostis habuit loco, diras effudisse aemulatione Callimachi, ideoque rescribendum *ἐκεῖ' ἐκείνου libros obscurissimos Callimachum imitando scripsit.* Atque utinam libellus ille Callimachi salvus ad nos enatasset; equidem quid ab eo Noster in suum peculium transtulisset, animadverteremus. Eum enim mea sententia Naso magna ex parte Latinis versibus expressit, quemadmodum Catullus poëmatio de Coma Berenices. Verum demersus est naufragio Aitiorum, Hecales, & aliorum Opusculorum, quae scripsisse quam plurimis Athenaeus & Suidas prodiderunt. Aitiorum autem poëmatio, quo sacrorum ritus & causas complexus est Callimachus, *ἀνεγνωσμένα* fuisse Clemens Alexandrinus modo laudatus aliique testantur. In eo vero Callimachus historias ab omni cognitione remotissimas scripturus, finxit fomniasse aliquando se Musarum coetui interveniisse, quas cum de rebus antiquissimis & obscurissimis interrogaret, accepisse ab iis ea, quae postea memoriae tradidit, ut ostendit quoddam in eum Epigramma, cujus initium ἔ μέγα Βαττιάδεω τὸ φῶς ἀφίκεσθαι ὄνειρον: unde Propertius librum illum *Callimachi Somnia* vocat Eleg. ult. lib. II. cum ait:

Tu

Utque mei versus aliquantum noctis habebunt,
Sic vitae series tota sit atra tuae.
Haec tibi natali facito Janique Calendis
Non mentituro quilibet ore legat.
Di Maris & terrae, quique his meliora tenetis
Inter diversos cum Jove regna polos.

Huc

Tu fatius musis meliorem imitare Pelletam;
Et non infausti somnia Callimachi.

Ejusque meminit Martialis his versibus ad Mamurram, cum suadet non alium librum quaerere quam Aëtia Callimachi, siquidem obscuris delectatur:

Sed non vis Mamurra tuos cognoscere mores,
Nec te scire, legas Aëtia Callimachi.

Ipseque Ovidius ad hoc alluisse videtur, ubi sic:

Tempora cum causis Latium digesta per annum,
Lapsaque sub terras, ortaque signa canam.

Aiteia quippe, id est, *causae*, eodem pene argumento, quo Fasti Ovidiani, conflabant. Callimachus autem & ipsum imitatus Ovidius, ideo mihi videntur obscuritatem affectasse, quod ipsorum vota & imprecationes instar essent oraculorum, quae aenigmatice efferebantur, unde Clemens Alexandrinus libro laudato: Ὁ κυνηγὸς γὰρ κυκεῶνα ὁ λεγόμενον εἶναι ευνεδόκει καὶ Πλάτων: ἐνταῦθα καὶ τερατεῖαι, ἔνα χρησμοὶ λέγονται δ' αἰνιγμάτων. Nec aliam ob causam Lycophron obscurus fuit in Cassandrâ. SALVAGN.

58. *Non soleam quamvis hoc genus ipse sequi.*] Alia Ovidiani ingenii monumenta cuivis adeo plana & perspicua sunt, ut Alanus ille Doctor universalis ob multiplicem doctrinam à Germanis appellatus, Anticlaudiani, lib. I. dicere non dubitavit:

Inferuit ut Seneca, blandtur ut Appius, urget
Ut Cato, succendit ut Curio, velat ut alter
Persius, ut Crassus simulans, ut Julius alter
Dissimulans, ut Sollius implicat, explicat idem
Ut Naso, vernat ut Statius ——

Quo tamen loco dele *Sollius*, pro quo repone *Sollius*, per quem Sollius Sidonius Apollinaris intelligendus. SALVAGN.

59. *In Ibide.*] Alii, *in Ibida dicam*, id est invehar & incurram in Ibin. Elige. VALER. ANDR. *In Ibida* editiones plurimae & sex scripti.

62. *Ibidis interea.*] De Ibide recondita quaedam scribit Aëlianus de historia Animalium lib. X. cap. 30. & lib. II. capite 38. Ibin Lunae consecratam esse. CIOFAN.

63. *Utque mei.*] *Meae* Gallicus codex. *aliquantum numen* unus Heinsii.

65. *Haec tibi natali facito, Janique Kalendis.*] Priusquam Naso Deos invocandos tibi conciliet, Ibin monet, ut natali suo Kalendisque Januariis has diras à quovis legendas, sibique pro sanctis precationibus recitandas curet, quo scilicet iis diebus pronunciatae certiorem perniciem portendant. Veteres enim quidquid ominis mali diebus illis auditum fuisset, dirum nescio quod exitium minari credebant; contra dies illos, si nihil infausti contigisset, fausios censebant. Natalem enim quisque suum praecipua quadam religione ac laetitia privatim prosequebatur. Cujus antiquissimae consuetudinis, etiam mentio Genesicos cap. IV. com. 49. Ideoque moris itidem fuit, ut amicis eo die munera mittarentur, unde jocus Martialis in Clytum. Epig. 64. lib. 8.

Ut poscas Clyte munus, exigasque,
Uno nasceris octies in anno.

Qui ductus videtur ex his Ovidii meretricum morem notantis:

Quid, quasi natali cum posit munera libo;
Et quoties opus est nascitur illa sibi?

Kalendas autem Januarias laetis precationibus invicem faustas ominabantur, teste Plinio, lib. XXVIII. cap. 2. & Ovidio ipso lib. I. Fast. cum ait:

At cur laeta tuis dicuntur verba Kalendis;
Et damus alternas accipimusque preces?

Quod iterum significat lib. IV. de Ponto, Eleg. IV. Ejusque moris meminit Lucianus in eo libro qui Ψευδολογιστὴς inscribitur, & Herodianus lib. I. Hinc ortae superstitiones multae. Quamobrem extat in sermonibus Ambrosianis, & apud S. Augustinum, Joannem Chrysostomum, Maximum Taurinensem, Petrum Chrysologum, & alios acerba eorum increpatio, qui cum Gentilibus Kalendas celebrabant. Ac plane Synodi Turinensis secundae cap. 23. Kalendarum Januarii cultus nominatim prohibitus est, ut & Synodo Antiodorensi, cap. I. quo praesertim vetitae sunt Strenae, quarum usus jam inde à Tatio Rege, qui primum Romuli hostis, deinde collega in Regno Romano fuit, originem ducens, cum verbenas felicis arboris ex Luco Strenae, anni novi auspices, primus accepit. SALVAGN.

65. *Vacita.*] Unus ex meis, *fatlio*. Bononiensis, *fatlo*. Scribe, *faxo*. quod est minantis. nihil frequentius apud optimos auctores. vide Notas Met. XIII. vi. 875. HEINS.

Jeni-

Huc precor, huc vestras omnes advertite mentes,
Et inite optatis pondus inesse meis.
Ipsaque tu tellus, ipsum cum fluctibus aequor,
Ipse meas Æther accipe summe preces.
Sideraque & radiis circumdata Solis imago,
Lunaque, quae numquam, quo prius, ore micas.
Noxque tenebrarum specie reverenda tuarum,
Quaeque ratum triplici pollice netis opus.

Qui-

65. *Juraque Kalendis.*] In more positum fuit apud Romanos, ut Kalend. Januarii haec & jucunda verba efferrentur. Auctor Plinius, & Ovidius ipse lib. I. Fast. CIOFAN.

68. *Non mentiuntur.*] *Nunc mutatione* Petavianus; ut Plautianum mutilam innuit.

69. *Adverite mentes.*] Edit. Domitii & tres Scripti, *devertite.*

72. *Ipse meas Æther accipe summe preces.*] Ex formula veteri, qua precus iuss accipi rogabant, ut apud Virgilium lib. IV. Æneidos:

Accipite hac, manibusque meis adverite numen.

Valerium Catonem dicis:

Istaque, quae dulces curas diffundis agris,
Accipite hac vota ——

apud Ovidium ipsum pessim. Neque vero temere dixit, *Æther summe*; Tullius enim lib. II. *de Natura Deorum*, ex Euripidis sententia Æthera summum Deum appellandum esse prodidit in his:

Video sublime fulsum immensurum Æthera,
Qui ventos terrae circumvolu amplectitur;
Hunc summum habere Deum, hunc perhibere Æthera.

Hinc Virgilius lib. II. Georg. non solum *patrem*, sed etiam *omnipotentem* vocat, quo nomine nullum neque elementum, neque mundi partem, neque Deum praeter unum Jovem appellaverat:

Tum Pater omnipotens fecundis imbribus Æther.

Et vero Jupiter & Æther idem creditu. SALV.

73. *Sideraque & radiis circumdata Solis imago.*] Sic Ajacis imprecatus Ajax apud Sophoclem convertit in monem ad Solem: Εἰ δ' ἐν ἀκτῖν' ὀφθαλμοῖς ἐξεφαίνετο ἥλιε. & Prometheus apud Æschylum: Καὶ νῦν κατόψει κἀπὸ τοῦδε φῶς ἥλιον κλύων. Sic Dido imprecata Æneae:

Sol, qui terrarum flammis opera omnia lustras,
Tuque harum, &c.

Contrum *imaginem Solis* dixit, ut Virgil. lib. VIII. Æneidos *imaginem Lunae*:

Sicut aquae tremulum labris ubi lumen ahenis
Sole repercussum, aut radiantis imagine Lunae.

De qua locutione peracute suo more Julius Scaliger vir summus his verbis: *An Poëta sibi hoc à Philosophis disputari, lumenne res sit quaedam facere naturam existens: id quod est velut color in herba viridis, an imago quaedam corporis lucentis? qualitas est viriditas in speculo, ex vero herbae colore manans, idcirco Lunae imaginem lumen ipsum intellexit, ut sit, lumen in laquearibus esse Lunae imaginem exceptam atque repercussam. Libet, inquam, Poëtarum supra trivialia ingenia interpretari, nisiquam enim Musa illius mortalis quicquam sonat.* Ex his vero Scaligerianis patet, quam vere scripserit Politianus in Miscellaneis, cap. IV. ei qui Poëtarum interpretationem suscipit, non prospiciendos Philosophorum modo familias, sed jurisconsultorum, item & Dialecticorum, & quicunque doctrinae illum orbem faciunt, quae vocamus Encyclia. SALVAGN.

73. *Circumdata.*] *Circumfusa* Moreti codex.

74. *Lunaque quae numquam, quo prius ore, micas.*] Mascianus lib. *orbe*, non *ore*. Libentius sequor. libro IV. Met.

Nec par, aut eadem nostrarum forma Dianae
Esse potest umquam, semperque hodierna sequenti,
Si crescit, minor est: major, si contrahit orbem.

Et in Epist. II. 5.

Luna quater lustrat, toto quater orbe recrevit.

CIOFAN. Quia modo curvata in cornua, modo aequa portione divisa, modo finuata in orbem, maculosa, eademque subito praenitens, immensa orbe pleno, ac repente nulla, aliis pernox, aliis sera, & parce dici Solis lucem adjuvans, ut elegenter loquitur Plinius lib. II. Histor. naturalis, cap. 9. SALVAGN. *Quo prius orbe* Regius & multi edit: eadem varietas apud Val. Flacc. II. 57. *Nullus in orbe ruber.* ubi plura dicemus. nos *ore* praetulimus. pro *micas* etiam Regius unus, *meas.*

75. *Reverenda.*] *Veneranda* Petavianus.

76. *Quaeque ratum triplici pollice netis opus.*] Parcas significat: Cloto, Lachesin, & Atropon, Cleli filias ex Themide. Apollod. libro primo Biblioth. CIOFAN. Perperam scripti codices, *nellis.* Medicam. Faciei:

Assiduum duro pollice nebat opus.

sic

Quique per infernas horrendo murmure valles
Imperjuratae laberis amnis aquae,
Quasque ferunt toto vittatis angue capillis
Carceris obscuras ante sedere fores;
Vos quoque plebs Superûm, Fauni, Satyrique, Laresque,
Fluminaque, & Nymphae, Semideûmque genus.
Denique ab antiquo Divi veteresque novique,
In nostrum cunéti tempus adeste, Chao.

Car-

sic apud Corippum Africanum de veste mortuali Justinianorum, cum in veteri codice, ex quo scriptor ille prodit, legeretur:

Justinianorum sortes ubi tota laborsuo
Noctis auro insignita fuit.

repositit Densterus, *Nexo.* perperam. cum *noto auro* debuisset. *nere aurum*, ut apud Martialem:

Et totam Phryxi Julia nebit ovem.

Claudianus lib. III. de laudibus Stiliconis:

—— *tinctis simul repetito murice fila*
Continuimus pensis, & eadem nevimus auro.

Sidonius Apollinaris carmine XXII.

—— *vel flammae fulvo*
Praegnantis fusi mollitium nessit metallum. HEINS.

77. *Quique per infernas horrendo murmure valles, imperjuratae laberis amnis aquae.*] Horrendum Styg murmur tribuit, quam lib. IV. Metam. sibi contrarius, *inertem* vocat in his:

Est via declivis funesta nubila taxo,
Ducit ad infernas per muta silentia sedes:
Styx nebulas exhalat iners ——

Illi *tacitam* & *stupentem* dicunt; siquidem altum apud inferos silentium. Certe huic loco Nasonis consentanea scriptit Hermesianax Colophonius in Elegiacis apud Athenaeum lib. XIII. cap. 7. his versibus:

Αἰθὶς τοιάδε ἐ, καὶ γὰρ ἀναιδία χῶρον
Ἐνδὸς ἐόντ' ἀκόρεστον, ἀνοῖκτον, ἄδακρυν τε καὶ ἄστρων.
Φύγγος ἀγχόμενον, ἀλφὰν δ' ἐπὶ μακρὸν ἀόρτ[illegible]
Πῦρπνοα δ' ὀν μεγάλων ἐπιφῆρα δόκευον.

Hic inferis cum ad dirum & inexorabilem coetum navigavit
Ubi Charon, ut fama est, in cymbam trahit
Animas defunctorum, & procul sonat paludis
Unda per densas illisa arundines.

Verbum autem *imperjuratae* pro eo, quod est perjurio non violatae, nescio an alibi reperias. Notum ex Hesiodo quâ poena afficerentur Dii ipsi, qui datum per Styga fidem fregissent: cujus quidem Sacramenti rationem fabulosam reddit Apollodorus lib. I. Theologicam Aristoteles ex quorundam opinione, Metamorph. lib. I. cap. 3. ubi Thaletis de aqua sententiam excutit: Ὑπολαμβάνουσι δὲ, καὶ Θαλῆς ἀρχὴν τῶν ὅλων ὕδωρ τε καὶ ὕδατος ἔφη· ἐξ ὕδατος γὰρ πάντα συνεστάναι καὶ εἰς ὕδατος τὴν ἀπόφασιν τὰ πάντα τελευτᾶν· ἐξ οὗπερ γὰρ ἡ γένεσις τοῖς οὖσι γίνεται καὶ ἐξ ἀνάγκης τὴν φθορὰν εἰς ταῦτα ἔχει· *Oceanum & Tethyn generationis parentes fecerunt. Jurjurandum quoque Deorum aquam esse Stygem ab ipsis Poëtis appellatam. Honorabilissimum enim quod antiquissimum est, jurjurandum autem honorabilissimum est.* SALV. Monuit etiam me, amicitia longa conjunctissimus, Hoogstratanus, alios Poëtas Stygi tacitas & stupentes etiam aquas dare, ut Senec. Herc. Fur. 712. *Tacentem Styga*, & Hipp. 615. *Tacitam* vocat. sed hoc jure suo Poëtas, etiam in aliis, & multo notioribus Fluminibus, facere, docuimus satis plene ad Val. Fl. V. 180. BURM.

78. *Imperjuratae.*] Maluerat Heinsius, *imperjurandae*, ut *dis juranda palus*, in uno regio erat, *imperviatae*, in altero, *impejuratae.*

79. *Vittatis.*] *Vitiatis* editio Veneta & tres scripti. unus Vatican. *mitratis.* de qua variatione vid. ad XIII. Metam. 613. *uncatis* erat in uno Heinsii. nihil mutandum. Flor. I. 12. *discoloribus, serpentum in modum, vittis, furiali more processerant.* BURM.

80. *Obscuras.*] *Obstrusas* Trevisanus. unde Heins. *obstrictas*, vel, *abstrusas* faciebat. ego nihil muto. *obscuras fores* sunt *nigras*, ut omnia ejus coloris apud Inferos. vid. ad III. Am. IX. 20. Juven. XI. 125. & *Mauro obscurior indus.* id est nigrior. sic *Janua nigra* inferorum, Propert. IV. IX. 2. & *Atri janua ditis* Virgil. VI. Æn. & *regia caeca, Nigri Dei* Nostro II. Ep. 72. & cuinon? BURM.

81. *Vos quoque plebs superûm.*] Hi sunt minorum gentium Dii, quos Plautus Cistellaria *Minutos & Patellarios* appellat, & facete Poëta Typhallicus, sive est Virgilius, sive Ovidius, *Vappas & pusilla numina* in his:

Istae coelitibus datur severis.
Nos Vappas sumus, & pusilla culti
Ruris numina ——

Quod genus Dii *Semones* vocabantur, cum nec coelo digni putarentur, ob merili videlicet paucopertatem, sicuti Priapus, Hippona, Vertumnus; nec terreni quoque deputarentur propter gratiae venerationem, ut loquitur Fulgentius ad Chalcidium, ita vero dicti quasi *Semihemones*, id est, Semi-

85 Carmina dum capiti malefido dira canuntur,
Et peragunt partes ira dolorque suas:
Adnuite optatis omnes ex ordine nostris;
Et pars sit voti nulla caduca mei.
Quaeque precor, fiant: ut non mea dicta, sed illa
90 Pasiphaëi generi verba fuisse putet.

Quas-

dicebantur; veteres enim *Lemures* dicebant. Eosdem etiam *Daemones* Graeci, *Mediocrimos* Latini vocabant; ibentius autem *Genios*; qui quidem omnes minus iniquos splendideque naturae, quam illi coelestes sunt, inquit Martianus Capella lib. II. Nec tamen in sunt correlenti, ut hominum capiantur oculis. Horum autem singulos unicuique eorum fingendum deterius crecrum est, ut ibi eosque Martianus ostendit. Unde Apulejus lib. *de Deorum Praesidi*: *Daemonas, quos Genios et Lares appellamus nostrorum, ministros Deorum arbitrentur, sedulosque hominum et interpretes, si quid a Dis petant.* Summates vero ac majorum gentium Dii pariter Salii celebantur, de quibus fusè & eleganter S. Augustinus lib. VII. de Civitate Dei, cap. 1. 2. 3. &c. ubi locum ille Tertulliani referat: *Si Dii [Gigantum ut belli], utique caeteri imperii indicantur.* SALVAGN.

84. *Semidamnas.*] *Semidiique* Regius alter.

85. *Deinque de antiquis Divi veteraque numina, in ingressum cuncti, usque adeo Chao.*] Ex ritu Pontificum, post indigitatum Deorum nomina, reliqui Dii generalim invocabantur, ut notat Servius *initio Georg.* his verbis: *Post specialem invocationem venit ad generalitatem, ut quod nomen praeterea posset Pontifices, per quos ritus esset in omnibus sacris post specialem Deum, quos ad ipsum sacrum, quod jubas, necesse erat invocari, generaliter omnia numina invocabantur.* SALVAGN.

87. *Divi.*] In Francofurtensi erat, *divum*. elegantè, ut apud Horat. I. Od. II. 19. *Jupiti Divum genitor & imitt.* vid. ad Vellej. Patere. II. 82. & ad Quintil. I. de Instit. Orat. 5. de novis diis vid. ad Epist. XVI. 332. BURM.

87. *Divi veteraque numina.*] Veteres eos intelligit, qui Dii semper habiti sunt, cujusmodi qui *Consentes* & *Selecti* vocantur: duodecim nimirum, sex mares, totidem feminae. Novos, qui per *Apotheosin* facti sunt ex hominum genere confecerati; quos Indigetes appellabant. Utrosque sic definit Cicero lib. II. de Legibus: *Divos, et eos, qui caelestes semper habiti, colunto, et eos, quos endo caelo merita vocaverint, Herculem, Liberum, Aesculapium, Castorem, Pollucem, Quirinum.* Nam ut idem Fabius lib. II. de Natura Deorum: *Suscipit ulla hominum et consuetudo communis, ut beneficiis excellentes viros, in coelum famâ tulerunt. Hinc Hercules, Castor, et Pollux, hinc Aesculapius, hinc Liber*; nec absimiliter Horatius lib. III. Carm. Od. 3.

Hac arte Pollux, hac vagus Hercules
Innixus, arces attigit igneas.

Et hi quidem saepe nomen mutabant, ut ait Lactantius. Enim vero jam inde usque ab Homero optimo fuit, aliis res vocabulis apud Deos esse, aliis apud homines. Sic Romulus postea quam in Deorum numerum relatus est, Quirinus vocatus est; Ino, mater Matuta; Palaemon, Vertumnus; Herilia, Ora. Alio sensu Dii novi dicuntur apud eundem Ciceronem, lib. modo laudato, ii nempe, quos in Laranis suis aliqui privatim consecrabant, quique publice non colebantur, nec à Sacerdotibus, & Senatu recepti erant. SALV.

84. *Chori.*] In bonis exemplaribus non *Cheri*, sed *Chao* legitur. ut sit *ab antiquo Chao*, id est à mundi primordio. Ex Chao autem Deos erupisse scribit Hesiodus. ad quod posset Poëta respicere. Ad haec *Chao* neutro genere non flectitur, sed masculino. Balbus in IV. Argonaut. 123.

Et nunc Chaon implet Orion.

lege Priscianum. CONSTANT. FAN. Sic prorsus legendum apud Virgilium, lib. IV. Georg. hoc loco:

Inter quas curam Clymene narrabat inanem
Vulcani, Martisque dolos & dulcia furta;
Absque Chao densos Divum numerabat amores.

Enimvero mendose legitur in plerisque tum antiquis tum recentioribus editionibus, *atque Chao*, quod profunde Lacerda illas secutus perperam enarrant, tametsi nullus ex ea lectione sensus elici possit; est enim sententia Virgilii Clymenen crebros numerasse Divorum amores ab ipso Chao, id est, ab ipsa mundi origine. SALV. *Chori* editiones quaedam veteres & plurimi scripti. *Choris* duo.

85. *Dum capiti malefido dira.*] *Dum vati* unus Regius. *diro malefida* pr. Ed. & quaedam aliae. *malefido digna* Vaticanus. quod Heinsio non displicebat. *canuntur* etiam & *peragant* tres libri, *canantur & peragant* quinque. BURM.

87. *Annuite optatis omnes ex ordine nostris.*] Dii fellicet in votis ordine vocandi erant. Hinc & Statius lib. I. Theb.

Hinc undante mero suadens vocat ordine cunctos
Coelicolas, Phoebum ante alios ——

Hac-

Haec autem locutio *ex ordine* Virgilio perfamiliaris est. SALVAGN.

87. *Optatis.*] In nonnullis esse, *hortatis*, notat Valerius.

88. *Et sit pars voti nulla caduca mei.*] Liber vetus, *et pars sit voti*. paullo suavius. CIOPAN. Idem lib. I. Fast. *caducas preces* dixit in his:

—— *Nec lingua caducas*
Concipit ulla preces ——

Quemadmodum Tibullus *vota cadere*, lib. II. Eleg. II.

Vota cadunt, utinam strepitantibus advolet alis.

Et Propertius lib. I. Eleg. XVII.

—— *Ingrato littore vota cadunt.*

SALVAGN. *Et pars sit* unus Regius. *Expers ut voti* unus Heinsii.

89. *Quaeque precor.*] *Precer* Vatican.

89. *Sed illa.*] *Illa* ex melioribus. HEINS.

90. *Pasiphaëi generi verba fuisse putet.*] Hoc est, tam certa & efficacia, quam fuerunt Thesei (is enim gener Pasiphaëi fuit, ex Phaedra) verba illa, quibus imprecatus est Hippolyto filio, postulando à Neptuno patre, ut sese adversus illum ulciscereturque. quod & factum, immisso phoca, sive vitulo marino, à quo equi illius, in pavorem & consternationem impulsi, currum atque ipsum vectorem Hippolytum, in diversum abeuntes cursu, laceraverunt. Nota est fabula ex Hippolyto Euripidis, ubi ipse Theseus sic loquitur:

Ὦ Ζεῦ, Πλουτεῦ, ὡς ἄρ' ἦσθ' ἐμὸς πατήρ,
Ὀρθῶς ἀιδοῦς τοῦ ἐμοῦ παιδογυμάτου.

Et mox Hippolytus in eadem fabula:

Ὦ δῶρα πατρὸς οὐ Ποσειδῶνος πικρά.

MUCULI. Theseus, qui tria à Neptuno optavit. Cicero lib. I. & III. Offic. & eo prior Euripides in Hippolyto, in quibus ipsius Hippolyti fuit interitus, cujus verba adduxi in Observationibus in lib. I. quem modo dixi, Officiorum. CIOP. Thesei diras intelligit, quibus Hippolytum filium, de Noverca sibi suspectum, devovit. Author idem Naso, lib. V. Metam.

Anguis, immoritumque pater dejecit ab urbe,
Hostilique caput preces detestatur exulis.

Plutarchus Theseum Romulo conferens: Ἡ δὲ Θησέως ὀργὴ μέχρι λόγου καὶ βλασφημίας καὶ κατ-

Quasque ego transiero poenas, patiatur & illas;
Plenius ingenio sit miser ille meo.
Neve minus valeant ficta exsecrantia nomen
Vota, minus magnos commoveantve Deos.
95 Illum ego devoveo, quem mens intelligit Ibin,
Qui se scit factis has meruisse preces.

Nul-

ἀκρας ἀποβουκολῆς προέβη. *Thesei indignatio ad verba usque & convicia & devotiones anilis est progressa.* Quod etiam Parall. cap. 34. commemorat, & eo antiquior Cicero lib. 3. de Offic. *Quid quod Theseus exegit promissum à Neptuno, cui cum tres optiones Neptunus dedisset, optavit interitum Hippolyti, filii sui, cum is patri suspectus esset de Noverca?* Earum etiam meminerunt Euripides *in Hippolyto*. Pausanias *in Atticis* & *Corinthiacis*. Item Plato *Dialogo* II. *de Legibus*, quo loco parentes colendos esse monet, eorum enim detestationes à Diis exaudiri, neque quicquam filiis accidere perniciosius, exemplo dirarum Oedipi, Amyntorii, & Thesei in filios. Quamobrem Naso devotiones suas in Ibin non minus ratas ac certas esse deprecatur, quàm Thesei, Pasiphaëi generi, in Hippolytum. Quid si loco Thesei Glaucus Vates intelligatur, quasi Nasonis votum sit, ut Ibis has imprecationes, non tanquam Nasonis ipsius, sed Vatis alicujus ore prolatas, ideoque certissimas esse putet. Glaucus enim Pasiphaëi gener dictus videretur, quod ipse cum Ariadna, Pasiphaëi filia, rem habuerit, ut ex Fuunio prodidit Athenaeus lib. VII. cap. 12. editionis à Casaubono recognitae. Glaucum autem eximium Vatem fuisse testis est Aristoteles apud eundem Athenaeum *loco citato*. Euripides in Orcste, ubi dicitur Νηρέως προφήτης Γλαῦκος ἀθανάτου θεοῦ, *Glaucus Propheta Nerei veraxque Deus.* Et Pausanias *in Boeotiis*, pag. 289. editionis Basileensis. SALVAGN. *Dicta fuisse* Petav. & duo alii.

91. *Transiero.*] Idem liber, *transierim*. CIOP.

91. *Patiatur & illas.*] Non *illas*, sed *ipsas* logo. ut sit sensus. *Patiatur* Ibis poenas, quas transiero, id est, in hoc libello non recensuero, & *ipsas*, hoc est, quas in ipso enumeravero. *ipse* autem pro *hoc* non semel ponitur à Poëtis; non nitat exemplis, quia plena sunt omnia. CONST. FAN. *Patiatur & illas* unus Heinsii & Berlmanni. nec displicebat Valerio.

92. *Plenius ingenio sit miser ille meo.*] Eodem sensu capio hunc versum Valerii Catonis *in Diris*. SALVAGN. Non adscripsit Salvagnius, quem ex Diris versum intelligerer, sed puto illum, qui his repetitur, 25. & 47. *nostris superent haec carmina votis*. BURM.

93. *Neve minus valeant.*] Ovidius à Dis petit, ut diras suas non minus ratas ac firmas esse velint,

Nulla mora est in me, peragam rata vota Sacerdos,
Quisquis ades sacris, ore favete, meis.
Quisquis ades sacris, lugubria dicite verba,
Et fletu madidis Ibin adite genis,

No-

[illegible] , cum si verum Ibidis nomen exprimerent. [illegible] devovendus vero nomine compellaretur, necesse erat; secus irritae sortilegaeque devotiones habebantur. Quo Romani respiciebant, cum urbem [illegible], Deum, in cujus tutela esset, evocare non posse crederent, quorum arcana & vera nomina ab hostibus in precantibus ignorarentur; [illegible] Deum suum tutelarem adeoque ipsius urbis antiquum nomen Latinum cuiquam [illegible], [illegible], ut author est Plinius lib. III. cap. 5. & Macrobius cap. 2. Plutarchus Probl. [illegible] Solinus cap. 1. Macrobius lib. III. cap. 9. Servius ad lib. 1. Aeneid. & alter Festus in Indi- [illegible] gravissimas [illegible] poenas repetebant, qui [illegible]. [illegible] interdicto cum [illegible] Soranus non [illegible], & arcana caeri- [illegible], nullo supplicio interfe- [illegible] Quamobrem inter antiquissimas religiones [illegible] colebatur Angeronae, quae Diva, [illegible], obsignatoque ore [illegible] jubet, authore Solino cap. 1. & Sem- [illegible], lib. de Divisione Italiae. Salvagn. Heinsius edidit, nove minus valeant, [illegible] Met. VII. 237.

Nec tamen valeant [illegible], carmen [illegible].

[illegible] Fast. III. [illegible] Val. Fl. [illegible] 341. [illegible] Burm.

95. *Illum ego devoveo.*] Illum scilicet, quasi intento digito & demonstrato [illegible]: in sacris enim magicis omnia certa demonstratione agebantur, ne in rebus, aut personis error committeretur, quod exitiosum esse solet. Existimant [illegible] demonstrationibus tantam vim inesse, ut [illegible] in rem demonstrandam, etiamsi alium [illegible] essent. Sic apud Vergilium in Pharmaceutria: *Limus ut hic durescit, & haec ut cera liquescit.* Et paulo post: *Has olim exuvias mihi perfidus ille reliquit.* Deinde: *Has herbas atque haec Ponto mihi lecta venena*, [illegible]. Salvag. [illegible] nonnullis codicibus. mox, *qui se sit* [illegible] *hos monitis* [illegible] edidit ex pluribus [illegible] vulgati olim, *hos monitis sui.* Burm.

97. *Peragam rata vota sacerdos.*] Musarum, & Phoebi sacerdotes dicuntur poetae. Vide quae collegi in Observationibus in lib. Trist. Ciofan.

97. *Peragam.*] Exequar, perficiam. Ciofan.

98. *Sacris ore favete meis.*] Vide quae notavi libro XV. Metamorph. ad illud: *animis linguisque favete.* Ciofan. Utitur hac formula contra Senecae morem, qui receptam a plerisque interpretationem explodit his verbis de Vita Beata XXVI. *[illegible] & Deos professus [illegible] & Antistites colite; & quando mentio sacrarum literarum intervenerit, favete linguis. Hoc verbum non ut plerique existimant à favore trahitur, sed imperatur silentium, ut rite peragi possit sacrum, nullâ mala voce obstrepente. quod multo magis necessarium est imperari vobis, ut si quid ex illo proferetur Oraculo intenti & compressa voce audiatis.* Neque enim silentium imperatur ab Ovidio, qui mox subjicit, *lugubria dicite verba*. Sic etiam lib. XV. Metamorph. jussi favere linguis, verba Sacerdotis geminata referunt, tantum abest ut silentium praestare debeant. Multo minus usurpat hujusmodi formulam ex sensu Pauli, qui in Epitome Festi Pompeji *faventem* bonam ominationem interpretetur, & ita praecones clamantes populum sacrificiis favere jussisse tradit, quod favere sit, bona verba fari. Ovidius enim tum lugubria verba imperat, tum dirarum obnunciatione sacrum suum peragit. Quamobrem hac formula nihil aliud significari voluit, quam ut ii, qui aderant, favorem praestarent execrationibus suis, easque votis faventibus comprobarent, & praeeuntem Sacerdotem verbis subsequerentur. Salvagn. In altero Petaviano erat, *ades sollis* cum Glossa, *id est sacris.* Virgil. *cum faciam vitula.* *vocis ore favete* Regius. *quisquis adest* etiam hic, & sequenti versu, multi codices, & quidam olim editi: *favete voce* Moreti. *favete* unus Heinsii. sed nil mutandum XV. Met. 677. *linguis animisque favete, Quisquis ades.* Burm.

99. *Quisquis ades sacris, lugubria dicite verba.*] Quaedam apud veteres sacra erant, quae non *auspicio*, sed maledictis & imprecationibus peragebantur, quaeque pro violatis habebantur, si quando inter solemnes ritus, vel imprudentia alicui excidisset bonum verbum, ut ex Lactantio discimus lib. 1. Divin. Instit. cap. 21. cujusmodi erant illa Herculis sacra, quorum meminere Apollodorus, lib. II. Biblioth. & Philostratus *in Icone Thiodamantis.* Salvagn.

99. *Dicite verba.*] Conjecerat Heinsius, *discite.* sed non opus. vid. I. Fast. 72.

101. *Nominibusque malis, pedibusque occurrite laevis.*] Ovidius huc multa congessit, quae veteribus ominosa fuisse constat: nimirum tristia verba, lacrymas, pedes laevos, atras vestes, ferales vittas: quorum nonnullis enumeratis non video cur adjecerit, *ominibusque malis*, statimque subjecerit, *pedibusque occurrite laevis*, cum hoc ipsum mali itidem ominis esset. Ideo quovis pignore certaverim legendum, *nominibusque malis*, quomodo edendum curavi, quae certe lectio non conjectura, sed res ipsa est. Enimvero magna semper antiquis religio fuit, ut bonis nominibus essent, qui victimas ducerent,

Nominibusque malis, pedibusque occurrite laevis,
Et nigrae vestes corpora vestra tegant.
Tu quoque quid dubitas ferales sumere vittas?
Jam stat, ut ipse vides, funeris ara tui.

Pom-

cerent, unde Naso contra, malis nominibus homines Ibidis sui sacrificio interesse cupit. De hac superstitione Cicero lib. 1. de Divin. *Itemque in lustranda Colonia ab eo, qui eam deduceret, & cum Imperator exercitum, Censor populum lustraret, bonis nominibus, qui hostias ducerent, eligebantur; quod idem in delectu Consules observant, ut primus miles fiat bono nomine.* Plinius lib. XXVIII. cap. 2. *Cur publicis lustris etiam nomina victimas ducentium prosperas eligimus.* Quae vero Cicero *bona nomina*, Plinius *prospera* vocat, Suetonius in Caligula *fausta* dixit, ut & Tacitus lib. IV. Histor. his verbis: *Undecimo Kalend. Julias serenâ luce spatium omne, quod templo dicabatur, evinctum vittis, coronisque ingressi milites, quibus fausta nomina, felicibus ramis.* Sic enim recte Lipsius emendavit. Bona autem nomina erant, ex quibus aliquid boni ominis erui poterat, ut *Valerius*, *Salvius*, &c. mala è quibus mali, ut *Hostilius*, *Furius*. Festus: *Lacus Lucrinus in vectigalibus publicis primus locatur fruendus ominis boni gratia, ut delectu censuve primi nominantur Valerius, Salvius, Statorius.* Scilicet omina captabant ex nominibus, quod Plauti locus docet Persâ IV. vs. 71. ubi cum leno Dordalus nomen Virginis quaesisset, illa respondet quo vendibilior esset:

— — Lucridi nomen in patria fuit:

Subinde Toxilus:

Nomen atque omen quantivis est pretii, quin tu hanc emis.

Statimque leno:

— — — — Si te emam,
Mihi quoque Lucridem confido fore te.

Pythagorei tria ponebant, Fatum, Genium, Nomen, haec omnia si conveniant optime, aut pessime nobiscum agi, sin minus eventa misceri, animum, actiones pro cujusque vi. Igitur haec postrema duo mutanda censent, atque ita fortunam mutatum iri. Certe magno studio veteres conati sunt, ut insignia nomina liberis imponerentur. Hebraei enim, Graeci ac veteres Arabes nunquam sine aliquo significatu, Romani vero non sine Deorum consensu nomina indebant, quippe semper factis sacris. Quin etiam priscis Francorum nominibus, aliquid inerat significatus. Idem est *Conrad*, quod consulta audacia. *Fridericus*, quod pacis dives, *Guiscardus*, quod versatile ingenium. *Carl* quoque vox est, quâ fortes viri designabantur; id enim est *Carlman* quod *Andreas*, Latini *Carolum* fecere. Tantum autem vim esse in nominibus quidam crediderunt, ut quae numeris eminerent, caeteris inferioribus longe praestantiora felicioraque esse putarent. Quamobrem ducibus, singulari certamine congressis, ex literis numerabilibus, quae in cujusque nomine reperiebantur, omen captabant victoriae. Hac ratione Hectorem Patroclo, Achillem Hectore superiorem extitisse memorant. Hectoris enim nomen numerum habet 1225. Patrocli 871. Achillis 1276. ut ex numerorum Graecorum ratione & singularum literarum supputatione patet, quemadmodum testatur Terentianus Maurus. Et hac in re nugatoriae sunt Rabbinorum sententiae, quas multis saeculis intermortuas, majorum nostrorum memoria revocavit Rucelinus quidam natione Brito, Petri Abailardi praeceptor. Primus enim Sectam Nominalium contra Reales instituit, & nominum cognitione rerum quoque cognitionem contineri magna contentione defendit, sub annum 1140. ex quo gravia & cruenta inter studiosos Parisienses praelia sunt excitata. Qua de re Aventinus, lib. VI. Salvagn. *Ominibusque malis* editi & scripti fere omnes. *omnibus atque* Petav. *omnibus atque* unus Gallicus. *Carminibusque* alter Regius. quod etiam defendi posset, ut & *ominibus*. sed parcamus Salvagnio. nam *Fausta nomina* passim apud Suetonium, Tacitum & alios. ubi similis in scriptis varietas. *occurrite* etiam Heinsius malebat, & Salvagnius in prima editione. sed *occurrere* idem saepe notat. vid. III. Fast. 757. Burm.

101. *Laevis.*] *Scaevis* Ms. Bersmanni. quod videtur Valerio placuisse.

102. *Et nigrae vestes corpora vestra tegant.*] Hinc colligere est, piaculares homines, qui Graecis καθάρματα, Latinis *sacri* dicuntur, inverso ritu mactari solitos. Hic enim pro bonis verbis, mala; pro laetitia, fletus; pro faustis nominibus, infausta; pro dextro occursu, laevus; pro albis vestibus, atrae poscuntur, qui color Diis inferis acceptissimus. Contra, superis albus gratissimus ex doctrina Platonis lib. XII *de Legibus*, in his, *χρώματα δὲ λευκὰ πρέποντ' ἂν θεοῖς εἴη*, *Color albus praecipue decorus Deo est.* Quae quidem opinio non à Platone primum, aut ullo alio mortalium tempore fuit excogitata, sed ab ipso Deo, primo mortalium Adamo, cum reliquis sacrorum ritibus tradita videtur, postea per Mosen populo suo declarata, ut patet ex sacratissimis Mosis monimentis, apud quem pluribus locis Levitici, Sacerdos vestimentis lineis indutus memoratur. Et vero praeter Europaeos, Asiaticos, & Afros, Americanorum etiam Sacerdotes, sacra peracturi, candido vestitu amicti leguntur, ut videatur hoc institutum ab Adamo, quasi per manuum traditiones in omnes

or-

105 Pompa parata tibi est, votis mora tristibus absit;
Da jugulum cultris, hostia dira, meis.
Terra tibi fruges, amnis tibi deneget undas,
Deneget adflatus ventus & aura suos.
Nec tibi Sol clarus, nec sit tibi lucida Phoebe,
110 Desituant oculos sidera clara tuos.
Nec se Vulcanus, nec se tibi praebeat aër,
Nec tibi det tellus, nec tibi pontus iter.
Exsul, inops erres, alienaque limina lustres:
Exiguumque petas ore tremente cibum.

Nec

[illegible] nimirum partes disperiam & propagatum. SALVAGN. *Pestiferi vapor* unus Patav. Heinsius tenebat, *corpora mergit*.

111. *Nigra.*] *Pallida.* CIOF.

113. *Sumes vitam.*] *Fugam* Bis. Berfuanni. *Inopia* unus Vaticanus & Regius: & in Zanotus legisse videtur. *vagus* scio. *vagus* non male *erras fugiens.* Est ergo, convenient. incipit Dominus [illegible] interpretatur, & Zanotus ab *ἀφίξιν* deducit, ut fit imprecatio, sed hic *erra* est, ad quam [illegible], cum vitam recte convenire notat Berfm. ad Virg. II. Æn. 135.

vel Arma inferque Deorum,
Quos fugis, mensaque Deum, quos hostia gessi.

[illegible] epulis, & regales, quae in funeribus celebrabantur, & Potitii celebrationem. vide ad Val. Flac. v. 14. Burm.

114. *Parata.*] *Paratae* Petav. & alius: sollemni permutatione. vid. v. Epist. 41.

115. *Da jugulum cultris.*] Is cultor, cujus in Acrifectis vitis, propde *sacrifum* dicebatur, sudisve Festo. Caeterum acuta omnia ferramenta generali vocabulo cultri vocabantur, & horum quidem ero genera, nam qui ferant *falcem*, qui planant *dolabra* fuit, ut ex his ejusdem Festi colligitur: *Sumen genus cultri falcem manifestum est, sed narum falcem ac dolabra sit subjicitur.* SALVAGN. Pro *dira*, *dure* Horati habebat.

116. *Terra tibi fruges.*] Hinc ordiitur diras suas, quae totae in exilio, supplicio, morbus, ut diximus in Prolegomenis. & primum quidem, Ibidi rebus omnibus interdicit, ut Romanorum morem superare videatur, quibus frequens poena fuit, ut illis igni & aqua tantum interdiceretur, quibus commercium societatemque hominum vitare volebant, ne quis eos urbe, mensa, tectoque caperet. SALVAGN.

120. *Vadat.*] *Vadant* alter Regius: *mox*, *ut magis adflatus ventus* & *aura tuos.* Vitan, *aura tibi* unus Heinsi. in Francof. erat, *potus tibi deneget unda*, quo accedit unus Heinsii, qui habebat, *pontus tibi deneget undas.* sed *pontus* sequitur vs. 112.

110. *Sidera clara.*] *Cuncta* praestat reponi cum tribus scriptis. nam *clarus sol* praecesserat paulo ante. HEINS. Vincent. Bellovacensis in Speculo Historiali & item in Doctrinali citat, *nec tibi sol calidus. lumina clara* unus Heinsii.

111. *Air.*] *Ether* Regius & tres alii.

113. *Exul, inops erres.*] Non statim mortem Ibidi, sed vitam miseram imprecatur. Sic Didos Æneae lib. IV. Æneid.

Finibus extemis complexu avulsus Iuli
Auxilium implorat, &c.

Sic Medea Jasoni:

Vivat, per urbes errat, ignotus, egens;
Exul, pavens, invisus, incerti laris,
Me conjugem optet, timeat alienum expetat.

Sic Eumenes militibus suis apud Justinum, lib. XIV. *Hos vobis divos, atque inferias dico, ut inopes; interregnique omnes aevum in hac castrensi exilio agatis.* SALVAGN. Vid. ad Epist. VI. 162. & I. Am. VIII. 112. & hae *ἐπιγνωσεις ἄρας* dicuntur apud Diogen. Laert. VI. 38. *Ἄκλιν, ἄπολιν, κατοικίδιον ἀπροσόδευτον, ἀπροσῴκητον, ἄθυρον ἄγυρον ἀδιόδευτον.* BURM.

113. *Inferes.*] Frequenter adeas. CIOFAN.

114. *Exiguumque petas ore tremente cibum.*] Praeclarore epitheto mendicitatem exprimere non poterat. CIOFAN. Ore nimirum *tremente*, cum fame, tum frigore, quod innominatus auctor in Catalectis dixit, *fameque geniti crepant.* Plautus, *demitire* Milite. Graeci *μυλάον* dicunt, ut Hesiodus, *λυγρὸν μυλάονες.* Item *βαβιλῶν*, & *βαβιλίζειν*, quod Hesychius sic exponit, *τρέμειν, ἀπὸ ἀδόντος ἀνθρώπου, ἀγῷ ὀφθῶν.* Et fusius Eustatius in Homerum pag. 812. Caeterum eadem est imprecatio Martialis in maledicum, lib. 2. Epig. 5.

Pauc-

115 Nec corpus querulo, nec mens vacet aegra dolore:
Noxque die gravior sit tibi, nocte dies.
Sisque miser semper; nec sis miserabilis ulli.
Gaudeat adversis femina virque tuis.
Accedat lacrimis odium, dignusque putêre,
120 Qui mala, cum tuleris plurima, plura feras.
Sitque, quod est rarum, solito defecta favore
Ærumnae facies invidiosa tuae.
Caussaque non desit, desit tibi copia mortis.
Optatam fugiat vita coacta necem.

Lucta-

Pontes per urbes errets exul & clivosi;
Interque raucos ulnimus rogatores,
Oret caninos panis improbi buccas.

SALVAGN. III. Trist. XI. 54.

Exhibuit querulos ore tremente sonos.

116. *Sit tibi.*] Duo Vaticani, *fiat tibi*; elegantior, ut non procedere, sed tarde ire & longior esse nox videatur. Horat. III. Od. 28.

— — inclinare meridiem
Sentis, ac velut stet volucris dies &c.

vid. ad Quinctil. III. Declam. 13. BURM.

117. *Sisque miser semper, nec sis miserabilis ulli.*] Elegans locutio, quam Valerius exemplis aliquot, ex S. Hieronymo & Sidonio Apollinari petitis, illustravit; Addo ego Alcimum Avitum, Evang. prodig. lib. III.

Jamque miser factus, nondum miserabilis ille est.

Et Joannem Sarisberiensem Polycrat. lib. I. cap. 5. *Qui in miseram, ecce non miserabilem incidunt egestatem, miseri & miserabiles.* Item veterem Poëtam, qui, nescio quo fato, in manus meas incidit, laniatus corpore toto:

Sed miser, & nulli miserabilis omnibus erras,
Quae te summovenant oculis inde plagis.

Quis ille sit nondum mihi compertum est; Verum nativus in eo quidam Latini sermonis lepos non abcitus, & jam medio aevo desitus, quo non parum eloquentia Latiaris inclinata erat, offendit paulo vetustiorem esse. SALVAGN.

119. *Accedat lacrimis odium.*] *Accedat odium lacrimis* Moreti, *& capias lacrimis odium* alius. nobis legendum videri, *accipias lacrimis odium*, monuimus ad Quinctil. XV. Declam. 6. BURM.

119. *Dignusque puteris.*] *Putere* meliores. HEINS.

121. *Sitque, quod est rarum, solito defecta favore.*] *Ærumnae defecta* lego, sic & in Aldinis habetur. Est autem *defectus* participium, à *Defaio*, vocis quidem passivae, sed active sive absolute significans, idem quod carens, sive deficiens. Sic Martialis:

Dulcia defecta modulatur carmina lingua,
Cantator cygnus funeris ipse sui.

pro, *deficiente lingua.* MICYLL. In aliis, *defoeta.* in Mass. & Vatic. *deserta favore Ærumnae.* CIOF. Sensus est, fortunae tuae facies, etsi miserrimae, invidiosa sit, atque omni favore destituta, quod est rarum, & praeter hominum morem. Nam, ut ait Quintilianus, *nescio quomodo omnis pro laborante favor est. Fortunae facies*, ut *fortunae vultus* Epistola Dejanirae:

Non venit inculcatis captarum more capillis,
Fortunae vultum fassa legendo tuum.

Et Eleg. I. lib. Trist.

His mando dicas inter mutata referri
Fortunae vultum corpora posse meae.

Latinus Pacatus, *Procedamus in publicum, non nostrae fortunae vultu.* SALVAGN. *Ærumnae* plurimi scripti cum Jureti libro. HEINS. *Deserta* quinque. & ita, ut & *aerumprae*, Francof. *aerumnae species* erat in Jureti. *Fortunae formam* dixit III. Trist. VIII. 36. *defecta* minime mutandum. vid. ad Epist. V. 120. & ad Quinctil. XIII. Decl. 2. dictum simile est Flori lib. IV. de Octavio, qui *aetate & injuria favorabilis* erat. BURM.

123. *Caussaque non desit, desit tibi copia mortis.*] Juxta Sophocleum illud in Electrâ. vs. 1010.

Οὐ γὰρ θανεῖν ἔγωγε, ἀλλ' εἶναι θανεῖν
Χρῆζω τὸν, εἰ μοῖρ' οὖσ' ἔχει λαβεῖν.

Nam neque mors ipsa maximo fugienda est:
Sed hoc, si capiendi mori copia mortis non sit.

Est autem simillima Æsonis imprecatio apud Valerium Flaccum lib. I. Argonaut. 803.

— — Mors sera viam tentatoque dandat
Effugia, & nostres nequeat praevertere diras.

Hinc Suetonius de Tiberio, cap. VI. *Mori volentibus vis adhibita vivendi, nam mortem tenue supplicium putabat, & precantibus quidem poenae maturitatem*

ta-

125 Luctatusque diu cruciatos spiritus artus
Deferat; & longè torqueat ante morà.
Evenient. dedit ipse mihi modo signa futuri
Phoebus: & à laevà moesta volavit avis.
Certe ego quae voveo superos motura putabo;
130 Spoque tuae mortis, perfide, semper ero.
Finiet illa dies, quae te mihi subtrahet olim,
Finiet illa dies, quae mihi tarda venit.

Et

rem respondit; uterque tuus in gratiam redit. SALVAGN. Curagius non dofit Petavianus. &, sed dofit ipse unus Gallicus.

125. *Luctatusque diu cruciatos spiritus artus Deferat, & longè torqueat ante morà.*] Huc facit, quod dicitur Systoridis in Tibullo de ile, qui supplicio aliquo afficiendi. *Mori, inquit, volucribus eis dabitur ventis. Nam moriens adeo tuo supplicium putabit, ut cum desiderii, quam ac reis Carnifices mortem acerbissime cum, excluserunt, Carnifices ipsi. Et in exsequendis expositis, praestantiorem penas mortemque, respondit: Kaedmon tuus in gratiam redit.* Alia huius generis exempla post ac Observationibus in Epist. ad Thesaum. *Cicero. Mollem, deferat, ut longa &c.*

127. *Et omnino, dedit ipse mihi.*] Idem, *Et omnino.* Tibull. I. VI. 21.

Eventus dat signa Deus.

CORN. FRONTO. Idem versus 41.

Nunc tibi, quae prudens ipsis non deprecor irae,
Eventura.

Et lib. II. de Ponto, Eleg. I.

Quod praeter eventus, fuit quandoque secundo votum.

Nam Deus ejusmodi profutura signa dedit.

In hoc enim verbo devotio solvebatur, ut testis est vetus Interpres Horatii ad illa carminis saecularis verba, *Haec Jovem sentire*, cum ait. Ordo est; *Ego chorus, ut puer puellaque, docti dicere laudes Phoebi & Dianae reporto, dicimus fore bonum omnemque, Jovem & Deos omnes hoc facere, haec velle, haec facere. Sic enim finis sacri carminis & in hoc verbo devotio solvebatur, quando dicebat chorus, Jovem pacem & vera exaudivisse, & concessisse Deos, atque spe certa domum rediisse.* Quae formula frequens est apud Poetas. SALVAGN. Vid. ad III. Met. 324. *Eventus* est in uno Heinsii. *Eventuant* in prima editione.

128. *Moesta volavit avis.*] *Suavis* Jureti liber & fere alii. *Sic classicum personavit* apud Apulej. lib. V. Metam. *magna sonaturum* Horat. I. Sat. IV. 44. Sic & Tertullianus non semel. HEINS. Vid. ad V. Fast. 549. non tamen facile vulgatam lectionem rejecerim: nam aeque ex voluto, atque ex fremo antiquis exhibentur. Inan. Ann. I.

Et finem ex alto longe pulcherrima praepes
Laeta volavit avis.

BURM.

130. *Perfide.*] *Perfide* Francof. & alii, & editiones quaedam. plurimi tamen, *perfame.*

131. *Finiet ipse dies.*] Supervacuum est hoc distichon, & à manu indocta hic incertatum. HEINS. Variant admodum codices. Petavian. & alius tem hic quam sequenti versu, *Ante veni illa dies*, unde Heinsius olim formabat:

Ante veni (vel, sit,) illa dies, quae te mihi subtrahet olim,
Ante veni illa dies, quae mihi sera venit,
Et prius hanc animam nimium tibi, saeve, petitam
Quolibet amittam vindice morte mei.

134. *Auferat ipsa dies, quae mihi sera venit.*] Jureti codex,

Quodlibet amittam vindice morte mei.

superiori versu pro *saepe* malim etiam, *saeve*. & mox *vanescere*, pro *evanescere*. HEINS. *Saeve* & *saepe* commutari vidimus ad XIV. Met. 559. *Vanescere* erat in codice Gallico supra pos. ℣. 40. ubi hoc distichon etiam legebatur. ubi ejici oportuerat. sed nescio qui inepsit. *tarda venit* quaedam editiones.

137. *Pugnabunt jaculis dum Thraces, Iazyges arcu.*] In cujus versus interpretatione, lapsum Domitium miror, qui *lapides*, & legat, & interpretetur, ac si nesciat, inter Scythas id genus hominum Ponti accolas ab omnibus, & geographis, & poëtis adnumerari, quorum testimonia brevitati institutae studens omitto. *lapides* certe nusquam lectum arcu & sagittandi peritia celebres. EGNATIUS. *Iazyges* emendandum boni codices monstrant, qui populi sunt Scythae. Idem II. Trist.

Iazyges & Colchi, Mazarumque turba, Getaeque
Danubii mediis vix prohibentur aquis.

& I. de Ponto ad Maximum:

Aut quid Sauromatae faciunt, quid Iazyges arcu.

& in IV. ejusdem operis ad Vestalem:

Ipse videbis onerata ferox ut ducat Iazyge
Per medias Istri planiora habitans aquas.

Eo-

Et prius hanc animam, nimium tibi saepe petitam,
Auferat illa dies, quae mihi sera venit.
135 Quam dolor hîc unquam spatio evanescere possit,
Leniat aut odium tempus & hora meum.
Pugnabunt jaculis dum Thraces, Iazyges arcu,
Dum tepidus Ganges, frigidus Ister erit.
Robora dum montes, dum pabula mollia campi,
140 Dum Tiberis flavas Tuscus habebit aquas.

Bella

Eorum meminit Cor. Tacitus in XII. item Arrianus in primo, & Plinius, Stephanus, Strabo, caeteri. Qui arcu & hasta utebantur, ut scribit Rufus in Sexto. Unde & *arcu*, & *hasta* legi rectissime potest. CONST. FAN. Lege, *Iazyges arcu*. Non enim *Iapyges*, qui Apuliae populus est, neque *lapides*, qui Venetiae: sed *Iazyges*, arcu & sagittis peculiariter pugnabant, utpote Scythae, & Getis finitimi: de quibus abunde in libris Tristium, & de Ponto dictum. MICYLL. Locus hic, ab interpretibus non intellectus, declaratus est ab eruditissimo Egnatio. Illud hic notatu indignum, opinor, non erit, à poëtis hoc nomen *Iazyges*, interdum trium; interdum vero quatuor syllabarum enuntiari. Superius exemplum hoc loco est, & lib. II. Trist. 191. Et lib. I. de Ponto Eleg. II. 79. Inferius exemplum lib. IV. Eleg. VII. 9. Valerius Flaccus: VI. 281.

—— & strictis sic urget Iazyges ensis.

Et VI. 122.

Nourus & exportas canentis Iazyges arcu.

Hujus autem gentis meminit Ammianus Marcellinus lib. XXII. de Ponto loquens: *Circa haec stagna ultima extimaque plures gentes, sermonum, institutorum variatate disparites, Taxamatae, & Maeotae, & Iazyges, Roxolani, & Alani, &c.* CIOFAN. In quibusdam libris *lapides* legitur, iisque Domitius usus est. In aliis *Iapyges*, quos quidem jaculatores esse testatur Thucydides lib. VII. de Bello Peloponn. pag. 507. edit. Stephanae, sed eos sagittandi arte nobiles fuisse non lego: Quamobrem proba est Egnatii correctio, *Iazyges*, eaque membranis San-victorianis confirmatur. Hi Scythiae populi sunt hodie *Iaz*, ut Vuerneherus existimat, quorum non semel Ovidius meminit tum lib. I. de Ponto, Eleg. III. item lib. 4. M. Anton. Muretus oratione 18. pro Sigismundo, Rege Poloniae, ad Pium V. putat esse partim Valachos, partim Hungaros. Polonicis autem Scriptoribus *Iazyges* populi sunt Lituanis contermini, inter Poloniam & Russiam siti, quod si ita est, longe distant à Valachis & Hungaris. Scythae omnes prae caeteris sagittandi peritiâ claruerunt, ut videre est apud Xenophontem lib. III. Expedit. Cyri, Plinium lib. XVI. cap. 16. Curtium lib. VII. & alios. Into Scythicos arcus peculiares fuisse prodidit Ammianus Marcellinus his verbis ex lib. XX. *Quum arcus omnium gentium flexis curventur hastilibus, Scythici soli, vel Parthici circumductilis utrimque introrsus, pandis & patulis cornibus effigiem Lunae decrescentis ostendunt, mediatatem recta & rotunda mediatate dividente.* SALVAGN. *Arcu dum Thraces, Iazyges hasta* plerique veteres. HEINS. Ego nihil muto: nam Thraces jaculis magis valuisse, quam arcu, patet ex Xenoph. Memorab. lib. III. p. 778. ubi dicit, Scythas & Thracas, clypeo & hasta non ausuros, pugnare contra Lacedaemonios, nec vicissim hos contra Thraces peltis & jaculis, vel adversus Scythas arcu. Iazyges vero Scythae sunt. vid. Val. Flacc. VI. 122. ubi etiam arcu instructos Iazygas docet. *Pugnabunt arcu dum Thraces Hiapides hasta* Mss. Berlinan. BURM.

138. *Dum tepidus.*] *Rapidus* duo libri. sed ita perit oppositio.

138. *Ganges.*] De hoc fluvio vide quae collegi libro quarto Metam. CIOFAN.

139. *Campi.*] Heinsius malebat, *campus*. ut V. Trist. I. I.

Quot frutices silvae, quot flavas Tiberis arenas,
Mollia quot Martis gramina campus habet.

BURM.

140. *Dum Tiberis liquidas Tuscus habebit aquas.*] Liber Mass. *flavas*, non *liquidas*. vere. Horat. lib. I. Carm. Ode II.

Vidimus flavum Tiberim retortis
Litore Etrusco violenter undis,
Ire, &c. ——

Et hic Noster lib. V. Eleg. I. Trist.

Quot frutices silvae, quot flavas Tiberis arenas.

Est autem allusio ad vetus Tiberis nomen, qui, ut est apud Ovidium in lib. Fast. & apud Livium lib. I. Albula vocabatur. *flavas* legit etiam Domitius. De colore autem flavo sic Agellius lib. II. cap. 26. *Flavus videtur ex viridi, & rufo & albo concretus.* Itaque dubitari non oportet, quin ita, ut est in illo veteri exemplari, legendum sit. CIOF. *Tuscus* propterea, quod in vetustissima Tuscorum sede ortum habuit. Hinc & Virgilius lib. I. Georg.

Ut

Bella geram tecum, nec mors mihi finiet iras;
Saeva sed in manes manibus arma dabo.
Tunc quoque cum fuero vacuas dilapsus in auras,
Exanimis manes oderit umbra tuos.
Tunc quoque factorum veniam memor umbra tuorum,
Insequar & vultus ossea forma tuos.

Sive

Te Romule Vejiaeque mater,
Quae Tiphan Tiberim & Romanas palatia fovetis.

Flavus autem, ut & lib. v. Trist. Eleg. 1. *Quod Flavus Tibris arenat.* Quomodo enim dicitur ab Horatio lib. 1. Ode 2. item à Virgilio lib. IX. Æneid. Verum cum Tiberim conflue albicantes habere aquas, ex eoque albulam olim vocatum, non inficiamur sic quoque putavit Adr. Turnebus adversar. lib. XXII. cap. 7. eum flavum appellari, ut quo non tam attendendam vocabuli vim notatam in eo esse, quam translationem existimandam. Cum enim homines flavi pulchri videantur, ex eo dicunt Tiberim esse ut flavum pulchrum significet. Qui notione Catullus: *Flavum quam mihi pretiosior fomite Malia.* Sed & Hesychius flavum & pulchrum interpretatur: venus quoque existimat ob aetatem ita vocari, ut apud Maronem, *et mania flavus arenis.* Tiberis certe nunquam hac colore albus: vulgari omnium Epitheto carendum, propter terram, quam radit flavam ut plurimi putabant esse, ut fere dixit Georgius Fabricius Romae fuae cap. VI. Salvagn. *Flavum* apud unus Vaticanus rectè. id enim perpetuum Tiberi ab epitheton. neque alter Mattei liber, quo usus est Cortius. Dixi Met. lib. XIV. fol. 441. Heins.

142. *In manes.*] Sic est in eodem libro. emendata Cortius. *Immanes* edit priores & scripti aliquot.

143. *Arma dabo.*] Scribe, *dabit.* mors nimirum. Bononiensis, *dabam.* Heins.

145. *Tunc quoque cum fuero vacuas dilapsus in auras.*] Eorum sententia, quam Plato in Phaedone fib perhibet Cebetis ad Socratem pertinuisse, quo loco multos in errore versari dicit, ut credant animam in ab hominibus effari, ut tanquam fumus exhalante, Εἴτε καὶ λεπτοτάτου τοῦ σώματος, ἀερώδους, ἀνεμώδους καὶ πυρώδους διεσκεδασθεῖσα ἀφίπται καὶ διαπτάμενον. Ἐξιόντα δὲ σώματος ἐλθόντα, ἐξιόντα, ἢ καπνὸς ἢ πνεῦμα διασκεδασθὲν ἀπῆλθε καὶ διαπτὰν ἀπῆλθε καὶ οὐκέτι ἦν. Salv. Cum vacuus fuero duc libri. *dilapsus* tuos.

146. *Mores.*] *Mens:* edidi olim, & multi scripsi.

147. *Tunc quoque factorum veniam memor umbra tuorum.*] Credebant nimirum animam vitae superstitem; examinorum Dido apud Virgilium lib. VI. Æneidos.

Et cum frigida mors animâ seduxerit artus,
Omnibus umbra locis adero, dabis improba poenas.

Horatius Epod. v.

Quin ubi perire jussus exspiravero,
Noctturnus occurram furor;
Petamque vultus umbra curvis unguibus;
Quae vis Deorum est Manium.

Neque vero tantum apud Poëtas, sed etiam apud alios Scriptores hujusmodi minae fuit frequentes: Seneca enim 2. Controv. *Dii manes Pejilii fenis occisi, & inulteae patris umbrae te persequantur.* Et Quintilianus Declam. 314. *Sunt illae vero, quae extremo miseri spiritu diebantur. Dabis mihi, scelerate, poenas, persequar quandoque & ulcisceram.* Sic Cleonices imaginem Pausaniam occiforem terroribus assiduis perturbasse tradit Plutarchus lib. de sera numinis vindicta. Sic Virginiae manes per domos ad petendas poenas vagatos scribit Livius lib. III. Dec. 1. Sic Nero visus est exagitari maternâ specie, ut Suetonius prodidit. Parco aliorum exemplis, quin etiam Plato Dial. 9. de Legib. ait, interfectum vi hominem statim post mortem irasci, ac propter violentam mortem turbatione plenum, maxime si occisor praesens fuerit ipsum terrere atque turbare. Certe sanguinem, qui in homine occiso retinet, planeque fluere desinit, si intra aliquot horas interfector accedat, è vulneribus dimanare frequenti experientia comprobatum est. Salvagn. *Fatorum* Francof.

148. *Insequar & vultus ossea forma tuos.*] *Ossea forma*, quemadmodum apud Virg. lib. III. Æneid. *Cava sub imagine formae*, quod Homero εἴδωλον, Euripidi φάσμα dicitur, Cajo Matio apud Gellium, *species simulacrum.* In aliquibus exemplaribus scriptum reperi, *Ossea larva*, quemodo legisse videtur Historiynus Augustanus, ut patet ex his Eroto paegnii fui:

Si non legitimae compleriis tempora vitae,
Larvae ante oculos ossea vaga tuos.

Totum enim Ovidii locum paucis immutatis expressit his verbis:

Quidquid ero moriens, tecum crudelia, tecum
Bella geram, & flagris flebis inusta meis.
Si nihil evadam, nihil hoc torquebere, crede;
Crede mihi, vultus persequar umbra tuos.
Conabor Stygiis exire paludibus, etsi
Parca negat, rumpet Tartara laesus amor.

Lar-

Sive ego, quod nolim, longis consumptus ab annis,
Sive manu facta morte solutus ero.
Sive per immensas jactabor naufragus undas,
Nostraque longinquus viscera piscis edet.
Sive peregrinae carpent mea membra volucres,
Sive meo tinguent sanguine rostra lupi.

Sive

Larvae enim sunt noctium occursacula, sive busorum formidamina, & sepulchrorum terriculamenta, ut Apulejus loquitur, unde Larvati authore Festo dicuntur furiosi & mente moti, quasi Larvis exterriti. Glossae Stephani *Larvam* φάσματα interpretantur. Salvag. *Ossea larva* codex Dionysii Salvagnii Boessii. quomodo Seneca Epist. XXXIV. *Larvarum habitum nudis ossibus cohaerentium* dixit. & Apulejus in Apologia, *tertium mendacium vesperum fuit macilentum, vel omnino evisceratam formam diri cadaveris fabricatam prorsus horribilem & larvalem.* quam *larvalem formam*, & *larvam* paulo post Apulejus, *foleam* bis terve ibidem nuncupat. ita enim erudite & ingeniose, ut omnia, magnus Casaubonus illic restituit. quem vide pag. 162. eodem libro 1. Met. *larvalis simulacrum.* & Sidonio Apollinari in Epistolis libro III. 13. *larvalis umbrae.* Petronius cap. XXXIV. *larvam argenteam assulis ferreis sic aptam, ut articuli ejus vertebraque locatae in omnem partem flexerentur.* quae quin de sceleto argenteo intelligenda sint non est dubium. cum sequatur,

Sic erimus cuncti, postquam nos auferet orcus.

potest tamen vulgata lectio apud Nasonem ferri, ut *ossea forma* illi sit, quae Apulejo *forma larvalis & evisceratae.* puto in Priapeis Epig. XI. eam vocem etiamnum mendosam esse:

Tolle, inquam, precor, ac jube latere
Scissa sub tunica, flolaque rasa,
Ut semper solet, & timere lucem,
Qui tanto patet indecenti hiatu,
Larvali macie, eminente nasu,
Ut credas Epicuren ofcitari.

ita scribo, cum *barbato mucer* vulgo legatur, versu primo *precor* pro *procul* reposuimus. ied necdum integer est locus. Heins. Vide comment. ad Auson. Cent. Nupt. pag. 103. & ad Petron. cap. XXXIV.

147. *Sive ego, quod nolim.*] Mortis duo sunt genera naturalis scilicet & violentae: Aristoteles, περὶ Ἀναγνῶν. Θάνατος δ' ἐξίν, ὁ μὲν βίαιος, ὁ μὲν κατὰ φύσιν βίαιος μὲν οὖν ὁ μετὰ ἐξωθεν ἢ, κατὰ φύσιν δὲ ὅταν τὸ αὐτῷ. Et illam quidem Demosthenes Orat. περὶ Στεφάνου. τὸν τῆς εἰμαρμένης καὶ κοινῆς πάντων θάνατον. Violentam Sophocles Electra, τὸν ἐξ ἀναγκαίας πόρης. Utrumque genus tangit Ovidius hoc disticho; naturalis, cum ait, *Sive ego, quod nolim, longis consumptus ab annis;* violentae cum subjicit, *sive manu facta morte.* nimirum fuit cum sibi violentas manus afferre voluerit, ut ipse testatur lib. 1. de Ponto, Eleg. VII. ad Graecinum:

Me quoque conantem gladio finire laborus
Arcuit, (spes) injecta continuaque manu.
Quidque facis, lacrymis opus est, non sanguine;
dixit:
Saepe per has facili Principis ira solet.

Idque ex civili prudentia, quâ taedio vitae sibi mortem consciscere fas erat, ut ex his Ulpiani verbis colligere est in leg. si quis filio, §. ejus qui, ff. de injusto rup. *Quod si quis taedio vitae, vel valetudinis adversae impatientia, vel jactatione, ut quidam Philosophi, mortem sibi conscivevunt, in ea causa sunt, ut testamenta eorum valeant.* Salvagn.

147. *Quod nollem.*] Sic legendum est, non autem *vellem.* Cortv. Panens. *Quod nolim* scripti quatuor. Heins. Parum refert. vid. ad Epist. XX. 100.

148. *Sive manu facta morte solutus ero.*] Hic versus in omnibus editionibus ita legebatur, *sive manu facta morte.* Sed quamvis hujusmodi locutionem *facere mortem* apud Columellam lib. II. cap. 2. & apud Senecam *alicubi*, ut & *facere eandem* apud Cornelium Nepotem in Thrasybulo meminime observare, elegantior tamen mihi visa est ea lectio, quam ex veteri membranâ excudendam curavi, *facta morte*, quomodo Virgilius lib. VI. Æneid. locutus est:

Proxima deinde tenent moesti loca, qui sibi letum
Insontes peperere manu, lucemque perosi
Projecere animas.

Et Ceiri:

Aut mihi praesenti peperissem omnere letbum.

Salvagn. Nihil mutandum: *manu facta* enim omnia dicuntur, quasi ex formula quotidiana, quae non sponte & natura, sed opera, & labore, & industria fiunt. vide quae notavimus ad Quinctil. V. de Inst. Orat. 14. & v. Decl. 9. & praeivit Lipsius ad Senec. Consol. ad Helv. 154. cap. XIX. & alii. Burm.

150. *Pisces edet.*] *Edat* unus Regius & Berlin. *edes* alius Medicens. *corpora* etiam multi, pro *viscera.*

151. *Sive peregrinae carpent mea membra volucres.*

Sive aliquis dignatus erit supponere terræ,
Aut dare plebejo corpus inane rogo.
Quidquid ero, Stygiis erumpere nitar ab oris,
Et tendam gelidas ultor in ora manus.
Me vigilans cernes, tacitis ego noctis in umbris
Excutiam somnos, vilus adesse, tuos.

De-

Hic intelligi vultures, quos ex adverso orbe advolare plerique crediderunt. Plinius lib. x. cap. 6. *Vultures* [illegible] *videri, nidos nemo unquam invenit, ideo* [illegible] *ex adverso orbe advolare, subito videntur cunctis vasellissimis rapidissimi.* Plutarch. Quæst. Roman. cap. 93. quærens cur Romani ad funerum maxime vulturibus uti, Ἢ ὅτι [illegible] ἐν ᾅδου [illegible] ἐν ᾅδου [illegible], ἀλλὰ [illegible] ἐν ᾅδου [illegible], [illegible] *Ab quis enim omnium mitissima vita frequenter carpitur solet, nec enim facile se pollutos luxuriosè, sed ex remotis locis allatos fœtos devolant, nec sequitur eorum consortio ullaque pernicie.* Ambiguum in congerie magnitudinis, neque vulnus pulsum, neque nihil eorum visum esse videtur. Quapropter Herodotus Herpyis Sophistæ patet, existimat eos ab edulio dari regione delibi, & in eminentissimis capitibus usque intercellis incubare. Ideo Phyllinæ Cyrnus Apollinis & Hyrieæ filium deponens, quorum locum hic ferro confecerat, tum duos regionis viros cecidit, deinde taurum manibus ad Jovis aram percutere, pradam longe amplissimam loco jussus est, ut ex Nicandro Antoni Liberalis in Metam. ferquam reliquit, unde *Nasonis* VII. Met. 371. illustrat, cum ait:

Inde Lunæ Hyrieæ sidet, & Cynaitis Tempe,
Quas fabulæ celebravit Ovid, nam Phyllinæ illic
Imperio pueri velocesque fermique leonum
Tendebant domitos; taurum quoque vincere ipsa
Vetat.

Hic enim *Vultures* intelligi debent vultures, ut Lat. loco nostro. Quod imitatione sermonis Græcorum dictum est. Cum enim ἀετοὺς de omnibus avibus dicunt, propriè de vulturibus interdum utuntur, ut canonarit Tzetzes in Hesiodum: Ὅτι ἀετὸν [illegible] ἀετὸν [illegible] ἀλλὰ [illegible]. Sed & apud Ægyptios, vultur hominis peregrini symbolon fuit. Hoc autem genus aves Varro lib. III. de Re Rustica, cap. 5. novenas appellat, quibus *vernaculas* opponit. Salvagn. *Hoc targa alter* Petav.

154. *Sive non ingenui.*] *Ingenuus* idem Mafficianus. Ciofan. *Ingenuus* Petavianus alter. & Edit. Salvagn. & Burm.

155. *Sive aliquis dignatus erit supponere terræ, Aut dare plebejo corpus inane rogo.*] in omnibus editionibus legebatur. *Et dare plebejo.* Quæ quidem lectio faciebat, ut videretur ὑστερον πρότερον, quemadmodum lib. VII. Metam. 613.

Nec locus in tumulo, nec sufficit arbor in igni:

Nam prius corpora cremabantur, inde cinerem terræ condebantur. Verum, quia Naso dixit *corpus inane*, certum est hunc locum de cinerum humatione accipi non debere. Quamobrem veteris Codicis fidem secutus edendum curavi, *Aut dare plebejo.* Posteaquam enim tria mortis genera tribus versibus enumeravit, eam nimirum, quæ fato, alteram quæ ferro, tertiam quæ naufragio accidere potest, sequentibus quinque versibus varios funerationis ritus subjicit, sive inquiens, viscera mea longinquus piscis edet, cum respectu, ni fallor, ad Ichthyophagorum morem, qui teste Diodoro lib. III. refluxus tempore cadavera projiciebant, ut redeunte maris æstu fluctibus auferrentur; seu vulturum & luporum præda fiam, cum alitione, ut reor, ad Caspios, Taxilas & Persarum Magos, qui defunctos vulturibus & feris objiciebant, ut idem Diodorus præter alios author est: sive dignetur aliquis corpus meum terra condere, aut plebejo rogo cremandum dare, qui duo ritus, humatio, scilicet & crematio, præ cæteris usurpati fuerunt. Crematio in primis, quam universo terrarum orbe communem fuisse veteres Historiæ fidem faciunt, hodieque in extero orbe, tum in Oriente, tum in Meridionalibus oris perusitatam esse legimus: ut videatur ab urbis Babilonicæ ædificatione & linguæ primævæ confusione in universas terras pervectam: unde enim tanta similitudo apud tam diversas, tamque longe inter se remotas gentes extitisset, nisi ex una eademque origine promanasset? Certe apud veteres Germanos corpora fuisse cremata testis est Tacitus libro de Moribus ipsorum, & Diodorus lib. V. qui de Gallis idem prodidit. Originem veto moris illius apud Romanos enarrat Plinius lib. VIII. cap. 54. his verbis: *Ipsum cremare apud Romanos non fuit externis institutis, terra condebantur. At postquam longinquis bellis obrutus erat corporum, tum institutum. Et tamen multæ familiæ priscos servavere ritus, sicut in Cornelia nemo ante Syllam dictatorem traditur crematus. Idque voluisse verisimile telionem ejusdem C. Marii cadavere.* Primus apud Græcos Argius Lacymnii filius ab Hercule crema-

Denique quidquid ages, ante os oculosque volabo;
Et querar, & nullâ sede quietus eris.
Verbera torta dabunt sonitum; nexæque colubris
Conscia fumabunt semper ad ora faces.
His vivus furiis agitabere: mortuus isdem.
Et brevior pœnâ vita futura tua est.

Nec

tus proditur, propter eam causam, quam Didymus & Eustathius prosequuntur ad I. Iliad. Ad humationem quod attinet, videtur aliquo modo præceptum adumbrari verbis illis Dei ad Adamum Genes. III. 19. *Quoad revertaris ad terram, nam ex ea sumptus es, quia pulvis es tu, etiam ad pulverem revertaris.* Quæ observatio est Bonaventuræ Cornelii Bertrami libro de Republicâ Hebræorum, cap. 2. Salvag.

154. *Plebeis rogo.*] Id est, humili & congestitio, qualis hominibus plebeis tumultuario construebatur, qualemve Pompeianum fuisse, nimirum ex obviis concisæ scaphæ lignis, author est Plutarchus in ejus vita, & Valerius Maximus lib. I. cap. de Miraculis, quo loco tanti viri rogum *ipsa fortuna erubescendum*, ait. Divitum enim & clarorum hominum rogi elati & magnifici erant. Interdum etiam plebi communis rogus extruebatur, quo forte respexit Ovidius, in quem multa cadavera simul imponebantur, eumque propterea Martialis inficicem vocat his versibus ex Epigramm. 65. lib. VIII.

Quattuor inscripti portabant vile cadaver,
Accipit infelix qualia mille rogus.

Salvagn.

154. *Corpus inane.*] Id est, ψυχῆς ἐστερημένον. Sic in Epicedio Tibulli. III. Amor. IX.

Ille tui Vates operis, tua fama, Tibullus
Ardet in extructo, corpus inane, rogo.

Propertius lib. III. Eleg. 16.

At tibi mania pias hominum qui trajicis umbras,
Hæc animæ portant corpus inane tuæ.

Martialis Epigrammate modo laudato.

Ut quocunque velimus corpus inane ferant.

Et Cicero lib. II. de Legibus, *Tunum cibor ex inane corpore extractum, haud satis casium domum Deo.* Quo loco Lipsium, qui lib. II. Antiq. lection. cap. 2. hemque notis ad lib. 4. Histor. Tacitii pro *inani* substituit *immani*, graviter falli docent hæc Platonis verba lib. XII. de Legib. unde Ciceroniana desumpta sunt: Ἐλθόντας καὶ ἀκολουθοῦντας ψυχῇ σώματος οὐκ ἐνοῦσης ἀνάλυμα. Quibus Plato statuit ex ebore fieri vetat, cum ab anima destitutum sit. Salvagn.

155. *Quidquid ero.*] Hac locutione quasi formula quadam usus est, incertus quid de se Dii statuissent. Ita Propertius lib. I. Eleg. 11.

Quidquid ero, dicam Cynthia causa fuit.

Idem Eleg. 14. ejusdem libri:

Illic, quidquid ero, semper tua dicar imago.

Sic & Virgil. lib. I. Georg.

Quidquid erit, nam te, &c.

Certe fato suo diem obiit apud Getas, & juxta oppidum Tomos sepultus est, ut Eusebius, itemque Cæcilius Minutianus Grammaticus prodiderunt, & ut Georgius Trapezuntius aiebat, collatâ è publico pecuniâ, quemadmodum ex eo refert Iovianus Pontanus, lib. de Magnificentia, his verbis: *Georgius Trapezuntius, rerum vetustarum vir abundè studiosus, audientibus nobis, adolescentes cum essemus, non semel recitasse legisse apud bonum authorem Tomitanos cives Ovidio Poëtæ, qui apud eos diem obiisset, collatâ è publico pecuniâ, propter ingenii nobilitatem, Tymbon, Græco enim verbo utebatur, magnifice fruxisse ante oppidi portam in loco maximè celebri, quamvis Ovidius & peregrinus esset & ab imperatore proscriptus.* Neque vero mihi dubium est quin suppositiium sit quod ex Gaspare Bruschio retulit Abrahamus Ortelius in Synon. Geograph. cum ait: *Sabaria Lazio Austria oppidum est ad Angrum fluvium nomine Stain. Gaspar Bruschius dicit hic anno M. D. VIII. Sepulcrum Ovidii Nasonis inventum, tesselatum magnificum, & hoc Epitaphio ornatum.*

Fatum necessitatis lex.

Hic situs est Vates, quem Divi Cæsaris ira
Augusti patria cedere jussit humo.
Sæpe miser voluit patriis ostendere terris,
Sed frustra; huic illi facta dedere locum.

Tomos hodie Tomisvar. Salvagn. *quidquid erit* Ms. Burman. *ego* unus Heinsii.

155. *Ab oris.*] *Ab undis* Sarravian. & sex alii cum editis nonnullis. *ab umbris* Octav. & alius. & ita fere semper librarii discrepant in hac locutione.

156. *Et tendam gelidas ultor in ora manus.*] Idem lib. *victor in ora.* Melius & significantius, ut puto. Ciofan. *extendam* Regius.

157. *Noctis in umbris.*] *Conditus umbris* Sarrav. & novem alii & editio Domitii. Heinsius conjecerat, *cognitus. Concitus* Ms. Burm. qui idem esse quod *excitus* vult.

159. *Agas.*] *Agas* Moreti.

160. *Et querar.*] *Et sequar* Francof. Petav. & Mor-

165 Hæc tibi contingent funus lacrimæque tuorum.
Indeploratum projiciere caput.
Carnificisque manu, populo plaudente, trahêris;
Infixusque tuis ossibus uncus erit.
Ipsæ te fugient, quæ carpunt omnia, flammæ:

Re-

[illegible] nonnulli. Francius malusset *insequar*, [illegible] Heins. & alii Berlin. & edit. Dorvilii.

161. *Pedora fœtus.*] Hæc est vera lectio. Cicero [illegible] *pectora tortis* primae editiones; & transscripti [illegible] Tibull. I. Eleg. VI. 53.

[illegible] Nec mirum
Thomiadis, nec dominæ cordia tortis tinet.

Eb. II. El. 22.

[illegible] *cordia torta fera.*

[illegible] Tibull. El. 5.

Quid ora torsit [illegible] & torsit fœtus
Libertis [illegible]?

Lucretius [illegible].

[illegible] *torquet mensis fœtus*
[illegible] *fugiebat.*

[illegible] lib. VIII. 20.

Dulcis, [illegible] Tarentum [illegible] fugiebat

Pontic. Hæc, probat [illegible] etiam vir doctus [illegible] Lipsiam, V. pag. 323. quem vide. *Cordia* [illegible] *tortum* dixit Lucan. VII. 570. in uno [illegible] *cordia fetta*, in altero *fœta*. in Bertinani, [illegible] in Gallico, *vacuna colubris.*

162. *Kovaqqoq colubri.* Conjicia [illegible] *fœtus ad* [illegible] *fœta.*] Concinnitas [illegible], *Solitus* [illegible] *putare*, [illegible] Graeco quo Rodio Amerino; *quemadmodum* [illegible] *videris*, [illegible], *qui aliquid* [illegible] *commiserint, agitari & perturbari furiarum* [illegible] *ardentibus, sua quemque fraus & sua* [illegible] *maximè* [illegible], *suum quemque scelus urgeat, admonitione afficit.* [illegible] *mala cogitationes* [illegible] *dirum* [illegible]. *Hinc fuit impiis affectata* [illegible] *furiis, quas diis nolisque pœnas & scelerum* [illegible] *sibi repetant.* Id ipsum repetit Ovid. in Ibidem, quod ab Hercule contra Timarchum, [illegible] *pene* [illegible] *mutavit.* Repetit etiam lib. I. de Legibus, & ipsi concinit Lucretius lib. III. & Juvenalis Satyra I. Illud autem, *mensaque colubri*, elegantem quandam Latini Pacati locum ex Panegyrico Theodosii in mentem revocat: *Nisi vero* [illegible], *comitabilis Furiarum, carnificem diris consitum ubertibus exhibebat, & inter mitrae umbra obscuras oculisque fumantes inferens pœnas tædas, & [illegible] torto nequit fœnora quatibus. Deinde habet vera, [illegible] quia [illegible] nos nam scelerata [illegible], nec ipsa sibi carnifex conscientia est.* Salvag.

164. *Tuus est.*] *Tibi est* Petav. alter.

165. *Nec tibi contingent funus lacrymæque tuorum.*] Veteres in exequiis lacrymas expetebant; cæteroquin satisfactum sibi non putabant; ut Ovidius Ibin suum quovis officio canturum præeminens, utrumque, scilicet, *funus & lacrymas* videatur merito conjunxisse, velut ante illum Ennius ipse pater verbibus vulgatissimis:

Nemo me lacrymis decoret, neque funera fleat
Fatis, cur? volito vivos per ora virûm.

Quo loco *fatere funus* est ὑπερβατὸν. Virgilius etiam lib. II. Æneid. duo illa junxit, quæ ludibrii plena:

Nos autem vilet, inhumata insistamus arena,
Sternamur campis ——

Quod Græcis dicitur ἄκλαυτος ἀκήδευστος θανὼν, Ovidianæ vero imprecationi similis est apud Sophoclem Electrâ:

Κἀκεῖνο οὐκ οἶδ' εἰ
Τάφου ἀτυχέστ
Οὐτ' ἐμοῦ κεῖ ἐμοῦ.

Condimus jacent, neque sepulcri, neque lamentorum à me honorem fortitus.

Salvag. *Contingent* nonnulli. Heins. & ita edidi quidem, probante Bertman.

166. *Indeploratum projiciere caput.*] Grave admodum putabant veteres cadaver à suis agnatis sive cognatis non deplorari. Idque ostendit Ovidius ipse lib. & eleg. III. Tristium, qui cum in Pontica regione, ubi è suis neminem habebat, ægrotasset, mortem metuens ait:

Sed sine funeribus caput hoc, sine honore sepulcri,
Indeploratum barbara terra teget?

Cicero.

166. *Projiciere caput.*] Corpora, quæ sepulturâ carent, peculiari significatione *projici* dicuntur. Cicero lib. I. Tusculan. Quæst. *Durior Diogenes & id quidem sentiens, ut Cynicus, alperius, projici se inhumatum.* Seneca Epist. 93. *Quem sævitia proiecerit dies condet.* Petron: *Utrum projectum canes disferant, ac consumatur canibus data præda marinis, quid ad illum.* Rufus, *non contrat*, inquit, *nos nec unctus, nec projecti ad contumeliam cadaveris: laceratio fœda vulturis.* Ita Græcis ἐξεῤῥιμμένος dicitur. Glossæ veteres *Projectus*, ἐκβεβλημένος, ἐξεῤῥιμμένος. Iamblichus cap. 35. Ἀνοσιὸν τὸ καὶ νεκρὸν ἐπιτιθεμένοις κατὰ τὸν τόπον, καὶ ἐξεῤῥιμμένον ἔρριψε. Salvag. *dejiciere* Petav. alter.

167 *Tra-*

170 Respuet invisum justa cadaver humus.
Unguibus & rostro tardus trahet ilia vultur;
Et scindent avidæ perfida corda canes.
Deque tuo fiet (licet hac sis laude superbus)
Insatiabilibus corpore rixa lupis.

In

167. *Trahêris.*] *Ferteris* Vaticanus mox; 171. sequitur *trahet. trahere* Moreti.

168. *Infixusque tuis ossibus uncus erit.*] Unco scilicet gutturi impacto trahebantur in carcerem, vel ad Gemonias Scalas, vel in Tiberim, unde illud Suetonii in Tiberio, cap. 75. *Morte ejus ita lætatus est populus, ut ad primum nuntium discurrentes, pars Tiberium in Tiberim clamitarent; pars terram matrem Deosque manes orarent, ne mortuo fœdum ullum nisi inter impios darent; alii uncos & Gemonias cadaveri minarentur.* Et illud Lampridii in Commodo: *Corpus ejus ut unco traheretur, atque in Tiberim mitteretur, Senatus & populus postulavit.* Juvenalis Sat. I. *Seianus ducitur unco spectandus.* Qui verò trahebant *Hamotrahones* dicebantur. Festus *Hamotrahones*, *alii piscatores*, *alii qui unco cadavera trahunt.* Salvagn. puto, *faucibus.* Gutturi enim infigebantur unci. qua de re dictum nonnihil Amor. lib. I. Eleg. VI. *vs.* 26. Heins.

169. *Quæ carpunt.*] *Quæ carpent* Mentelii, & recte: de rogo enim agit.

170. *Respuet invisum justa cadaver humus.*] Hoc loco præterire non possum, quod Agathias lib. II. memoriæ prodidit, Græce ille quidem, sed in hanc sententiam: *Philosophi non pauci ab Imperatoribus Christianis solum vertere coacti ad Parthos profugerant, & in cadaver ejectum & insepultum eum incidissent, glebam injecerant. Terra corpus à se rejecit. Illis iterum sepelire volentibus, datum in somnis Oraculum:*

Μὴ δαφῆς τὸ δέμαιο, τὰ κοὶ κὴς μαγοιδῆς,
Μὴ μόνος ἀστοῖσι μετεφθίμενος ἐνδόγεν ἄνδρα.

Privatum tumulo, haud tumula, cambusque relinque,
Nil tibi terra parens cum corruptore parentis.

Salvag. *respuet indignum* Petavian.

171. *Unguibus & rostro tardus trahet ilia vultur.*] Tardus, inquit Domitius, idem est ac producens nonsonum; ego sic puto dictum, quod natura præpetem volatum non habeat, unde vulturis nomen à velatu tardo. Isidorus Etymolog. lib. XII. cap. 7. *Vultur à volatu tardo nominatus putatur, magnitudine quippe præpetes volatus non habet.* Quod etiam Plinius innuit lib. X. cap. 38. in his: *Vultures fere graviores, nisi ex procursu, aut altiore tumulo non evolant.* Unde quum vix tertio, aut frequentiori nisu fere in altum attollat, sæpe fit, ut antequam in sublime feratur, ab aucupe latente capiatur. Aliquando enim vivum hoc modo à se captum esse refertur Albertus lib. III. de Animalibus. Salvag.

172. *Avidi canes.*] *Avidæ* Moreti & Servii codices. Sic sæpe Noster. vid. Pont. II. Eleg. II. *vs.* 40. Heins. *Scindant* unus Regius, qui & versu præcedente, *trahat.*

173. *Deque tuo fiet, licet hac sis laude superbus, Insatiabilibus corpore rixa lupis.*] Id est, ipsi lupi superlaniatu cadaveris tui contendent, quamvis nonnihil glorieris, quasi tanti sis, ut vel tua causa rixentur animantes. Ita Martialis lib. X. Epigr. 5.

Et cum supremas sila venerint horas,
Diesque tardus fouiat canum litem,
Abigatque moto mœstas aves panno.

Salvagn.

175. *In loca ab Elysiis diversa fugabere campis.*] Enimvero piorum sedes apud inferos alia semper habita quam impiorum. Hinc Horatius lib. II. Ode 13.

—— *Vidimus Æacum,*
Sedesque discretas piorum.

Idque Cato ille Uticensis persuasum habebat, cum apud Sallustium in conjuratione Catilinæ loquitur in hunc modum: *Bene & compositè C. Cæsar paulo ante in hoc ordine de vitâ & morte disseruit, credo falsa existimans ea, quæ de inferis memorantur, diversa itinere malos à bonis loca tenere, inculta, fœda, atque formidolosa habere.* Ad quem Sallustii locum respexisse videtur Virgilius lib. VIII. Æneid. his versibus:

—— *Hinc procul addit*
Tartareas etiam sedes, alta ostia Ditis,
Et scelerum pœnas, & te Catilina minantem
Pendentem scopulo Furiarumque ora timentem,
Secretosque pios, his dantem jura Catonem.

Ideo enim præficitur Cato Uticensis juri inferorum, quia eas pœnas veras putabat, quas multi credebant, cum apud Sallustium suggillat I. Catilinam vana illa putantem, quæ de inferis prædicantur, ut Galeotus Martius lib. de Doctrina, cap. 27. refert Virgilium enarrasse mihi videtur. Sententiae vero Cæsaris suffragatur Timæus Locrus lib. περὶ ψυχῆς κόσμου καὶ θείας, *de anima mundi & natura.* Scribens malorum pœnam comitem esse, ait: Scribens malorum pœnam comitem esse, tum quæ rationibus dictum quæ legibus fancitur, tum quæ rationibus dictum cernitur vehementem incutiens terrorem, cum [illegible] rum, quod supplicia [illegible] cia.

175 In loca ab Elysiis diversa fugabere campis;
Quasque tenent sedes noxia turba, coles.
Sisyphus est illic saxum volvensque petensque,
Quique agitur rapidae vinctus ab orbe rotae.
Quaeque gerunt humeris perituras Belides undas,
180 Exulis Ægypti, turba cruenta, nurus.
Poma pater Pelopis praesentia quaerit, & idem
Semper eget liquidis, semper abundat aquis.

Ju-

[illegible] mancipatis manent mortuos, & alia [illegible] execrandos & detestandos [illegible], quas ipse poenas absurdas vocat. Nobis Gruiliana delirantiosa non est. Salvag.

175. *Diversa.*] Pendent Moreti.

176. *Quasque tenet sedes noxia turba, coles.*] Sic expulsus Romanum Tiberio mortuo imprecatum [illegible] Suetonius loco supra citato: *Pars terram me[illegible] Dunque [illegible] accipiat; ex marmore sedem illam [illegible] Romae.* Idemque de Galliano refert Aurelius Victor, his verbis: *Cum insomnem [illegible] maxime. Denique inferos precaretur [illegible] ait Gallienus dicens.* Quam ideo sedem Ovidius lib. IV. Metamorph. Tibullus lib. I. [illegible] *sinistrorum vocat*, Virgilius *sedem [illegible]*. Salvag.

178. *Turba cruenta.*] Tacet idem Servii Codex & Gronov. & prima edit. Heins. *Impia turba.* Nodicens & [illegible] quaque tuae Edit. Gryphi. [illegible] & Vincentii.

179. *Rotae.*] Ille qui Dianam de stupro [illegible], atque in inferno poenam patitur, et molitam affatur jactu lapidum. Interpr.

179. *Quaque gerunt.*] Ingeniosissimè [illegible]. Vide quæ notavi in observatis Metamorph. lib. IV. Cicofan. Sisyphi, Ixionis, Danaidum, Tantali, Tityi qui apud inferos supplicia sustinent, fabulæ notiores sunt, quam ut in [illegible] debeam. Annotavero tantum illud Homeri de Tityo lib. IV. Odyss. [illegible] Adyn, hyperbolice à Latinis expressum. Graecum [illegible] verterunt *nonvinigenos*, quos ab mille centum sexaginta pedes continent, cum [illegible] hic duxerat nongentorum. Salvag.

179. *Quaque agitur.*] Ixion Junonis appetens concubitum, ei ruinam Jovo opposuit. Ille autem [illegible] Junonis potuit concumbere, cum nube concubuit, ex eaque Centauros genuit, unde nubigenae vocantur. Quique hanc in inferno poenam patitur, ut in rota ligneat assidue volvatur. Interpr.

179. *Vinctus ab orbe rotae.*] & *Volvit*, & *Vinctus* [illegible] Ixion, cum Diam filiam [illegible] uxorem, nulla Eioneo promisit [illegible] dona datorum. Sed eundem poenas, ut ille accipiet, in ignium baratrum ad id constructum (quod tenuissimis ligni & subtilissimo cinere operuerat) delapsum interficit. Quamobrem in furorem actus neminem invenit hominum deorumve, qui eum vellet expugare, cum primus fuerit, qui virum affinitate junctum interfecerit. Solus Jupiter eum miseratus expiavit, atque is accepti muneris flagra immemor in Junonis amorem incidit: Unde Jupiter nubem in ejus Deae similitudinem illi in cubiculo collocavit. Deinde rotae quatuor habenti radios alligatum cruciavit, Auctor Pherecydes, teste Apollonii commentario in tertium Argon. Qui Ixionem non Plegyae filium (ut Euripides) sed Æetionis facit. hoc quoque addendum censeo, aerea fuisse vincula (si Apollonio credimus) quibus hanc rotae derinctum fabulae cetineret. Constant. Fan. *Vectus* mihi arriderat maxime. Sed cum in uno Heinsii sit, *Captus*, posset & *rapitus* legi, nisi *rapidae* vetaret. *ab ore rotae* etiam Moreti. *rapidus vinctus* Mf. Bersman.

179. *Quaque gerunt.*] Danaus & Ægyptus fratres fuere. Ægyptus quinquaginta filios habuit, Danaus totidem filias. In fatis autem erat Danaum nepotem habituram, eumque sibi regna sua ablaturum. Danaus incertus, cum quinquaginta fuissent, quis ille nepotum esset, omnes filias suas cum omnibus filiis ex fratre matrimonio junxit, jussitque filias suas, ut cum mariti earum obdormirent, unaquaque virum suum interficeret, facinuque ei ita. Sola Hypermnestra marito suo Lino pepercit, qui postea regnum Danao abstulit. Filiae autem Dani hujusmodi poenam in inferno patiuntur, urnamque in imis perforatam replere assidue studeant, & replere nequeant. Belides appellantur à Belo patre Danaii & Ægypti. Interpres. *quaque* Moreti. Heinsius volebat, *quaque gerunt urnas* &c. non enim humeris, sed capitti imponebant urnas aqua plenas, vid. inf. 356. III. Fast. 14. *Ponitur e summa fictilis urna coma. perituras urnas* unus. vid. III. Met. 29. Burm.

180. *Ægypti.*] *Ægyptis* editi & scripti quidam vitiose.

181. *Poma pater Pelopis praesentia quaerit, & idem Semper eget liquidis, semper abundat aquis.*] Tantalus filius Jovis, Deos commorabat cupiens, eos hospitio excepit, ipsique ad coenam lodentibus filium dilaceravit Pelopem, quem igni & aqua coctum, quasi

Jugeribusque novem qui summus distat ab imo,
Visceraque assiduae debita praebet avi.
185 Hic tibi de Furiis scindet latus una flagello,
Ut sceleris numeros confiteare tui.
Altera Tartareis sectos dabit anguibus artus,
Tertia fumantes incoquet igne genas.
Noxia mille modis lacerabitur umbra, tuasque
190 Æacus in poenas ingeniosus erit.

In

quasi fercula, apposuit. Dii vero comperto hoc scelere noluerunt comedere, praeter Cererem, quae inscia & fame coacta humerum absumpsit; quare Dii Pelopem resuscitaverunt, eique humerum eburneum imposuerunt. Tantalus ob id poenam hanc in inferno patitur, quod in aqua usque ad mentum extat, pomaque super os ejus pendent, quae famelicus nequit comedere, nec sitibundus potare. Interpres. Hunc altera quoque affici poena Poëtae finxerunt (ut Plato in Cratylo & Lucretius scribunt) qui pendentis supra caput lapidis casum continue extimescat. Lucretii versus sunt libro III.

Nec miser impendens magnum timet aëre saxum
Tantalus (ut fama est) cassa formidine torpet.
Sed magis in vita divum metus urget inanis
Mortales, casumque timent, quemcumque ferat sors.

Const. Fanens. Tantalus. Ibidem, & lib. III. Amor. Eleg. XII. Et Fulgentius ita in Mythologicis: *Tantalum dicunt in lacum inferni depositum, cui fallax aqua gulosis labia titillamentis attingit: poma quoque fugitivis emorescentia tactibus desuper facie tenus apparent pendula. Ergo hic locuples visus & pauper effugius, ita se illa unda fallax praebet, ut sitiat: ita se poma ingerunt, ut esuriat. Hanc fabulam Petronius breviter exposuit dicens:*

Nec bibit inter aquas, nec poma petentia carpit
Tantalus infelix, quem sua vota premunt.
Divitis hanc magni facies erit, omnia latè
Qui tenet, & sicco contequit ore famem.

Ciofan.

181. *Quaerit.*] *Captas* Petavii codex. quod verbum in hac re usitatum scriptoribus: vid. Epist. XVI. XVI. II. Am. 2. & alibi. Sed quia hic *praesentia poma* dicit Poëta, *quaerit* non movendum puto. *quaerimus* enim, quae absunt, ut ita sit oppositio acuta. Ita II. Met. 239. *quaerit Boeotia Dircen.* ubi vide: *quaerit in undis* prima editio. Burm.

183. *Jugeribusque novem.*] Tityus qui, Latonam matrem Phoebi & Dianae de stupro interpellavit, ideo hanc in inferno poenam patitur, quod vultures jecur ejus assidue comedunt. Interpres. Hunc, quia monstrosi corporis fuit, terrae filium Poëtae finxerunt, ut Callimachus, qui horribiles feras terra genitas protulit. Auctor Apollonii commentator in primum. Differunt autem *Tityus* & *Tityas*: nam *Tityas* unus ex Idaeis Dactylis fuit, ut in primo & secundo Apollonii commentario invenies, & nos alibi enarravimus. Const. Fan. De Tityo lib. IV. Metam. Ciofan.

184. *Assidue.*] *Assiduae avi* scribe cum libris antiquis. Heins. Heinsius ad Remed. 315. legit, *deditae*: *praestat avi* duo.

185. *Sic tibi de Furiis scindat &c.*] Nomina Furiarum, Tisiphone, Megaera, Alecto. Interpr. Alecto, Tisiphonem, & Megaeram significat, quae & Erinnyes, & Poenae dicuntur, de quibus Apollodorus lib. I. Bibliothecae, & Hesiodus in Theogonia, cujus haec sunt: vs. 183.

Ὅσσαι γὰρ κεφαλῇφι κόμας ἀνέστησαν ὀφιώδεις,
Πάσας δέρκεν Ἔριν, κεφαλοφόρον ἐ ἰόεσσαν,
Τίσιν τ' Ῥεμνὴν τε κεραοῦσ, μεγάθυμον τε Μέγαιραν.

Id est, *Quotquot enim guttae* (ex caelo) *proruperunt cruentae, omnes suscepit terra, circumvolutis anguibus annis, produxit & Erinnyes validas & magnos Gigantes.* Ciofan. *Hic* legendum ex scriptis & editionibus emendatoribus, *haec* editio prima. *scindes* etiam Gryph. & aliae editiones, & Mf. Bersman.

186. *Ut sceleris numeros confiteare tui.*] Sic Martialis epigrammate quinto, lib. X. cujus argumentum ex hic Ovidii dictis plane mutuatus videtur.

Et cum fateri Furia jusseris verum,
Prodante clamos conscientia, scripsi.

Salvag.

187. *Tartareis anguibus.*] *Anguibus* Juccii Codex & multi veteres. Heins.

188. *Incoquet igne.*] *percoquet* Patavinus unus. *Ore genas* unus Heinsii & editio Domitii.

189. *Lacerabitur umbra.*] *Lacerabit membra* Mf. Bersman.

190. *Aeacus.*] Aeacus, Minos, Rhadamanthus, Judices in inferis. Interpr. lib. XIII. Metamorph. Quatuor autem esse dicuntur judices apud inferos: Hic Aeacus, Minos, Rhadamantus, & Triptolemus. Auctor Cicer. lib. I. Tusculanarum Quaestionum. Ciofan. Aeacum forte prae ceteris inferorum Judicibus nominavit, ex sententia Platonis in Gorgia, qui Jovem inducit dicentem se constituisse tres judices apud inferos, Aeacum scilicet Europaeorum quaestorem, Rhadamantum Asiaticorum

In te transferibet veterum tormenta virorum;
Manibus antiquis caussa quietis eris.
Sisyphe, cui tradas revolubile pondus, habebis,
Versabunt celeres nunc nova membra rotae.
Hic erit, & ramos fructus qui captet & undas;
Hic inconlumpto viscere pascet avem.
Nec mortis poenas mors altera finiet hujus;
Horaque erit tantis ultima nulla malis.
Inde ego pauca canam, frondes ut si quis ab Ida,

Aut

rum, Mandam vero judicantem, si quid aliis [illegible] esset, ut ita aequissime judicium procederet. Quo respexit Juvenalem Berosidus emendatiore loco Satyra x. v. *Quas corpora umbrae [illegible]*, quod dicere vellet, sibi notum esse ex frequenti Poetarum recitatione, quas umbras, id est, Deorum [illegible] corpora. De qua expositione Berosidi Elegiae [illegible] gratulatur. Commentarius in lib. II. Tristium, Eleg. x. quem Joannes Britannicus in Juvenalem impressis nomine secutus est. Mihi [illegible] formulis sic tamen capiendum. SALVAGN.

193. *In te transferibet veterum tormenta virorum.*] Tres, ordine eadem [illegible], quae Virgilius lib. v. [illegible]:

Tu ne [illegible] mei mentes, pavidamque volantem
Eripe [illegible]
Tuque, ut [illegible] figas patiere labores,
Et [illegible] [illegible] [illegible] coleris.

Quod [illegible], *Transferibit, forma hic terribilis est de [illegible] mea [illegible] est dari.* Amobius lib. I. [illegible] *omnipotentem [illegible].* Eodem fere [illegible] [illegible] [illegible] & [illegible] [illegible] [illegible]. vid. ad Quintum XII. Decl. [illegible]

194. *Tormenta virorum.*] *Illorum* esse [illegible] Fast. v. v. 621. Seneca Hercule furente de Minoe ac Rhadamanto, v. 179.

Et qui [illegible] [illegible] terris?
Quorum, et [illegible] [illegible] [illegible].

Idem Thyestae, v. 23.

Rotatum omnes, quos ob infandas moras
Rotaque [illegible] versa ros.

Claudianus lib. II. in Rufinum de Rhadamanto:

Tum [illegible], dum [illegible] negotia versat
Divus [illegible], [illegible] ros ex ordine quaerit,
Rupibus [illegible] [illegible] [illegible].

Sedul. Hymn. Pan. 132.

Non mors alta [illegible] quaesitat [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible].

Vid. Tibull. VII. de Hero.

195. *Manibus.*] *Manibus* [illegible] codex & multi alii [illegible], *[illegible] antiqui.* Heins.

193. *Cui tradas.*] *Credas* alter Regius. *reddas* unus Heinsii. *revocabile* duo Heinsii. mox, *quassabunt celeres* Medic. unus. *Vexabunt* Mf. Berf. *Nunc ima membra* unus Heinsii.

195. *Hic erit, &c.*] *Hic & erit*, *ramos* Moreti & Francof. *qui carpat* unus Heinsii. Ut apud Petron. cap. LXXXII. *carpat* Francof. *& undam* Regius & alius.

196. *Pascet aves.*] *Aves* duo veteres, & recte. Heins. *Hic inconsumpto* duo.

197. *Nec mortis poenas mors altera finiet hujus.*] Martialis lib. x. Epigr. v. manifeste Nasonem expressit hoc versu:

Nec finiantur morte supplicii poenae.

Hic Etnici Christianos traducebant, sic enim Caecilius apud Minutium Felicem: *Pro mirâ foelicitâ & incredibili audacia sperant tormenta praesentia, diem mortis metuunt & futura, & dum mori pos mortem timent, interim mori non timent.* Quam loquendi formam usurpat Lucianus in Peregrino: Πεπεισμένοι γὰρ οἱ ἀνόητοι τὸ μὲν ὅλον ἀθανάτους ἔσεσθαι, διὸ καὶ καταφρονοῦσι τοῦ θανάτου καὶ ἑκόντες αὐτὸν προκαταδέχονται τὸ πολύ. SALVAGN.

198. *Ultima malorum.*] *Ultima damna* Mf. Berfin. *nulla magis* Moreti.

199. *Inde ego pauca canam, frondes ut si quis ab Ida.*] Comparationem ab Ida praecipue duxit, quia tolle Eudarchio in II. Iliad. omnis mons editus Ida dicitur, ut omnis aqua Achelous. Idam autem celebrissimum totius Cretae montem hodie *Psiloriti* nominant, cujus partem, quae ad urbem Candiam, olim Maeum, obversa est, nemora muniunt, in quibus acer admodum crispâ materie, ilices plurimae, & acilicae nascuntur, ut non immerito dixerit Ovidius, *frondes ut si quis ab Ida.* Ad ejus autem radices qui spectat ad Orientem, solum undequaque pingue & irriguum: ibique frequentissimi sunt pagi & omnis excultissima, sive arborum fructiferae, sive olea & vites. Totaque illa moles quacunque tandem patet à Calergis possidetur, qui ante nullo annos primum dignatis gradum in toto Insulâ obtinuerunt. SALVAGN. *ab Ida* duo veteres Heins. Ita & Francof. & jam olim editi nonnulli. *pro inde*, *in te* habebat Saravianus. *Flo-*

ris in Ida Vatican. & mox, *frondes in Hybla* alius & Francof. sed omnis frustra. Ida enim Phygia intelligenda, quae frondosa. vid. XXII. Metam. 324. & IV. Fast. 249. BURM.

Aut summam Libyco de mare carpat aquam.
Nam neque quot flores Siculâ nascantur in Hyblâ,
Quotve ferat, dicam, terra Cilissa crocos.
Nec quum tristis hiems Aquilonis inhorruit alis,
Quam multâ fiat grandine canus Athos.
Nec mala voce meâ possint tua cuncta referri,
Ora licet tribuas multiplicata mihi.
Tot tibi, vae misero, venient talesque ruinae,
Ut cogi in lacrimas me quoque posse putem.

Illae

200. *Et summam Libyco de mare carpat aquam.*] Usurpatum olim *mare* sexto casu Grammatici veteres tradunt. Unius ergo Plauti locum proferunt, in quo jocum elegantissimum & Plautino ingenio dignissimum sabesse primus, ut arbitror, Muretus animadvertit lib. XII. Variar. Lection. cap. 17. Is ita habet, Milite Glorioso:

Quid istuc quaeso? quid oculo factum est tuo?
PL. Habeo quidem hercle oculum PIR. at laevum dico.
PL. Eloquar.
Mieri: causa hercle hoc utor oculo minus,
Nam si abstinuissem a mare tanquam hoc uterer.

Cum enim Atheniensis ille adolescens, qui ornatu nauclerico amicam à milite per fallaciam abducturus venerat, oculum sibi laevum ne agnosceretur obligasset, interrogatus à milite cur id faceret, respondit se id maris facere causâ, nam, inquit, *si amare abstinuissem, eo aque atque alterо uterer.* Ludit autem militem ambiguitate vocabuli. Cum enim dicere videatur duabus vocibus *si a mare abstinuissem*, non id dicit, sed *si amare abstinuissem.* Revera enim amor ipsi in causa fuerat, ut eo oculo minus uteretur, aut saltem ita fingeret. Porro *Libycum mare* pro quocunque mari Naso dixit, speciem nimirum pro genere, sicut Horatio Ode I. lib. I. *Myrtoum*, & Ode 35. *Carpathium* pelagus. Qua quidem figura Poetarum libri scatent; sed enim forte *Libycum* prae caeteris nominavit, quod Ibis juxta Cinyphem, qui in Libycum mare se exonerat, editus esset. SALVAG. *Aut summam* Vatican. *vel* Petav. *liquido de mare* prima Editio. *Carpat* Moreti. *carpat* duo, de *mare* in ablativo vide Chaufi. Infl. Gram. p. 94. Gifan. Indic. Lucret. & Comment. ad Curtii V. IV. 7.

201. *Nam neque quot flores.*] Frequens est Ovidius in eadem comparatione, quam imitatur Seneca Oedipo, 600.

Non tot caducas edocat frondes Eryx,
Nec vere flores Hybla tot medio creat.

Hybla Siciliae urbs juxta Syracusas posita, quae postea immigrantibus Graecis Megarensibus Megara dicta est, diu ante Strabonis aevum penitus eversa & deserta. Perduravit tamen priscum nomen in Hybleo melle, quod secundum Hymettium praecipuae nobilitatis fuit. Aestimatur etiam nunc totius Siciliae praestantissimum, quod in Hyblaeis collibus provenit. Hyblaei vero colles sunt ii, qui juxta Marcellinum fluvium Alabi fluminis fonti imminent, vario florum genere, maxime autem thymo laeti; haud ita quidem excelli, ut mirum mihi videatur, cur Ovidius lib. II. *de Ponto*, Eleg. VII. *aliam Hyblam* dixerit. Fuerunt & aliae duae urbes in Sicilia eodem nomine. Tres enim fuisse, nimirum majorem, cujus oppidani Hyblaei dicti, parvam, quae Megara appellata, minorem, quae Heraea, Stephani Epitomator discrete prodidit. SALVAGN. *Nam nec quae Frondes* Franc. *Nascuntur* editi olim & omnes fere scripti. *pascuntur* Jureti & alius. *quotque ferant* Petav. *quotve ferax* unus. *quaeve ferant* Moreti. *Terra Falisca* tres.

202. *Quotve ferat, dicam, terra Cilissa crocos.*] Laudatissimum crocum gignit Cilicia ad Antrum Corycium. Ovid. lib. I. Fast.

Et sonat attonsis spica Cilissa foeis.

CIOFAN. Solinus cap. 41. *Circa Corycum Cilicias crocum plurimum optimumque. Dat licet Sicilia, dat Cyrena, dat & Lycia, hoc primum est. Spirat fragrantius, colore plus aureo est, succi opi citius proficit ad medelam.* Idem scribunt Strabo, Dioscorides lib. I. cap. 25. Plinius lib. XXI. cap. 6. Curtius, Philo Carpalius in Cantica Canticorum, Vibius Sequester & alii, unde Lucretius lib. II. 416.

Et eum facta croci Cilici perfusa rucens est.

Virgilius Culice.

Atque hyacinthos & hic Cilici croceus aduro.

Hinc *Spica Cilissa* Nasoni lib. II. Fastor. & Propertio lib. IV. cujus locum licet Philippus Beroaldus & Paulus Manutius de Nardo exposuerint, Her-

Illae me lacrimae facient sine fine beatum,
Dulcior hic risu tunc mihi fletus erit.
Natus es infelix, ita Di voluere, nec ulla
Commoda naecenti stella levisque fuit,
Nec Venus adfulsit, non illâ Jupiter horâ,
Lunaque non apto Solve fuere loco.

Nec

[illegible] Dioscoridem, [illegible] lib. VIII. cap. 2. Hieronymus Mercurialis Varia. lect. lib. VI. cap. 7. Josephus Scaliger, & Ianus Pulleanus Propertii interpretes de loco, vel unguento crocino conducter accipiendi. Hinc etiam *Cilicum unguli* Martialis Epigram. III. Angelii. *Cilicum Mysa* Papinio, *in Silvis. Cinyrii* eorum Horatio Satyr. IV. lib. II. & Lucretio lib. IV. & Adagium, *ἐς Κιλικίου πόδων*, in res, quarum ad deportandi, ubi magna earum est copia. SALVAGN.

175. *Quam multa fert grandinis semen Athos.*] In aliis montibus autem reperitur, grandinem non fieri, cuniam haec congelatio imbre gignitur, illa ex eodem humore mollius coacto, quae principium frigore contrahit fit, in altiores montes excitata est; eo fit ut, quo propius à terra grando [illegible], hoc magis sit triangularis, tut pyramidalis; quo vero longius à terra concrevit, hoc sit rotundior, angulis longa via obtritis. Hinc Gerardo Vossio improbatum lib. III. De Origine & progressu Idololatriae, cap. XII. quod Ovidius ait, ventum Athos grandine canescere. Solent Poetae ab parvitate confundere. Altissimum certe montem Athos pugnat, magnique celebre quod est in cruenta Charidemo, propter immanem altitudinem perpetuis fere nivis tegitur, quae in aestate usque permanet: In cujus summo vertice Sacellum est, cum Caloyeri, sive Monachi ejus Monasterii, quod *Agias Lavras* dicitur, ad radices montis Athos, cum eunt die consendunt, ibique liturgiam canunt; nemini enim toto eo monte praeter Monachos habitare licet; in eaque est apud Graecos sanctimonia aestimatione, qua Roma apud Latinos; Hoque vernacula lingua *ἅγιον ὄρος* appellatur; Italice *Monte santo*. SALVAGN.

205. *Nec mala vota mea.*] Illustravi hunc locum lib. XIX. in Observat. in Metamorphoseis. Cicero. Ex more Poetarum, de quo Persius Satyr.

Vatibus hoc mos est, votum sibi pascere voces,
Cantare ea, & linguas operare in carmine centum.

Hinc ingenium ducto ex Homero Iliad. III. quem Imitati Virgilius, Ovidius saepe, Silius, Hostius apud Macrobium, Claudianus, Sedulius, alii passim. SALVAGN. *Nec tot vota mea poterunt mala mendia.* Francof. *pessimus unus* vota unus Heinsii, *pessent* Petav. alter. *poterant* mihi etiam editi.

207. *Tot tibi vota misere veniant.*] *Venient* scripti. HEINS. Ita jam editi plurimi. *Tantaeque ruinae* etiam Francof. quod rectum puto. II. Met. 96. *Equo tot ac tantis caelitus terraque marique Posse bonis aliquid.* V. Trist. 47. *Plena tot ac tantis referre gratia facilis*, & ita passim alii. BURM.

208. *Pretem.*] *Pretes* Scrarianus & octo alii. *in lacrymis* duo. mox, *in risu tuo* Francof.

212. *Commoda nascenti stella levisque fuit.*] Stella *commoda* & *incommoda* propriè dicitur. Sic enim & Propertius, lib. II. Eleg. 20.

Quaeritis ex coelo Phoenicum inventa serene,
Quae sit stella homini commoda, quaeque mala.

Et Petronius Arbiter Satyrico, cap. XXV. *Altera Lunae cursum stellarumque septem imagines pictas, & qui dies boni quique incommodi essent distinguente bulla notabantur.* Sed & levis pro benigna & propitia, quomodo apud Horatum lib. I. Carm. 8.

Monet Sithonius non levis Eurus.

Apud Valerium Flaccum lib. II. Argonaut. 323.

—— Levior Lemnos Deus aequoris flexit
Iussa Idaeae ——

Ou autem Stellarum aliae maleficae, aliae faletetes dicantur, cum Divinorum una sit natura, Ptolemaeus in libris de Harmoniâ, & Macrobius in somnium Scipionis fusè disserunt. Scripserat Ovidius *de Quindecim*, ex quibus carmina citantur à Probo & Lactantio. SALVAG. *Levesque* multi. *levivos venis* Heinsianus unus. de voce *levis* vid. ad d. l. Valerii Flacci.

213. *Non Venus adfulsit, non illa Jupiter hora.*] Ex his septem affuit, sive stellis, duae priores bonum portendunt. Tres, quae statim sequuntur, suapte vi neque mali neque boni quidquam significant, sed ei adhro, quod respiciunt, adhaerent. reliquae vero duae perpetuo mala ostendere dicuntur. CIOFAN.

213. *Affulsit.*] *Effulsit* prima editio & unus Regius. *Nec V. affulsit, nec in illa J. h.* Moret. & Francof. *non nulla* editiones antiquae. *era* Ald. Heinf. conjiciebat, *non illi J. horas*, vel *illam horam.* mox *Lunaque* Regius. *Solque* plurimi. *non alto* Petav. & Francof.

214. *Lunaque non apto, Solve fuere loco.*] Hoc est,

215 Nec satis utiliter positos tibi praebuit ignes,
Quem peperit magno lucida Maja Jovi.
Te fera, nec quidquam placidum spondentia, Martis
Sidera pressérunt, falciferique senis.
Lux quoque natalis, ne quid nisi triste videres,
220 Turpis, & inductis nubibus atra fuit.

Haec

est, nullo aspectu bono, horoscopum, sive signum ascendens respexerunt. Significat autem Sol vitae atque anni constitutionem fere, Luna autem corporis: qui si nulla bona radiatione cum ascendente signo comparantur, ipsum quoque natum infeliciorem, minusque durabilem futurum, Astrologorum dogmata tradunt. MICYLL.

215. *Nec satis utiliter positos tibi praebuit ignes.*] Mercurium intelligit ex adjunctis. CIOFAN. *Solitos tibi* unus.

216. *Quem peperit.*] Jupiter cum Maja Atlantis filia concubuit, & genuit Mercurium, qui praecallidus effectus est. INTERP.

216. *Lucida Maja.*] Sic libro primo Metamorphos.

—— Natumque vocat, quem lucida partu
Pleias enixa est. ——

Hesiod. quoque, quem Ovid. sequitur, in Theogonia, idem scribit:

Ἐκ δ' ἄρ' Ἀτλαντὶς Μαῖα τέκε κυδιάνειρα Ἑρμῆν
Κῆρυκ' ἐδανὸν, ἱερὸν λέχος ἐκβαινόουσα.

Id est:

Jovi enim Atlantis filia Maja peperit gloriosum Mercurium
Praeconem Deorum, sacrum lectum conscendens.

Apollodorus lib. II. ait Maiam à Jove in Cyllenes antro vitiatam, Mercurium, unde Cyllenius dicitur, peperisse, ejus verba sunt. *Μαῖα γὰρ ὧν ἐν ἀγχιβαθέῃ Διὶ συνεβήσετο ἐν ἄντρῳ τῆς Κυλλήνης Ἑρμῆν τέκετο,* Id est, *Siquidem Maja nostarum maxima ab Jove in Cyllenes antro vitiata Mercurium parit.* Hinc locus ille lib. V. Fast. intelligitur, ubi ita est de Maja:

—— Et summo concubuisse Jovi:
Haec enixa jugo cui rupissetis Cyllenes
Ethnicum voluerit qui pedo carpi iter.

Fuit autem Maja Atlantis ac Pleiones filia, qui septem in Cyllene Arcadiae monte fuiceperat; unam, quam dixi Majam omnium natu maximam, alteram Alcyonen, tertiam Meropen, quartam Celaeno, quinctam Electram, sextam Sterope, septimam vero Taygeten. De his hic Nollet lib. IV. Fast. & Apollodorus libro superius citato. CIOFAN.

216. *Jovi.*] *Jovi* editi olim & plurimi scripti. recte. vid. I. Met. 748.

217. *Placidum.*] *Placidi* unus. Placet: vid. II. Fast. 484. *ne quicquam* editi alii.

218. *Falciferique senis.*] Saturnus Coelum patrem spadavit falce, quae adhuc videtur in coelo. INTERP. Propertius lib. IV. Eleg. 1.

Et grave Saturni sidus in omne caput.

Falcem Agricolae infigere esse, ac propterea Saturno tributam scribit Festus in *Opima spolia.* SALVAG. Interpretem hunc aevi inferioris, & fere barbari fuisse ex verbo *spadare* apparet. de quo vide Cangii Glossarium.

219. *Lux quaque natalis.*] In eam sententiam Jobus elegantissime natalem suum versibus hexametris exercitat cap. 3. in his: *Pereat dies, in qua natus sum, & nox, in qua dictum est, conceptus est homo. Dies illa vertatur in tenebras, non requirat eum Deus desuper, & non illustretur lumine. Obscurent eum tenebrae, & umbra mortis: Occupet eum caligo, & involvatur amaritudine. Noctem illam tenebrosus turbo possideat; non computetur in diebus anni, nec numeretur in mensibus; sit nox illa solitaria, nec laude digna. Maledicant qui maledicunt diei, qui parati sunt suscitare Leviathan. Obtenebrentur Stellae caligine ejus, expectet lucem & non videat, nec ortum surgentis aurorae.* Potuitne Jobus, sive Moses, sive quivis alius Historiae Jobi scriptor, ut varae sunt eruditorum sententiae, venustiori sermonis copiâ, & figurarum Poëticarum varietate, diras suas exornare; Sic apud Ezechielem cap. 30. & Joël. cap. 2. dies Domini vocatur *dies nubis*, Hebraïce scilicet phrasi, qua tenebrarum nomine calamitas, lucis appellatione felicitas intelligitur. Sic etiam de Solis obscuratione quod dicunt Prophetae, non de eclipsi, sed de tempore calamitoso intelligendum. Huic autem Jobi locutioni *pereat dies, in quâ natus sum*, simillima est illa Senecae in Hercule Oeteo:

Converte Titan clare ambulantes equos,
Emitte noctem, pereat hic mundo dies,
Quo moriar, atra nube inhorrescat polus.

Contra experebant ut natalis candidus veniret. Sic enim Tibullus lib. I. Eleg. 8.

At tu natalis multos venerande per annos,
Candidior cuper, candidioque veni.

Et Ovidius lib. V. Trist. Eleg. V.

Optime natalis, quamvis procul absimus, opto

Hæc est in fastis, cui dat gravis Allia nomen.
Quæque dies Ibin, publica damna, tulit.
Qui simul impuræ matris prolapsus ab alvo,
Cinyphiam fœdo corpore pressit humum.

225 Se-

Damnatis hæc verba ——

Ioan. vero Francisc. lib. 11. Elegi. 12. *candidum* nullam eodem sensu dixit, quo idem Ovidius Epistolis Tuniis ad Helenam *candidiorem nivem*, contra Vulgatam ἐρίζων nupsit intelligitur Herus & Lucretii prolectat ἐνεφάνεσι de ἐρίζω. Sed & apud Philoticos coelum turbidum, & obscuram noctem, inter dextra omina olim accepta, notare licet apud Thucydidem Proœm. Julium Obsequentem cap. 42. ad eam superstitionem allusisse Claudianus in Quartum consulatum Honorii, sic ait:

Nec Boreas nimbos, nec Sol ardentior agit,
Ingenii hoc illis jus; prælaguæ cibat
Cœlum vitat, ripique non nocura ferunt.

Salvag.

Ibin Ibidis,] Ibidis Francof. *ovis fuit* Moreti.

227. Hæc est in fastis cui dat gravis Allia nomen.] Allia flavius, ad quem Sucrens Galli cum Romanis pugnaverunt, & Romanis devicis Romam ceperunt, & Capitolium obsederunt; sed superveniens Camillo Duce Romano, qui tunc temporis in exilio erat, Galli victi sunt. Interpr. Videtur esse dictum. *Hæc est*, pro, Eadem dies est in Fastis. *Alliaque*, & Ibin in lacum proiecit, ut significet, potestatem atque ira die natum. Paulo post, *Ibin, publica damna*, appositive dictum. Strabo. *Allia* sive *Alia* fluvius est, Italiæ, Cadunus, qui à Crustumii montibus prædo decurrens altro Tiberino amni miscetur, ad quem Romani à Galis duce Brenno magna strage victi sunt, ex quo infausta contraxit omnia pulsi à Sciperibus. Hinc *Alliensis dies*, proverbium: Cicero lib. 12. Epist. 17. ad Attic. *Majores nostri*, inquit, *sic observarunt dies ut vocarent Alliensis pugnæ, quam vobis carus, quod hoc malum ex illa.* *Itaque alter religiosus etiam nunc dies, alter in unique ignotus.* Certe ut omnis infelicitas Virgilio gesta est, qui tali fatalitate in ejus vita cap. 7. omni divino humanoque jure neglecto Alliensi die Pontificum maximum cepit. Ceterum dies illos quibus clades aliquam excepissent, religiosos & atros appellabant, Graeci ἀποφράδας, ut exponit Lucianus in Pseudologiste, qui libellus & cap ἀποφράδες inscribitur. Sic Plutarchus in *Camillo*, tibi nulla de hujusmodi dicimus, Alliensem ἀποφράδα ἡμέρα vocat. Et non inconsulte Nefo dicit, tum Alliensem, tum nullam Idibus in fastis pro die-

bus atris & religiosis habuit. Salvag.

222. *Dis.*] *Dii* editio Dan. Heinf. forte vitio operarum.

223. *Qui simul impuræ matris prolapsus ab alvo est.*] Ex illegitimo concubitu natum Ibin Poëta judicio nostro innuit: & eam ob rem, humum, in qua natus fuerit, *Cinyphiam* appellat, id est, hircum olentem: nam hircum appellamus illum, cui uxor adulterando aptat capiti cornua. Eam quoque ob rem matrem Ibidis *impuram* appellat, id est, inhonesto coitu pollutam & adulteratam, & corpus Ibidis *fœdum*, id est, ex illicito & sordido complexu genitum; *fœdo* autem *corpore*, non *fœdo* hac legas: ne syllaba claudicans conquaeratur. Const. Fan. Verbo illo *prolabi* frequenter utuntur veteres, cum de partu loquuntur; sic enim Phaedrus fab. 54.

Non illam quæro, quæ cum lubitum est concipit,
Dum poras omni ignotum cursis mensibus,
Novissime prolapsam effundit sarcinam.

Eodem sensu verbum *cadere* usurpant, ut & Graeci λανθάνειν, vel κατὰ γαστὸς μητρὸς, quod est, prolapsus à matre. Sic Oppianus lib. 1. Halieut. ν. 738. ἠδὲ λανθάνουσι γενόμενοι, *unde ceciderant nascentes.* Postremo versu allusum putat Brodaeus Miscellan. lib. 17. cap. 3. ad piscium illum morem, quo simul infans natus erat, & sublatus ab obstetrice, statuebatur in terra, ut auspicaretur rectus esse, quemadmodum scribit Varro lib. de Vita populi Romani. Quo pertinere videtur illud Suetonii in Nerone, cap 6. *Nero natus est Antii, ante 19. mensis quam Tiberius decesset, 8. Kalend. Januar. tantum quod exoriente Sole, pene ut radius primum terra contingeretur.* Item illud Papinii in Genethliaco Lucani:

Natum precinnis atque humum per infans
Primo murmure dulce vagientem
Blando Cellinæ sinu recepit.

Cujus etiam moris aperte meminit Tertullianus lib. de Anima, in his: *Prima etiam confusatio infantis super terram Statinus Deus sarrum est*, Statinum enim vocat, quem Varro lib. de Liber. Educ. Statinum Deum nominat puerilitae praesidem, ut redideremus Tertulliani restituit Cujacius, Observat. lib. 11. cap. 30. qui praeterea suspicatur eo referendo esse haec verba, lib. III. C. de postlim. haered. institend. *Eorum etiam nos Laudemus sententiam & sanctimus, si vivens perfecte natus est, licet illico postquam in terram cecidit, vel in manibus obstetricis decessit, nihilominus testamentum rumpi.* Verum Fran-

225 Sedit in adverso nocturnus culmine bubo,
Funereoque graves edidit ore sonos;
Protinus Eumenides lavere palustribus ulvis,
Quâ cava de Stygiis fluxerat unda vadis.

Pecto-

Francisco Raguello, Commentariis ad Constitutiones & Decisiones Justiniani, lib. 6. pag. 461. aliud visum, verba illa sic interpretanti: *Idem est si posthumus illico decesserit, postquam in terram cecidit, nempe non exceptus ab obstetrice.* Mihi videtur Raguellus à verò legis intellectu aberrare, siquidem manifestè duo casus à Justiniano proponuntur, nempe cum posthumus illico decesserit, seu cum in terram caderet, seu cum ab obstetrice susciperetur, exiliimo tamen nihil minus Justinianum in animo habuisse, quam morem supradictum cum formula illa usus est, *postquam in terram cecidit*, qua nihil aliud significari video, quam quod aliter dixisset, postquam ex utero matris profluit. Sic enim Papinius lib. 1. Silvar.

—— *tellure cadentem*
Excepi sovique sinu.

Ex lib. 5.

—— *Manus ille manus, tellure cadentem*
Excepi ——

Sic & libro Sapientiae cap. 7. Καὶ ἐγὼ δὲ γενόμενος ἔλαχον τὸν κοινὸν ἀέρα καὶ ἐπὶ τὴν ὁμοποιὸν πᾶσιν ἔπεσον γῆν. *Quin etiam natus communem haustum aërem, & in ejusdem ingenii terram excidi*, locutio ducta mirum ex eo, quod infans, nisi sublevetur ab obstetrice suapte natura in terram cadit. Hinc elegans locus apud Diodorum lib. IV. Biblioth. de adoptione Herculis: Προσδοκῶν δ' ἐμὲ τοῖς ἰδιοποιοῖς, ὅτι μὴ τὴν ἀποθνήσκειν αὐτὸν, Ζεὺς Ἡ ρα μὲν ἔκκοπτε πανοῦργος ἄρ' Ἡρακλῆα, ἡ τὸ λοιπὸν τὸν ἄνθρωπον χρόνον μηδὲν ἔκκοπτε παρέχειν, τὴν δ' ἀκριβεστάτην εὐνοιαν φανεῖν τοιαύτην τοῖς Ἡ ρα, πολλάκις ἐπὶ τὴν κλίνην καὶ τὸν Ἡρακλῆα ἀστραπολαμβάνοντα, καὶ τὸ σῶμα λῆρ τῶν ἐνδυμάτων, ἐφίσταντο καὶ τὸν μαστὸν τὸν ἀλοῦσαν γάλακτος ἄκρον μέχρι τοῦ πολλοῦ τοῦ βαθέος, ὥστε δοκεῖν ἐκ τούτου δεῖν ἐλθεῖν). *Adjiciendum & hoc, quod post evectionem ad Deos, Juno Jovis infantem filium sibi iterculem adsipiavit, & omne deinceps tempus maternâ ipsum benevolentia complexa fuerit. Illam adoptionem hoc modo factam perisset. Juno lactum ingressa Herculem corpori suo admotum subter vestes ad terram demisit, ut verum imitaretur partum, quem in hoc usque tempus adoptionis ritum Barbari observant.* Salvag.

223. *Impuræ.*] *Impura* iidem libri. Heins. *ab alvo est* quidam scripti.

224. *Cinyphiam fœdo corpore pressit humum.* Innuit Ibin in Africa natum, Cinyps enim Africae fluvius; Quamobrem versu 503. Lucanus *Ibidis popolares* vocat. Adi Prolegomena. Salvag. *Fo-*

tido tres libri & Domitii Editi.

225. *Sedit in adverso nocturnus culmine bubo.*] Plinius lib. x. cap. 12. bubonem eleganter noctis monstrum appellat; quippe funebris est avis, nec cantu aliquo vocalis, sed gemitu, deserta & inaccessa loca incolens; quamobrem vox ejus domibus infidentis inauspicata credebatur. Salvag.

226. *Funereoque.*] *Funereosque* Moreti.

227. *Protinus Eumenides lavere paludibus udis.*] Sic omnino legendum, pro eo quod habent libri omnes editi, *palustribus undis*. Illa enim verborum constructio. *Eumenides lavere palustribus undis, qua cava unda de Stygiis vadis fluxerat*, plane est inelegans. *Udas paludes* dixit & lib. 1. Metamorph. 418.

—— *Coenumque udaque paludes*
Intumuere aestu ——

Ita Lucianus Deam suam Podagram à Clotho lavatam fuisse dicit, his versiculis:

Ὅστις γὰρ λαγόνων τε καὶ πυῶδεα
Μάψα Κλωθὼ τοῦ ἔλουεν.

Moris est enim partum è matris utero procedentem aqua statim abluere, cujus quidem moris multi meminerunt, tum Lycophron:

Ἠὲ λαφύσσεσθαι γένος
Ἠὲ τὰ λοχίας γόνα χυλίσαι ὕδατι.

Antequam mulgaret lacteam,
Et à partu membra rore lavaret.

Apollonius Rhodius lib. II. ν. 1016. ubi λουτρὰ λοχίοις. Meleager de Bacco, ventilat.:

Αἱ Νύμφαι τ' Βάκχου, ὅτ' ἐν πυρὶ κλαῖ' ἀνάγκῃ,
Νίψαν ὑπὲρ κόλπου κρῆνα κυλινδόμενον.
Τοῦτον ἐπὶ Νύμφαις Βοιμιόν φιλόν ἠ δὲ καὶ ἀγνὴ
Μαστοῦσαι δόξη κῦρ ἐπὶ κοιλίαν.

E cinere ut Bacchum Nymphæ caperè favores,
Membraque laverunt fonte perennis aquæ.
Junctus amicitiæ est Nymphis, si forte repellat,
Natum de flammis experiere Deum.

Contra Nonnus lib. IX. Dionys. eleganter λουτρὰ λοχείοις de Bacchi nativitate dixit. Callimachus Hymno in Jovem:

Ἠτοὶ ὁ ἐπεὶ μάλα μυχαλὸν ἀνέβραχε κλαυθμὸν,
Ἀντίκα δὲ κρέκον μὲν ὑδάτων, ἐκ κόλπου
Λάβρον χυλίσαντο, τὸν δ' ἐν ἀγκάλαις λόεσκον.

Hic ut postquam mater magno deposuit ex utero,
Statim quaerebat rivum aquas, quo partus

Sor-

Pectoraque unxerunt Erebeae felle colubrae.
230 Terque cruentatas increpuere manus.
Gutturaque imbuerunt infantia lacte canino;
Hic primus pueri venit in ora cibus.

Per-

Indu diluvii, unaque corpus lavarat.

Idem Medeæ fecum Creusidam in Idomenes jugo facile vivebant, in quo Jupiter locus fuerit, ut Pausanias in Messeniacis auctor est, qui & in Arcadicis locorum hujusmodi mentionem facit, in quibus forsan recens natum à colluvie purgatum esse videt. Hinc etiam conficendinis mentio apud Athenaeum lib. xiv. Θεωρικ. Ἀναξιμ. his verbis: Ἐν γοῦν τοῖς ἴδιοις ἐξαφίεσι τέκνοις, ἢ τὰ μὲν ἐν ὕδασι ἐξαιρεῖται καὶ καταφέρεται ἐκβάλλεται, ἢ δ' ἐν ἄλσεσι κατοικίζεται, ἢ δὲ τελευτᾷ ἐν ἀγυιαῖς.

Ieem Seneca Phaedra Amphitruona:

Desiperes puerile pavens, lacuna jubet uti, attentemet;
ut vivat ille, quem ex Ilici, ut magnus est, & maximus exit.

Hieronymus lib. iv. in Ezechielem: *Ideo arti filius ad thalamum sanguinem lavantis aquis.* Hinc autem Livii locum ex Andromacha: *Nam ubi incunabula ei parvumque ut lavere, vellunt in aliud, quam fomentis lectulus notis ad Lycophronem in hujus moris confirmationem profert, sed perdiscite, nempe ad mortuorum lavationem, mihi dubium non est.* Eleganter namque Nolo reprehendunt Ibidi expostulant, cum pulchrius multis adimem fallit dicit; omnes enim pugnis aspiravi, aut mandi fabat; pulchrius enim mortis potius, quam purgat. Ideo corpora & fragantes aquas religio veterum à facis funeralibus, vivaque aquam lustrationibus & purgationibus adhibebat, ut καθαρσιαῖον ὕδωρ. Burm. Tibulla proximo versu ieculur, ut hic tam neqeat. Scribe, *Eumenides lavere pulchrum mihi*; & adi notas Met. xiv. ℣. 103. Burm.

229. *Quam cava de Stygiis fuerant undis vadis.*] Hic versus mendosus mihi videtur. Idendum curari, *Quas cava*, quasi dicat Ovidius, Ibin paludi cupiditas aqua locum nisi, cui se rivuli Stygii per subterraneos meatus immiscerent. Sic Lucanus lib. 6. de Titarcio amne, sed alio sensu:

Hanc fama est Stygiis manare paludibus amnem,
Et caput immersum, fluvii contagia vitis
Nulla pati, superumque fidi servare innocuum.

Quod ab Homero sumptum. Iliad. E. Salvagn. Obiterat Heinsius, *vaga*, ut *vaga flumina* passim occurrunt vel ad Petron. 122. & ita *vaga & vada* permutari docerat ad Val. Fl. vi. 132. sed nihil opus: cum Stygiae aquae sint lentiores: nisi *cavum* aquam pro inani, ut apud inferos omnia fingunture, capias, ut ita *cava undae*, *umbra* & similia dicantur: & eo sensu apud Paulinum Natal. xi. ℣. 44. *Cavas pompas* interpretatur doctissimus Muratorius, cui reliqua illa Paulini Poëmata debet oblis eruditus, recte quidem *qua reposuit* Salvagnius; sed quod de subterraneis meatibus exponit, frustra est; nam *cava flumina*, *mafia*, lacus palustri Poëtis dicuntur. Sic. III. Art. 94.

Quique cava vastas in mare servat aquas
vi. Met 371.

Et modo sicta cava summergere membra paludi.

Salvagnius in priori editione, *cavam aquam* non ferebat, & volebat restituere, *Quas cava de Stygio sumferas amne manu.* & de aqua, quam Eumenides cava manu (ut Prop. iv. 9. *cava palma*) sumferent, intelligebat. & *sumferat*, explicabat ut *sumere aquam* obscaeno sensu occurrere alibi vidimus. Sed deleviit omnia in seq. editione & recte: nam *cava unda* quia fluunt amnes in alveis, ut vallibus, Virgil. I Georg 326. *cava femina crescunt.* Servius, *profunda & alta.* Lucanus II. 422. *Rutubumque cavum.* & Cerda ex Catullo profert:

Smyrna cavis Atraeti penitus margatur in undis. Burm.

229. *Pectoraque unxerunt Erebeae felle colubrae.*] Perperam editiones quaedam, *Pectora vinxerunt*, quas secutus est Rutholom. Ambrosius lib. I. de Serpentibus & Draconibus, pag. 48. vulgaro sub Ulyssis Aldrovandi nomine. Idemque male per *Erebeas colubras*, furias intelligit, cum *eò colubras* sit hoc loco gignendi casus singularis. Ovidio sentiente, Eumenides Ibidis nati pectus Erebeae colubras felle inunxisse. *Colubram* autem feminino genere extulit, quia in omni serpentium genere, tum maximè inter viperas, feminae moribus multo saeviores sunt. Nicander Theriacis de vipera, in cujus genere mas proprio nomine ἔχις, femina ἔχιδνα dicitur:

Τὴν ἔχιν ἠτοίμῃ κατὶ χερσαῖοι κορφίοιο
Δόμμασι κλαῖε κοῦ ἐλκεῖν ἐπὶ ἐνθὲ,
Τοῖσιν ἢ ἔχιδνοιν ὀδυρόμενος ἐξῆ. [ἐξῆ] *ἐκνα.*

Femina praecipit ante omnes agitata furore
Concurrit, vicine pavido caudaque tremente,
Inde ferit, fati multo praevisa periclo.

Idemque tradunt Aëtius & Paulus Aëginetae, licet Avi-

Perbibit inde suae rabiem nutricis alumnus,
Latrat & in toto verba canina foro.
235 Membraque vinxerunt tinctis ferrugine pannis,
A malè deserto quos rapuere rogo.

Et

Avicenna lib. iv. fen. 6. tract. I. cap. 32. viperas & dracones mares feminis deteriores esse scripserit: qua de re videndus Mercurialis lib. 2. de Morbis Venenatis. Nec vero viperas feminas internoscere difficile est, quas & ore patentiore & extremo corpore crassiores esse constat. Quo fit ut earum morsus plus multo periculi habere Nicander existimet. Caeterum *felle* pro veneno dixit Ovidius, quoniam, ut ait Plinius lib. II. cap. 37. fel venenum est serpentium, quod in omnibus animantibus nihil est aliud, quam purgamentum pessimi sanguinis, & ideo in materia ejus est. Serpentibus autem portione maximè copiosum est, ut & piscibus, eodem Plinio teste. Et serpentium venenum aiunt, quoties inati mordent, è cistâ fellis per angustos meatus ferri ad dentium radices in sacculos, in eum usum à natura positos; hinc venenum serpentium Hebraeis & Syris ארס & ארסא quia venenum serpentum est in felle: nam & ארסא Hebraeis est fel, ut observavit Samuel Bocharius, vir Hebraicae linguae peritissimus, lib. II. de Phoenicum Coloniis, cap. 15. Salvagn. de *Colubra* vide ad iv. Met. 474.

230. *Terque cruentatas increpuere manus.*] Id est, ter plauserunt, nam in plausu dando, veteres ter voce & manibus significationes laetas dare solebant; idque pro multis habebatur. Unde Flaccus lib. II. Carminum. 17.

Laetum theatris ter crepuit sonum.

Et Propertius. III. VIII. 4.

Et manibus faustos ter crepuere sonos.

Hic verò *ter* signate dictum, quia ternarius numerus infernis sacer erat. Imo & in rebus omnibus divinis ternario numero priscos uti solitos etiam ex Aristotele discimus lib. I. de Coelo. Si tamen is author est. Tritum est illud Virgilii ex Pharmaceutris, *Numero Deus impare gaudet.* Alio sensu dictum est à Propertio lib. IV. VII. 12.

—— —— —— —— *At illi*
Pellicibus fragilis increpuere manus.

Quem locum Iosephus Scaliger eleganter, ut mihi quidem videtur, exposuit. Salvag. De plausu quidem *crepare* dici fateor. sed & posset hic de sonitu flagellorum, quae Furiae manibus tenent, intelligi locus. nam de his *crepare* & *increpare* proprie dici docet Broukhusius ad Prop. IV. VII. 21. ita *fouantem pinum* dixit Valer. Flac. II. 105. ubi vide. Burm.

231. *Imbuerunt.*] *imbuerant* multi.

233. *Perbibit inde suae rabiem nutricis alumnus.*] In moribus inolescendis magnam fere partem nutricis ingenium & natura lactis tenet, quae infoetu tenero & mixta parentum semini adhuc recenti ex hac gemina concretione unam indolem confingunt, uti fusè juxta & eleganter differit Macrobius, enarrans illud Virgilianum, *Hircanaeque admorunt ubera tigres*, lib. v. Saturnalium, cap. II. Item Aulus Gellius lib. XII. Noct. Attic. cap. I. In quam sententiam P. Bellonius scribit observat. lib. II. cap. 20. se vidisse Alexandriae hyaenam, quam mutuato ab Arabibus nomine civetam vocant, adeo cicurem, ut cum hominibus colluderet, quia, videlicet, ab ineunte aetate humano lacte educata fuerat. Rarum profecto, inquit ille, ita cicurari posse animal adeo ferum & indomitum. Quibus consentanea refert de tigride Julius Caesar Scaliger, exercitatione CCXII. cui lemma, *Quomodo animalia fera cicurentur.* Salvagn. *Perbibit* Plerique veteres. mihi tamen dilichon hoc suspectum, ut supra ℣. 14. jam fum tetatus. Heins. *ebibit* alii, *praebuit* tres libri.

235. *Membraque junxerunt.*] Melius, *vinxerunt.* licet & hoc posset defendi Constr. Fan. S. Hieronymus in cap. VIII. Ezechielis. *Tenera infantium corpora pannis involvuntur duplicem ob causam, ut & sale siccetur corpus, quod pannis ne deformat servatur & stringitur; & membra tenerrima ne facile deprevantur. Unde, & corpora Barbarorum Romanis corporibus rectiora sunt, usque ad secundum enim & tertium annum pannis involvuntur.* Salvag. Multi codices, *junxerunt.* unus Heinsii, *tinxerunt*, unus Regius *innexerunt*; vitiose. Cicer. Brut. 60. *devinctum fasciis Octavium* dicit. sed magis ad rem facit Vopiscus Aurel. cap. IV. *Addit etiam illud, quod involutum fasciola Aurelianum aquila innexie de cunis levaverit.* Ubi multa Salmasius de *pannis*, quibus infantes involvuntur. Burm.

235. *Tinctis ferrugine pannis.*] Ferruginem, sive ferrugineum colorem Grammatici varie interpretantur. Servius enim in illud Virgilii lib. VIII. *Pallas ecce chlamydem & ferrugine clarus Iberi.* *Ferrugo*, inquit, *coloris genus est, qui vicinus est purpurae subnigrae.* Donatus aërium ferrugini tribuit, quod Nonio Marcello visum est, his verbis: *Ferruginem colorem fuvi similem esse volunt. Verum autem ferrugineus color caerulens est*, Virgil. Georg. lib. IV. *Et ferrugineos hyacinthos.* Plautus Milite: *Pallidulum habens ferrugineum, Nam is color thalassinus est.* in eamque sententiam videtur capiendus hic locus Tibulli, de Isidis colotibus, lib. I. Eleg. 4.

Quam-

Et ne non fulvum nudâ tellure jaceret,
Molle super filices imposuere caput.
Janique recedirae viridi de stipite factas
Admorunt oculis usque sub ora faces.
Flebat, ut est infans furnis contactus amaris:
De tribus est cum sic una locuta Soror.
Tempus in immensum lacrimas tibi vovimus istas;
Quae semper causa sufficiente cadent.
Dixerat. at Clotho jussit promissa valere,
Nevit & infectâ stamina pulla manu.
Et ne longa suae praesagia diceret horae,

Fata

Quamvis tenuerat illis ferrugine cedum
Temerata cruentis inficere arma aquam.

Alii rubrorum colorem esse putant, unde Claudianus dicunt lib. II. de Raptu Proserpinae:

Ferrugineo fulgebat ostro, cruentata nigro
Pallor, & subdit ubiis ferrugine pingit.

Alii rubrorum colorem similitudine ferri, dum ab ferrugineum, longe videtur adhuc Plinius lib. XXXIII. cap. 5. ubi de lacunis scribit, & ferrugineae macules adsunt. Ut ut sit, Ferrugineum [illegible] colore posse accipi constat: sic enim [illegible] Georg. de Solis defectu, qui casum Caesaris sequuntur ait:

Ille autem vestitus solitarius Caesare Romam,
Cum vapor ad caeli nitidum ferrugine tinxit,
Inspiciens aversam diurnum; fatalia nullum.

Ovidius lib. XV. Metamorph. ℣. 789. de prodigiis, quae mortem Caesaris praecesserunt:

Cometae, & ardentes ferrugine Lucifer aera
Rarefit, erat ——

Quamobrem ferrugineus color infausti propius est, unde Virgilius lib. V. de Charonte:

Et ferrugineam subnixus ad cymba,

Et Claudianus libro memorato de Plutone:

E, ferrugineae hasta quatit dextra umbrae.

Hinc etiam Tyrius Poeta de coloribus, ferrugineis inscribens apud Virgilium exponit funebres, non alienis, ut, hyacinthina purpureas est, sed [illegible] te, ejusque adhuc est fabulam pari, quam Adelphi invisent, lenti, venit in forum, &c. Verum facile est ferrugineis hyacinthis intelligere nigrumque, quoniam, ut ait Philo lib. de Congressu: [illegible] plane, quo [illegible], hyacinthus nigro est mutatus. Et non dubitem, tinctos ferrugine pannos [illegible] colore interpretari, quod eum [illegible] vero, A nobis deprecor quis reponere

290. Salvag. *funestis ferrugine pannis.* Francof.

239. *De stipite.*] *De aspice* unus Heinsii & Francof.

240. *Usque sub ora.*] Aliqui codices habent, *atque sub ora*: sed utroque modo recte. Constant. Fan. force, *ista*, vel *atra*, nam codices Constantii Fanensis, *atque*. Heins. *sub ore* alter Regios.

241. *Ut est fumis.*] *furis* Sarravian. & tres alii: *amaroque* eraqm Heinsii unus.

243. *Lacrimas tibi movimus.*] Melius, *vovimus*, ut in manu scriptis codicibus Ego. & *cadunt*, non *cadam*. Const. Fan. *Vovimus* unus Vatic. & Medic. bene. quomodo & Constantius in suis invenerat, ut & *cadant* versu proximo. quod ex nostris nonnulli confirmant. Heins. *Lacrimas injungimus istas* Petavian. & Francof. nescio an non recte. pro imperio enim haec Furiarum una dicit, quod firmari sequenti versu possit, ubi in Petavian. pro *promissa*, erat, *praecepta*. in alio Heinsii, *praedicta*. sic *injungere servitutem* Caesar. VII. de B. G. 73. *Injungitur boris labor* Columel. VI. 2. & ita passim. vid. ad Quintil. Praefat. de Inst. Orat. *nos movimus ipsas* Pr. Edit. *tibi fovimus* Nauger. Burm.

244. *Dixerat, & Clotho.*] *At Clotho* ex duobus scriptis. Heins.

245. *Nevit & infecta.*] In aliquibus exemplaribus lego, *infausta*, quod non placet minus. Const. Fan. *infausta* recte Sarravianus, & Constantii codices. Heins. & *infecta* & *infausta*, quae passim commutari solent, defendi possunt; vid. Heins. ad Claud. I. de Rapt. Prof. ℣. 40. sed mihi probatur maxime scripturam codicis Francofurtensis, *infecta*, quod pullis flaminibus convenientissimum. possit autem infectam manum, aram, sanguinolentam, venenatam, &c. exponere, de quo verbo plura ad Val. Flac. II. 155. diximus. Burm.

247. *Suae praesagia diceret horae.*] *Suo ore* scripti, sed perperam. mox, *canat*, pro *canit*, scribe. Heins. nullam ego, *dicerat*, quod *vel longe* convenitret melius.

Fata canet Vates qui tua, dixit, erit.
Ille ego sum Vates, ex me tua vulnera disces,
Dent modo Di vires in mea verba suas.
Carminibusque meis accedant pondera rerum,
Quae rata per luctus experiere tuos.
Neve sine exemplis aevi moriare prioris,
Sint tua Trojanis non leviora malis.
Quantaque claviger Paeantius Herculis heres,
Tanta venenato vulnera crure geras.
Nec levius doleas, quam qui bibit ubera cervae,
Armatique tulit vulnus, inermis opem.

Qui-

248. *Fatta canet.*] Emenda, *fata*, Const. Fan. *qui tibi* Ms. Berlin.

249. *Ex me tua vulnera disces.*] Liber Masseianus. *per me*. Fortasse non male. Martialis. XIV. 73.

Hoc didici per me dicere, Caesar avo.

Ciofan. Sed & Virgil. XII. 435. *Disce puer virtutem ex me.* at in Martialis loco *per me* est, ipse sine magistro didici, ut *per se bella gerere*, & similia. Burm.

249. *Vulnera.*] *Funera* duo Veteres: &, *Vota* mox pro *verba* unus Patav. Heins.

251. *Accedant pondera rerum.*] Sic elegantissime Papinius de Jove:

—— *Gravo & immutabile sanctis*
Pondus adest verbis, & votum fata sequuntur.

Salvag.

253. *Experiere.*] *Experiare* meliores. malim etiam, *quo experiere*, pro *quae*. Heins.

254. *Sint tua Trojanis.*] Vota sua orditur à Trojanorum calamitatibus, quae recensentur in Iliade Homerica, omnis malorum generis plena; unde factum Proverbium *malorum Ilias*, quo Tullius usus est Epist. XVII. lib. VIII. ad Atticum. Indeque Tragoediarum argumenta sumpta, ut scribit Aristoteles in Poëtica. Salvagn.

255. *Quantaque claviger Paeantius Herculis heres.*] Philoctetes, filius Paeantis, armiger Herculis; cui Hercules moriens in Oeta monte mandavit, ut sagittas suas in Lemno absconderet. Contigit autem Philoctetes ad Trojam venisse; ubi cum de sagittis Herculis quaereretur, (earum enim fuerat, nisi interessent sagittae, Trojam inexpugnabilem fore) Philoctetes, quia ejus cognoverant Armigerum, sagittas quaerere coegerunt. Ille autem dum sagittas quaereret, una earum toxico imbutâ, crure perculsus gravissimos cruciatus perculi in Lemno insula, ubi curandi vulneris causâ novem annos commoratus est, donec anno decimo Vlyssis admonitu Trojam revelus rediit, quo reverso cum sagittis Herculis Troja expugnata est. Interpres. Philoctetes, cui Hercules, quod pyram accendisset, suas sagittas reliquit: vide quae collegi in observat. lib. IX. & XIII. Metamorphoseos. Ciofan. Sequentibus sex versibus Ibidi summos cruris dolores imprecatur, quibus affecti sunt tres magni nominis apud Poëtas Viri, Philoctetes, Telephus, Bellerophon. Is enim, quem primum nominavi, Paeantis filius, dum aram Minervae terra obrutam in Lemno Insula velligat, serpentis morsu teteris cruciatibus afflictus est, authore Homero Iliad. B. ℣. 722. quo fine dubio alludit Ovidius. Quod quidem ulcus Sophocles in Philoctete describit, quemadmodum Medici gangraenas & Φαγεδαινικὰ ἕλκη. Theocritus in obscura Ara Philoctetem ab angue morsum ait, cum sepulchrum Troili contemplaretur, quod in Templo Apollinis Thymbraei erat. Rem alialiter narrant; nam & Theodectes, Poëta Tragicus, quinquaginta fabulis nobilitatus, Philoctetem non in crure, aut pede, sed in manu à serpente morsum prodidit; illum enim misere dolentem & post multam tolerantiam incredescentibus tandem doloribus exclamantem introduxit: Κόψατε τὴν ἐμὴν χεῖρα, *abscindite mihi manum*, ut Aspasius in Aristotelis Ethica, lib. VII. cap. 7. scriptum reliquit. Sunt qui Philoctetem, in Insula Chrysa, quae Lemno vicina erat, ab ictu serpentis laborasse tradunt. Cujus sententiae fuit Strabo in Arcadicis. Item Scholiastes Sophoclis urbem Chrysam penes Lemnum memorans, ad quam Philoctetes à serpente morsus est, Aram quaerens, in qua Hercules sacrificaverat, cum in Trojanos arma duceret. Meminit & Chrysae Lemno propinquae Eustathius in Iliad. A. Eandemque insulam aestu maris abolitam ait Strabo. Quod cum Salmasius non observasset, notis ad primam & secundam Aram, confidenter asserit, nullam urbem fuisse Chrysen Lemno vicinam, sed promontorium tantum hoc nomine propè Hephaestiam urbem Lemni. Haec autem diversa fuit à Chrysa

Quique ab equo praeceps in Aleïa decidit arva;
Exitio facies cui sua pene fuit.
Id quod Amyntorides videas, trepidusque ministro
Praetentes baculo, luminis orbus, iter.

Nec

Troiam; ubi Apollinis Smynthii templum erat, cum Sophocles ad Antiochum Hyndaxi pergeram contendisset. Hinc porro animadversione dignum existimo, Scriptores omnes vulnus in serpentis appellationem. Homerus enim Philoctetem ait idcirco esse ὀϊζυρὸν. Et eum secuti Philostratus junior in Heroicis & Philostratus major in Heroicis, scribens Philoctetem omnibus serpentibus mortem funabilem esse. Theocritus apud Scholiasten, loco citato, & Sophocles à viperis, Lycophron à Cenchryrae, quo loco Tzetzeanus, Lycophronis ipsorum serpentum pro Philoctete dicitur, quoniam Philoctetes ab hydro interfectus erat. Verum ego Lycophronis sententiam interpretandum esse, qui veram serpentis Lernaeae speciem tetigit, à quo verisimiliter Philoctetes percussus est, ὑδρόβοας enim, qui & ὑδρόβοας & ὑδρόβοας, & ὑδρόβοας, inventur potissimum in Sunoiaeticis & Lemno, quarum uniquae insula est in mari Mediterraneo ad oram Thraciam versus, ubi Strandio in Thracicis. Serpens est pestiferus ex dictis à mulo, quod ὑδρόβοας Graeci dicunt, dire quod vitiat robore sit & multum reiectetur, dire quod dissecat sit cum multum floret. Ab ejus morsu gravissima mala sequuntur, putrefactione et ulcera toto corpore serpentis, qualia Scopolas dicimus. Is hodieque à Lemniis *Centchrilis* appellatur, teste Belonio, lib. 1. Observat. cap. 31. quo loco ejus speciem exhibet. Notum vero, cur Philoctetes Herculis haeres appellatur, quemadmodum apud Ausonium Epigrammat. 70. *Herculis haeredi cuncta Lemnia fuerit ignibus.* Illum enim Hercules regum filiorum, arcu & sagittis donavit, quemadmodum Philoctetes ipse in Hercule Oeteo apud Senecam narrat. Propterea Lycophron Herculis arcum ὑδρόβοας nominat, quod ipsum mercedis vice pro opera Herculi in rogo praestata Philoctetes accepit. Hic enim ὑδρόβοας cum Meursio pro quavis mercede interpretor. SALVAG.

255. *Heros.*] *Heres* nonnulli.

257. *Nec filius dolet.*] Darcus, primus Thaletis Milesii filius, tormentorum inquisitor genus, cuibus diver fuos posset affligere; hic cervicem, quod nimias est amentiae, cogebat eos potare, id denique à civibus fuit deprehensus patri conscius est, Eupolide testante. Versus hi dicuntur:

Lac cervis potando fuos Darcus perimebat,
Atque plaga fio pain confugiens ademptus est.

INTERP.

Historia fictitia. Falsum Eupolidis testimonium. Versus suppositii. Telephus enim intelligendus. Adi Commentarium nostrum. SALVAG. De Telepho, qui ab Achille armato vulnus in femore, ab inermi opem & medelam tulit, hidonia nota ex Dictyn Cretensi lib. II. Hygino fab. 101. Suyrenaeo lib. IV. Libanio orat. de Indicius Achillis. Eustathio in lib. I. Iliad. Tzetze in Lycophronem. Scholiaste Aristophanis in Acharnenses. Darete Phrygio, qui ab aliis in re gesta differit: praeter quos ita Plinius lib. XXV. cap. 5. *Invenit & Achillis disciplina Chironis quà vulneribus mederetur, quae ab id Achillea vocatur. Hac sanasse Telephum dicitur. Alii primum aeruginem invenisse ustissimam emplastris, ideoque pingitur decentium eam gladio in vulnus Telephi. Alii mirogus ipsum medicamento volunt.* Item lib. XXXIV. cap. 15. *Esse & rubigo ipsa in remediis, & sic Telephum prodiitur sanasse Achillas, sive id aurea, sive ferrea cuspide fecit. Ita certe pingitur tam decentiens gladio.* Hinc proverbio cessit *Achillis hasta*, vel *Achilleum vulnus*, cum auxilium ab eo petimus, qui mali alicujus causa extitit. Porro Cervam Telepho nbera praebuisse tradunt Aelianus lib. XII. cap. 42. Pausanias in Arcadicis & Boeoticis, Apollodorus lib. II. Inde Telepho nomen. SALVAGN.

258. *Vulnus inermis potens.*] Aliqui legunt, *vulnus inermis potens.* & exponunt *inermi*, id est, non hostile, ut illud prius illatum. ego *in arma potens* legerim, id est, vulnus conferens vulneri. CONST. FAN.

258. *Armatusque tulit vulnus inermis potens.*] Quidem plerique versum hunc legunt, ut sit dictum κατ' ἀνάδοσιν, pro *Armatus & potens tulit inermis vulnus.* hoc est, ut Commentatoribus placet, ab inermi Achille: quasi Achiles sola hasta armatus fuerit in pugna contra Telephum, caeteta nudus. Vel rudum, ut nomen *potens* ad vulnus referamus, sitque sensus: Armatus tulit vulnus inermi, sed potens, i. quia incurabile erat, praeterquam sola hasta Achillis. Et hoc quidem modo Zarotus & Domitius versum hunc fermè accipiunt. Ego vero hactenus dubitabam, an ita potius legendum foret, *Armatusque tulit vulnus in arma potens*: ut id vulnus in arma patere accipiamus, quod armis Achillis feliciter factum, armis iisdem denuo feriendum, atque ita curandum erat. Verum cum haec annotarem, commodum incidi in editionem quandam Venetam, in qua idem hic versus correctus, & ad marginem adjectus erat hoc modo: *Qui telis armati vulnus, inermi opem.* Hanc igitur correctionem & ipse secutus, propterea quod hic versus Ovidianae elegantiae magis respondet, sensumque expeditiorem ac planiorem efficit, paucis immutatis, lego, *Armatique tulit vulnus, inermis opem.* ut sit sensus: Qui vulnus ab armato, id est hoste Achille, accepit, quod postea ejusdem illius reconciliati auxilio & ope curatum fuit. MICYLL. *Vulgus* nonnulli. Versus mendosus. *in arma potens* Constantius. Scribe:

Armatusque tulit vulnus, inermis opem.

vel, *Armatique.* quod jam alii voluerunt. HEINS.

Nec plus adspicias, quam quem sua filia rexit,
Expertus scelus est cujus uterque parens.
Qualis erat, postquam est judex de lite jocosa
Sumptus, Apollinea clarus in arte senex.

Qua-

259. *Quique ab equo praeceps.*] Bellerophon fuit filius Proeti, fratris Acrisii Regis, patris Danaes, quem noverca sua propter speciem adamavit, & de stupro interpellavit; qui pietate patris motus noluit consentire precibus novercae; unde illa irata accusavit eum apud patrem, qui nimium credulus misit filium ad Oriobaten Regem socerum suum, ut ipse socer vindicaret se, & filiam de Bellorophonte, quia ipse pater non poterat filium digna poena punire. Socer autem noluit ipsum interficere, sed misit eum ad Chimaeram, ut ab ea discerperetur. Chimaera vero monstrum erat prima parte leo, media serpens, ima caper. Pallas autem inserata, & quia Dea virginitatis, & quia ipsum non meruisse cognoverat, dedit ei Pegasum equum, quo inscento Chimaeram superavit, cadens tamen in campis Lyciae crura sua dicitur laesisse, ut ait Propertius:

Bellerophon monstrum potuit superare Chimaeram,
Crus laesisse tamen dicitur ille suum.
Omnia, ni fallor, pereunt bona, sed mala crescunt,
Utque sua non facias, sed necuit pietas.
Hic potuit monstrum, neque superare puellam;
Vitam si posset tutius ipse quidem.

INTERP. Versus afficti Propertio, ipsoque indigni SALVAG. De Bellerophonte intelligi nulli dubium: quod vero *Alais arvis*, non *alienis* erat legendum, admoneri vel Homerica lectione potuere, qui in Z. ita cecinit:

Ἤτοι ὁ πεπτεόβιν τὸ Ἀλήϊον οἶος ἀλᾶτο
Οὖτατὸν κατέδων, πάτον ἀνθρώπων ἀλέεινων.

Haec carmina Cic. in III. Tuf. cap. 26. ita interpretatus est:

Qui miser in campis moerens errabat Aleis
Ipse suum cor edens, hominum vestigia vitans.

Qui versus, quod ad *Aleos* campos attinebat, corrupte ante habuit *alienis.* Dicti autem *Alei* campi, ἀπὸ τῆς ἄλης, id est, errore: traditum enim est ipsum Bellerophontem clarum rerum magnitudine, quas gesserat, ad caelum volandi cupidum, Pegasi equi aligeri opera usum, id quod molente Iupiter ferens, oestrum immisit Pegaso, quare inde excussus in aquae campum decidit, qui de continuo errore primus Alei nomen dedit. quem equum mox Aurora à Jove munus accepit, continui ejus cursus solatium. sunt qui aspirent dictionem ἀπὸ τῶν ἀλῶν πεπτωκότων. Dictus autem Bellerophontes, seu Bellerophon, qui ante Hipponoös, ab interfecto Bellero Corinthio. EGNATIUS. non *tecidit* sed *decidit* est legendum, ne syllaba claudicet. Sunt autem, qui non *alienis*, sed in *Alei*, legunt, ut Poëta ad campos referat Aleos, in quibus Homerus in sexto Iliados scribit Bellerophontem per Antiae insinuationem vitam aegerrime compleviffe, cujus versus M. Tullius III Tusc. transfert. sunt &, qui *alienis auris* emendant, ab aere exponentes alieno, id est avium regione, non hominum. Tibi integrum sit sequi, quod malis CONST. FAN. In *Alais* legendum est, non ut quidam codices habent, *Alienis.* Alludit autem Poëta ad versus Homeri, qui de Bellerophonte leguntur Iliad. VI. hoc modo:

Ἀλλ' ἤτοι ὃ κείνοιο ἀπεχθόμενος πάσι θεοῖσιν,
Ἤτοι ὁ &c.

Nam quod Graecus poëta, per dissolutionem, dixit ἀλήϊον, id Latinus contractum *Aleum* fecit. Fuit autem Aleus, sive Ἀλήϊος campus Ciliciae, ἀπὸ τῆς παῦ Βελλεροφόντου ἄλης, ἤγουν πλάνης, ut Graeci tradunt, appellatus. Porro eadem voce & Cic. utitur in III. Tuscul. versus Homeri exponens; hoc modo:

Qui miser in campis &c.

Sed haec eadem etiam alii annotarunt. MICYLL. Bellerophon, cui formosa facies pene exitio fuit, calumniis appetitus ab Antaea, quae & Stenobocа, Proeti uxore, quod ipsam de adulterio sollicitatus rejecisset, ex Homero Iliad. Z. Hinc & Horatius lib. III. Ode 7.

Et Proetum mulier perfida credulum
Falsis impulerit criminibus, nimis
Casto bellerophonti
Maturare necem refert.

Is Antaeae calumniis liberatus, gravissimisque periculis perfunctus, denique gener Proeti regnique

lo-

Qualis & ipse fuit, quo praecipiente columba
Ista data Palladiae praevia duxque rati.

Qui-

facias ac particeps factus, his rebus omnibus ela-
ta & Pegaso fretus, dicitur quid in coelo esset,
ut dicit, videre explorare voluisse. Qua audacia
Bellerophon, cum in Pegasum insiliisset, ita
excepitus ceno Bellerophon in Lyciae campos de-
cidit, qui Alei ἀπὸ τοῦ ἀλᾶσθαι, quod est errare,
dicti sunt, quoniam in iis campis tracto ac debi-
litato corpore errabat. Haec Homeri Scholiastae
loco citato, Eustathius in Dionysium, Macius
Tzetzes in Lycophronem, aliique multi. Quo
exemplo Pindarus utitur Nem. ἐπ. ξ. monens ne
cuiquam immortalitatem ipsam proponat, cum simus
mortales, rhaeque multo brevioris, quam ut Deo-
rum fedem attingere possimus. Nec abfimiliter
Pindarus Latinus lib. IV. Ode 17.

—— *Exemplum gravis probat ales*
Pegasi, terrenum equitem gravatus
Bellerophontem
semper ut te digna sequare, &c.

Hinc & Tarsos urbem Ciliciae nominatam existi-
mat Dionysius Thrax, in iis, quae de Rhodo
scripsit, quoniam τραχὺς est pedis pars, & antiqui
nostra dictione Bellerophontes claudicationis cri-
men commentum voluerunt. Quoniam autem
Bellerophon solus in campis Aleis errabat, &, ut
Homerus ait ex versione Ciceronis lib. III. Tuscul.
Ipse suum cor edens, hominum vestigia vitans,
Ideo gentilis Bellerophontarum morbum Monachis
expedientibus, ut ex his Rutilii Numatiani versi-
bus patet:

Protinus relegi jam se Cuparia tollit;
Squalet humifusis tabula plena viris.
Ipsi se Monachos Graio cognomine dicunt,
Quod soli nullo urbem jure volunt.
Mentra fortunae mutant quia daemon verentur;
Quisquam fronte mifer, ne mifer esse quant!
Quamnam virtutis rabies tam stulta cerebri,
Dum mala formidat, nec bona posse pati?
Sive suos expertus ex fate erraftula poenas,
Triftia sux nigro vifcera felle tument.
Sic nimius bilis morbum effugavit Homerus
Bellerophontis solitudinem.
Nam juveni offenso fevit post tela doloris
Divitur immensum displicuisse genus.

Quatuorem Rufinus Pontii Paulini amici suis fe-
cessum in Hispaniam adscribit animi vitio, quo
Bellerophon laborasse dicitur. Quodipse Paulinus
vir sanctissimus purgat in sua ad eundem Auso-
nium Epistola, cum ait:

—— *nec me vel rumpis corpus,*
Vel mentis vitio; non anxia Bellerophontis
Mens 15.

SALVAGN.

Quique ab equo praeceps in Aleis decidit arvis, viri
eruditi restituerunt, cum in scriptis majori ex par-
te libris legeretur, *aliena in decidit arva*, vel *alie-
na incidit arva*. Repone, *in Aleia decidit arva*,
nam Graecis ἀλήια πεδία sunt, & πεδίον ἀλήϊον.
Plinio lib. V. cap. XXII. *campi Alcii*. Homerus Il-
liad. Z. de Bellerophonte:

Ἦ τοι ὁ καὶ κατὰ θυμὸν ἀλήϊον ἄλετο λώβῃ
Οἶος ἐπὶ οἰωνοῦς, πάντων ἀνθρώπων ἀλεείνων.

Quae Cicero sic vertit:

Qui miser in campis moerens errabat Aleis,
Ipse suum cor edens, hominum vestigia vitans.

Ubi *aliis* etiam ante Beroaldum legebatur. quo-
modo & apud Hyginum etiamnum circumfertur,
cum scribendum sit, *Chimaeram super Pegasum se-
dens interfecit, & decidisse dicitur in campos Aleios,
unde etiam coxas fregisse dicitur.* vel *elisisse*, vel *ex-
cussisse*. non *coxas ejecisse*. Tzetzes Chiliad. IV.

Βελλεροφόντης, ἑῷ δὲ πρὸς οἰωνὸν Πηγάσῳ,
Τέρεν τὸ ἀλήϊον τυφλὸν ἔλυσε τὸν ἑαυτόν.

Ubi ridicule τὸ ἀλήϊον inopiam vertunt. Idem Chi-
liad. VII. de eodem Bellerophonte:

Τυφλὸς δὲ εἰς τὸ Ἀλήϊον ἀλάστου Κιλικίας,

& mox:

Περὶ γὰρ τὸ Ἀλήϊον τόπους τῆς Κιλικίας
Διέστρεβε μὴ μόνος ἐν γε τοῖς ἔρημοις, οὐ.

Periegetes:

Κεῖθι δὲ καὶ πεδίον τὸ Ἀλήϊον.

Ubi & Bellerophontis meminit. Rufus Festus in
Descriptione orbis:

—— *Clari post ultima Bellerophontis*
Hic casus late producit Aleius arva.
Horrescique comis nemorum, per inhospita cam-
pus
Aequora secreto vitem protenderat arvo.

Ubi vetustum exemplum Ambrosianum, *promi-
serat*. puto, *pro miserat*. HEINS. Ἀλήϊον πεδίον
meminit & Arrian. de Expedit. Alex. II. 5.

261. *Exitio fuisse.*] *Exitii causa cui sua poena
fuit* Moreti. *exitii f. c. f. poena fuit* unus Heins.
poena fuit duo.

262. *Id quod Amyntorides.*] Phoenix Amynto-
ris filius, liberos suos Otharyllum & Dorilan falso
crimine adulterii à Licoflrata noverca apud ipsum
accusatos excaecavit; ut autem fallum crimen es-
se cognovit, prae nimio dolore sibi ipsi oculos
eruit. Unde Batus:

Femina nata malum, peccatis femina origo,
Femina tota malum, res atque miserrima vitae;

Ne-

Quique oculis caruit, per quos male viderat aurum,
270 Inferias nato quos dedit orba parens.

Pastor

Noluerant fratres mala consentire novercae,
Noluerantque thorum nati infestare parentis.
Illa repulsa dolens conversa crimine in illos,
Accusavit eos patri; pater accitus ira,
*Nec rectum inspicitus (neque enim rectum inspi-
cit ira)*

Ipse pater, sed jam re non pater, eruit illis
Quod dederat lumen, poenamque secutus eandem
est.

INTERPR.

Phoenix quidem intelligendus ab Amyntore patre
excaecatus, sed enim vetus interpres rem aliter
narrat, quam se habet, & Batti nescio cu-
jus insulsa carmine in testimonium adducit.
His quatuordecim versibus caeci decem enume-
rantur, quorum infortunium Ovidius Ibidi suo
vovet. Primus est Phoenix, quem cum Clytia
pellice deprehensum Amyntor pater visu privavit,
postea sanatum à Chirone, ac deinde Achilli mo-
nitorem datum, Lycophron in Cassandra, & in
eum Iliacus Tzetzes, Apollodorus lib. XII. qui
Phoenicem à Clytia falso insimulatum ait, Ovi-
dius ipse lib. I. de Arte. 337.

Flevit Amyntorides per inania lumina Phoenix.

Item Propertius lib. II. 1. 61.

Tarda Philoctetae curavit crura Machaon;
Phoenicis Chiron lumina Phyllirides.

Homerus quidem Iliad. I. Amyntorem filio diras
imprecatum canit. Verum exoculationis non
meminit, quam Tzetzes modo laudatus ἀλληγορικῶς
exponit. SALVAGN.

262. *Praecentes baculo.*] Elegans verbum, pro
eo quod nos dicimus *aller à tatons*, quo Tibul-
lus etiam usus est lib. II. Eleg. 1.

Et pedibus praecentat iter.

Seneca Oedipo:

—— *reptet incertus vide,*
Baculo fenili triste praetentans iter.

Plinius lib. II. cap. 28. de Cochleis: *Cochleis ocu-
lorum vicem cornicula bina praetentatu adimplent.*
Graeci quoque προπίπτειν eadem significatione
dicunt. Artemidorus Oneirocr. lib. I. cap. 28. Διὰ
τὸ ἐκνεύειν προπίπτειν τὰς χεῖρας τοῦς τυφλοῦς.
*Propterea quod oculis orbati manus studiose
praeferre easque subsequi solent.* Prudentius in Pu-
gna largitatis & avaritiae usus est verbo simplici
tentare eadem notione, cum ait:

—— *huic lumine adempto*
Effossisque oculis, velut in caligine nocti
Caecum errare finit, perque offensacula tenta-
re, nec oppositum baculo tentare periclum.

Et ante illum Phaedrus lib. III. fab. 10.

—— *Tentat in tenebris caput.*

SALVAG. *magistro* duo codices. *minister* unus. *mi-
nistros* pr. Edit. pro *praecentes* etiam *sustentes*. Juret.
male vid. XIV. Met. 184.

262. *Luminis orbis.*] Emenda, *orbus*, ut plerique, etiam impressi codices, fidem faciunt. CONST.
FAN.

263. *Nec plus adspicias, quam quae sua filia vexit, Expertus scelus est cujus utroque parens.*] Oe-
dipus filius Laji & Jocastae, inscius patrem inter-
fecit, & cum matre concubuit; quare se excae-
cavit, quem orbum filia sua Antigone duxit, quod
ait Statius. INTERPRES. Oedipus significatur. De
Oedipo Hyginus cap. 57. *Suaftia*, Antigone. Eu-
ripides in Phoenissis, & Sophocles in Antigone, &
in Oedipo Colonaeo *Rexit*, Athenas duxit. Idem
Sophocles ibidem. CIOFAN. Oedipus parricida &
incestus, utpote qui Laium patrem occidit, Io-
castam matrem in uxorem accipit, unde cognitis
criminibus, sibi oculos eruit, seque regendum tra-
didit Antigonae filiae suae, reliquum vitae inter
suspiria & lacrymas acturus. Historia utriusque lin-
guae theatris decantatissima, de qua nimirum So-
phoclis & Senecae Tragoediae extant. SALVAGN.
Non prius Moreti. *nec plus inspicias* Regius & alius.

264. *Expertus scelus est.*] *Expertus facinus cujus*
Francof.

265. *Qualis erat; postquam.*] Fabula de Tire-
sia nota est. *in Apollinea arte* dicit quia vaticinandi
peritus erat. INTERP. De judicio Tiresiae, & cau-
sa excaecationis, idem poëta tertio Metam. me-
minit. Caeterum traditur & alia causa, cur visu
privatus fuerit: Tiresias: videlicet quod Palladem
lavantem nudam aspexisset. De qua re extat ele-
gia Callimachi, quae inscribitur, εἰς λουτρὰ πολ-
λάδος. MICYLL. Tiresias Thebanus Eueris & Cha-
riclus filius, qui cum utrumque sexum expertus
esset, proindeque sumptus arbiter in lite jocosa
inter Jovem & Junonem, pro Jove sententiam
tulisset, ab offensa Junone caecitate mulctatus est.
Iupiter *pro lumine adempto, Scire futura dedit poe-
namque levavit honore*, ut canit Ovidius lib. III.
Metam. 337. Item enarrans, quae cum turpis &
obscoena sit, merito praetereunda est. Fabulam
prodiderunt & alii multi, tum Phlegon Trallianus
lib. περὶ Θαυμασίων cap. 4. Sed enim caecitatis
causam longe diversam ab Ovidiana proferunt Cal-
limachus εἰς λουτρὰ τῆς Παλλάδος, Nonnus lib. V.
Dionysiac. Nempe quod Minervam nudam con-
spicatus in Satyri legem peccasset, qua cautum
sit, ut quicunque invitum Deum aut Deam

aspi-

Pastor ut Ætnaeus, cui casus ante futuros
Telemus Eurymides vaticinatus erat.
Ut duo Phinidae, quibus idem lumen ademit

Qui

[illegible] videbatur, quod & Propertio placuit lib. IV. Eleg. 10. SALVAGN.

265. *De lite jocosa.*] Geminus locus est lib. III. Metamorph. 332. de eadem re:

Adhuc lis ignis sumpsit de lite jocosa.

Hygino fab. 74. *jocosam alterationem* dixit. Martialis Emilianus Epigram. 10. Spectac. populi controversiam de Thymo gladiatore & triumpho, *jocosam litem* vocitarit. Ita quoque Philippus Gualterus lib. 1. Alexandriados nobilem illam Deorum contentionem de pulchritudine *jocosam litem* appellavit ita versibus, qui vulgo mendosissimi leguntur in hunc modum:

Dumque certantes falsum vestigia quaerit,
Sedulo provocat funestis conflua loro
Mater, jugulat Semen nisi Mechanis natata.
Arcina talum Paridis tuentique legunter amoris:
Dona jubet nolle, ubi litis causa incepta
Tendere ipsi, cum judicium commiserit adulter.

Ita sic est emendandum M. S. authoribus:

Dumque certantes falsum vestigia quaerit,
Sedulo provocat funestis conflua rapae
Petalus Semen, nisi Mechanis fabula natata
Stepsa lacus Paridis.

Gulterus eum de Alexandro loquitur, cui in Asiam proiecto, & antiquatatis vestigia indagandi gratia Oenones obvia facta est, in cujus cortice Paridis amoris cetistiques ejus fingit Ovidius in Epistola istius Oenones ad Paridem, adquam Gualterus illudit. SALVAGN.

266. *Gloria in arte senex.*] Senem vocat Tiresiam, quia septem aetates vixit, teste Melampode apud Hyginum Testem. Hygino, Lycophroni [illegible], Apollodoro lib. III. *πολυγήρως* dicitur. SALVAG. Heinsius malebat, *ab arte*, ut IV. Trist. 3. 16. *Ignes ad insignes urbis ab arte viros.*

267. *Quale & ipse fuit.*] Phineus filios suos Polydectorem & Polydorum, adulterii crimine à Cleopatra novercâ accusatus, excaecavit; quare à Jove ipse excaecatus est, ejusque mensas Harpyiae deflorabant. Iasoni autem pro aureo vellere ad Colchos iturо, columba praevia fuit admonitu Phinei. *Palladiae rati* dicit, quia consilio Pallados, quae Dea sapientiae, facta. INTERPRES. Phineum caecum effectum omnes consentiunt; sed cujus filius, & a quibus caecatus fuerit, diversa opinio. Apollonius 1. Argon. & Hellanicus apud Apsorem; Hesiodus, Asclepiades & Phereydes Phineae Agenoris filio autem dicunt. Matrem autem ejus nominant Cassiopeam. Praeterea Orpheus a Zeto & Calai, Diodorus a Borea, Apollonius & Balbus a Jove luce privatum dicunt, quod secreta mortalibus coelestia aperiret. Nonnulli a Sole, quod longam potius aetatem vivere se velle dixisset, quam usu luminum frui. Iter a Sole, Aeetae imprecationibus moto; qui in Phineum multa dicitur imprecatus, quod vaticiniis suis filiis Phryxi sospitatis causa fuisset. Sunt & qui duos Phineos fuisse dicunt, hunc de quo diximus; & alterum ab eo sextum, quem coecum etiam effectum scribunt, quod insidias retendérit Perseo, ut nos alibi quoque diffusius explicamus. CONSTANT. FANENS. Phineus Salmydessi in Thracia Rex, qui cum Orythum & Crambin filios ex Cleopatra uxore suâ Diae, sive Ideae novercae excaecasset, ipsi à Diis iratis eruti sunt oculi, & Harpyiae immissae, quae cibos abriperent, mensam foeda colluvie infecarent, uti referunt Orpheus in Argonauticis, Apollonius Rhodius lib. II. Argonaut. Valerius Flaccus Argonaut. lib. IV. Apollodorus lib. I. Eustathius in Odyss. XII. inter sedi versi. Verum Diodorus lib. IV. rem *ἱστορικῶς* narrat, Phineique & filiorum ejus excaecationem Mythologicis adscribit. Phineus autem Argonautarum beneficio ab Harpyis liberatus ipsos monuit, ut columbam ducem sequerentur, ut apud eundem Apollonium videre est. Hinc Propertius lib. III. Eleg. 2.

Quae vadis Argoa natas inter saxa columba,
In faciem prorae pinus adalta novae.

Caeterum Argo navis *Palladia* dicta, quod ea Pallados consilio extructa esset. SALVAGN. *Qualis & ille fuit* Francos. & multi alii.

269. *Quique oculis carent.*] Polymnestor Thracum Rex, quem Hecuba socrus ob trucidatum ab ipso Polydorum filium auri ejus potiundi causa oculis exuit, eosque sic orba parens nato suo inferiae dedit. Euripides in Hecuba. Ovidius ipse lib. XIII. Metamorph. neque enim Virgilius Æneid. lib. I. Polymnestoris excaecati meminit. SALVAGN.

271. *Pastor ut Ætnaeus.*] Pastor is est Polyphemus. Telemus Eurymi filius Polyphemo giganti hoc praedixerat:

Tempus erit, Polyphame, tuum quo lumen Ulyssis,
Quod modo fronte geris torvum, tibi furripit talum.

INTERPRES.

Polyphemus, cui Telemus Eurymi filius oculum ab Ulysse eruitum iri vaticinatur apud Homerum Odyss. IX. Quod ab Ovidio quoque narratur lib. XIII. Metamorph. his versibus:

Telemus interea Siculum delatus in aequor,
Telemus Eurymedes, quem nulla fefellerat olim,
Turriculam Polyphemon adit, luminaque, quod unum,
Fronte geris media, rapiet tibi dixit Ulysses;
Risit, & ô Vatum stolidissime, falleris, inquit.

Appellatur autem Pastor Ætnaeus, ex illa constanti veterum opinione, qui Polyphemum aliosque Cyclopas Ætnam tenuisse crediderunt. Verum Philippus Cluverius, Geographorum memoriae nostrae facile Princeps lib. I. cap. 2. Item lib. II. cap. 15. Siciliae antiquae, Polyphemi sedem ad Erycem montem, qui mons Drepani vulgo nominatur, fuisse contendit; ex cujus sententia nescio, an Polyphemi cadaver fuerit, quod effossum est ad radices Erycis anno M. CCC. XLII. ut infra dicemus ad versum 389. ex Ioanne Boccacio & Thoma Fazello. Theocritus autem Idyll. 7. Polyphemum ad Anapum fluvium posuit. SALVAGN. In versu ultimo interpretis lego, *furripiet talum.*

272. *Telemus Eurymedes.*] *Eurymides.* dictum Metam. XIII. ℣. 771. HEINS. *Eurymedes* duo. *Eurytides* unus.

273. *Ut duo Phinidae.*] Polydector & Polydorus à patre excaecati, ut supra dictum est. INTERPRES. Horum alterum Polydorum, alterum Polydectorem nominatum in antiquis quibusdam scholiis reperio. Sed auctorem desidero. Sophocles certe unum ex iis Orytum vocat, alterum Crambin. Apollonii Interpres in secundum Argon. Parthenium nuncupat, qui Orytus a Sophocle appellatur. CONSTANT. FANENS. Orythus & Crambis Phinei & Cleopatrae filii, quos Pater falsis Novercae criminationibus adductus oculorum luce privavit. Ut ex Orpheo, Apollonio, aliisque modo retulimus, quibus addendus ipse lib. I. de Arte 339.

Quid foliis immeritis, Phineu, sua lumina natis?
Poena reversura est in caput ipsa tuum.

SALVAGN.

274. *Et Thamyras.*] Thamyras à Musis excaecatus; Demodocus item caecus memoratur ab Homero. INTERPRES. *Thamyrus* & *Thamyras* dicitur, qui secundum primam declinationem hoc nomen inclinari posse inficiantur, Suidae & Stephani testimonio in dictione *Dorion* convincuntur. Hic a Musis luminibus & citharae pulsandae peritia privatus fuit, ut Zenobius in proverbiis docuit. CONST. FAN. Thamyras, sive Thamyris, à Musis excaecatus, quod ab iis in certamen vocatis superatus esset, ut Homerus scribit lib. II. Iliad. & Homerum secuti, Diodorus lib. III. Apollodorus lib. I. Statius lib. IV. Thebaid. Hinc adagium *Thamyris insanit*, in eos, qui praeter rationem aliquid facere videntur, de quo Suidas, Hesychius, Zenodotus. Verum longe diversa de Thamyrae caecitate narrant Pausanias in Messeniacis, Eustathius in Homeram. Ejus Theologiam extitisse ait Suidas, tribus millibus versuum conscriptam, Hymnosque illius Plato cum Orphicis celebrat. SALVAG. De Thamyri vid. ad III Amor. VII. 62. & Cl. Fabric. lib. I. Biblioth. Graecae cap. XXXV. §. 4.

274. *Demodocique caput.*] Fuit is citharoedus insignis, luminibus orbatus, quem Homerus Odyss. VIII. in Alcinoi Phaeacum Regis convivio cytharam pulsantem inducit, seipsum intelligens, ut quibusdam placet. Succurrit hoc loco meminisse fidicinis cujusdam, oculorum luce privati, nomine Tony, qui memoria nostra, Demodoci instar, ad mensam magni Lesdiguerii Franciae Connestabilis tantum Heroa conterraneum tum voce tum sambuca mirum in modum delectare solebat. SALVAGN. In hoc nomine varient scripti. *Demolophique* Francos. & Petav. Alii *Demodophique*, *Demosdique*, *Demophique*. Demodoci postae, qui Ἴλιον ἄλωσιν scripsit, quod carmen Ulixes tibia cecinit, meminit Ptolem. Hephaest. lib. VII. qui an itidem tibicen fuerit nescio. BURMAN.

275. *Sic aliquis.*] Saturnus Coelo patri abscidit virilia, unde Callisthenes:

Saturnus credens unum laesisse parentem,
Tres simul iratus laeserat ille patres.
Non impune tamen; nam parte est laesus eadem,
Poenamque à nato, quam dedit, ipse tulit.
Peccat uterque; male hic, male peccat uterque,
Hic peccat pejus, qui prius ista facit.
Credere vix ausim esse Deos, nec judice nempe
Tam male qui peccat, nec Deus est nec homo.

INTERPRES. Putidi versus Callistheni cuidam adscripti. Nicolaus Heinsius, Danielis filius, tanto patre dignissimus, literis ad me scriptis putabat legendum, *Saturnus illas ut fecit partes*, & de Jove intelligendum; ingeniose suo more. Sed quia lectionem vulgatam, cum omnes editiones, tum scripti Codices agnoscunt, ab ea discedere mihi religio est: nam & Saturnum genitalia patri Coelo demessuisse fabulantur, vel uno Cicerone teste, lib. II. de Natura Deorum. SALVAG.

Qui dedit, ut Thamyrae: Demodocique caput.
Sic aliquis tua membra secet; Saturnus ut illas
Subsecuit partes, unde creatus erat.

Nec

Nec tibi sit melior tumidis Neptunus in undis,
Quam cui sunt subitae frater & uxor aves.
Sollicitque viro, lacerae quem fracta tenentem
Membra ratis Semeles est miserata soror.
Vel tua, ne poenae genus hoc cognoverit unus,

Vise-

[illegible] Tumidis se tumidis.] Ceyx naufragio perit, quem mater Dædalion in aviphem mutatus est, Alcyone uxor in avem sui nominis. Interp. Ceyx Thessaliæ in Thessalia Rex, quem naufragio periisse, cadaver fluvium Dædalionem in aviphem, Alcyonen uxorem in avem sui nominis [illegible] Ovidius lib. 11. Metamorph. Autor hujus rei Apollodorus lib. 1. Salvag.

[illegible] Sunt subitae.] Sunt ipsæ Servv. & alius. [illegible] Lag. in Prodius 110.

[illegible]

[illegible] Lacerae.] Cycnus, quem Leucothea [illegible] naufragio liberavit, ex Homero [illegible] Interp. Cycnus ratis tempestate [illegible] Leucothea Semele [illegible] Pisæetum litus exa[illegible] Odyss. 5. illud non utique [illegible] quod Homerus, & [illegible] Tyrus Sermone 11. Ilacius [illegible] Leucothoeam [illegible] vocant. Lycophron [illegible] Hygin. fab. 27. [illegible] Augustin. [illegible] calumniam, [illegible] Cum vel [illegible] significantius Eustathius in Odyss. 5. [illegible] Sandhius [illegible] Leucothoe expunxit hunc locum in Homero. [illegible] Quam vocem Andreas Divus [illegible] Rodolphus Agricola apud Pontanum lib. v. cap. 16. Cæterum Eustathius [illegible] Colonibus, id est, amuletum, [illegible] & quasi amuletum adversus mala, & [illegible] [illegible] quæ Ulyssi cuncta sub pectore adversis cedere [illegible] quo minus succumbere. At Scholiastes Apollonii ad lib. 1. Argonaut. pagina 41. editionis Stephanæ, hoc fragmento ad [illegible], id est, Chorum ita in Samothraciam allatum esse dicit, quibus quicunque navigaverat, ille contra omnia pericula tutus esse credebatur; [illegible]

[illegible] Tydeus [illegible] Ἐλλάδος, ὑπὸ τῶν ἑαυτοῦ πολεμίων ἐχρήσθη. Sed hoc postremum de Agamemnone apud Homerum nusquam reperitur. Quod autem incidit, ut de Ulysse meminerimus, corrigendus in transcursu Coripus Africanus lib. III. de Laudibus Justini minoris Augusti: ubi de viris Ithacensibus:

Quaeque ferunt veteres maturo robore vites,
Quas manibus propriis Ithacus plantavit Ulysses,
Arce sub Ithalia Lacertia lumina servans,
Nondum Trojani vicinis discrimina belli.

Ad quem locum Michael Roizius Affagrius, *Carmen hoc ita corruptissime legitur in Codice manuscripto.* Patres ubi Italia Lacertia lumina servans. *Quod nos nec emendare omnino potuimus, neque emendatum ab aliquo, & ad marginem adscriptum placuit. Ita scilicet*, Arce sub Acilia Lacertia flumina servans. Thomas autem Dempsterus *Corrige*, inquit, *Oebalia, claro sensu.* Imo vero nullo sensu, quasi Oebalia, quae est Laconiae regio, Ulyssis patria fuerit. Ego legendum arbitror ex veligis Affagrian. Codicis:

Quaeque ferunt veteres maturo robore vites,
Quas manibus propriis Itacus plantavit Ulysses,
Parte sub Idalia Lacertia lumina servans,
Nondum Trojani, &c. Salvag.

239. *Tuentur.*] *Legentem* unus Heinsii.

241. *Vel tua ne poenae genus hoc cog.*] Hippolytus, filius Thesei & Pentheselae Reginae Amazonum, a Phaedra noverca sua Minois & Pasiphaes filia, quia ejus amori consentire noluerat, apud patrem accusatus est. Timuit namque Phaedra, ne Hippolytus patri suo detegeret, quod multoties ab ipsa rogatus esset, ut patrium lectum commacularet. Quo audito Theseus patrem suum Neptunum rogavit, ut a filio Hippolyto vindicaret. Neptunus votum exaudiens phocam de mari emisit, quae sic terruerunt equos Hippolyti currum trahentes, ut ipsum fractum discerpserint, quem tamen Diana & Æsculapius vitae reddiderunt. Interp. Imo Metius Fufetius Albanorum Rex intelligendus: Hippolyti enim mentio alibi loco. Salvag. De Metio Suffetio Albanorum dictatore, ab equis Tulli regis jussu dilaniato intelligendum. Virgil.

Nec procul inde citus Metius in diversa quadrigis
Distulerant, et te dissi, Albane, manerent.

Eo-

Viscera diversis scissa ferantur equis.
Vel quae, qui redimi Romano turpe putavit,
A duce Puniceo pertulit, ipse feras.
Nec tibi subsidio sit praesens numen: ut illi,
Cui nihil Hercei profuit ara Jovis.

Utque

Egnatius, Metium Fufetium innuit, qui quoniam pactum atque conditum cum rege Populi Romani perfide ruperat, binis quadrigis evinctus in diversa nitentibus laceratus est, ut Gellius in ultimo scribit. Longiorem historiam habes apud Servium ad VIII. Æn. 642. & apud Plutarchum in Parallelis his verbis: *Tullius Hostilius Rex Ro. cum Metio Fufetio Albanorum rege bellum habebat, in quo praelium fame numero distulit, aeque aliquando superato Albani ad opulas sese convertunt. Epulantes adoritur, captumque regem duobus ablegans pullis discerpsit, ut Mezentius tertio rerum Italicarum auctor est.* Consv. Fan. Metius Fufetius Albanorum Rex, qui jussu Tulli Regis duobus quadrigis admotus ac discerptus est, quod ex praescripto foederis ad belli societatem contra Fidenates vocatus, cuntibus in hostem Romanis praelio suos eduxisset. Authores Livius lib. 1. Plutarchus Parall. cap. 14. Dionys. Halicarnass. lib. 3. Gellius lib. 20. cap. 1. Author de Viris Illustribus lib. 1v. Paulus Orosius lib. 11. cap. 5. Freculphus Chron. lib. 111. cap. 14. Et iis antiquior Varro lib. 1. de vita populi Romani apud Nonium in *distrahere.* Ex Poetis Ennius his versibus:

Vulturii in Silvis miserum mandebat hominem:
Ilen quam crudeli condebat membra sepulcro.

Virgilius lib. VIII. Æneid. Ovidius ipse lib. 1. Trist. Eleg. III. Claudianus lib. de Bello Gildonico. Sunt autem qui Nasonem subinde notant, quod ille Fufetium duntaxat hoc supplicii genere interiisse dixerit. *Plutarchus enim* inquiunt, *dicit in Parall. etiam Pytaeclimen Euboae Regem Herculi jubente à quadrigis fuisse dilaceratum.* Idem Livium reprehendant, qui lib. 1. de Fufetio scribens, *Avertere omnes*, inquit, *à tanta foeditate spectaculi oculos, primum ultimumque supplicium exempli parum memoris legum humanarum fuit; in aliis gloriari licet nulli genitum mitiores placuisse poenas.* Quem Livii locum Nasonem haec scribentem ob oculos habuisse non dubito. Constat enim Fufetium unum apud Romanos hoc poenae genere cruciatum esse. Porro *Fufetius* an *Suffetius* scribendum sit, a Francisco Robortello Annot. lib. 11. cap. 42. & Carolo Sigonio Emendationum lib. 1. cap. 47. tanquam pro aris & focis ultro citroque disputatum est. Cum enim Sigonius in Fastis Romanorum *Fufetius* dicendum annotasset in Robortelli aculeos incidit, qui quodlibet potius vadimonium deseruisset, quam ullam reprehendendi illius occasionem. Mihi verior Sigonii scriptio videtur, quam Philandrus, & ante omnes, Pierius Valerianus Annot. in 8. Æneid. commendavit. Salvag.

282. *Scissa.*] *Sectis* duo libri. *aquis* etiam Francof. & tres alii.

283. *Vel quae qui redimi Romano turpe putavit, A duce Punico pertulit ipse feras.*] M. Atilius Regulus Romanus captus ab Afris noluit redimi; putavit enim turpe esse, si Romanus ab hoste redimeretur. Palpebris abscissis mortuus est, quod tangit Horatius. Interp. M. Aulius Regulus, de quo M. Tullius libro 1. & 11. Offic. lib. 11. De Finib. & alibi. Agellius libro VI. cap. 4. Florus lib. 11. cap. 2. Val. Maximus lib. IX. cap. 2. Nepos (qui a plerisque male vocatur Plinius) de Viris Illustribus. Silius lib. VI. D. August. lib. 1. cap. 15. De Civitate Dei. Cicer. M. Attilius Regulus, de quo Tullius lib. III. de Officiis: *Regulus primo bello Punico captus, à Poenis cum de capitivis commutandis Romam missus esset, jurasseque se redituum, primum ut venit capitivos reddendos ita Senatui non censuit; deinde cum retineretur à propinquis & amicis ad supplicium redire malait, quam fidem hosti datam fallere.* Et Horatius Ode 5. lib. III.

Hoc caverat mens provida Reguli,
Dissentientis conditionibus
Foedis, & exemplo trahenti
Perniciem veniens in aevum,
Si non periret immisericordis
Captiva pubes.

Et paulo post:

Auro repensus scilicet acrior
Miles redibit,

& sequentia, quibus nihil elegantius scribi potest. Ad supplicium quod attinet, sic etiam Tullius oratione in Pisonem: *Nec mihi ille M. Regulus, quem Carthaginienses resectis palpebris illigatum in machina vigilando necaverant, supplicio videtur affectus*, &c. Variant aliquantulum Seneca Epist. 63. & 99. Valerius Maximus lib. IX. cap. 2. Tuditanus apud Gellium lib. VI. cap. 4. Author de Viris Illustribus. Divus Augustinus lib. 1 cap. 17. de Civitate Dei. Florus lib 11. cap 2. Salvagn. *Romanos* editi multi & scripti. *Romanum* Petav.

284. *A Duce Puniceo.*] Nusquam meminit me legere *Punico* pro *Poeno*, aut *Punico.* Ideo scribendum puto, *Poenicio*, quomodo in vetustissima lege comperi, quae proxime tempora Punica scripta est in hunc modum: *Populus liberis, qui in Africa sunt, qui eorum in amicitiam Populi*

Utque dedit saltus de summo Thessalus Ossa,
  Tu quoque saxoso praecipitere jugo.
Aut velut Euryali, qui sceptrum cepit ab illo,

Sint

Romanei belli Praesidio proximo manserunt. Certe Festus notat *Puanos* dici, non *Poenicos*, quamvis à Phoenicibus oriundi. Salvag. *Corycio* Consentii codex, quomodo Noster Metam. xv. 735. Corycium jubare dixit. Heins. Nescio unde haec collegerit Heinsius, nam in Constantii notis nihil ad hunc locum reperio.

285. *Nec tibi subsidio praesens sit numen, ut illi, Cui nihil Hercei profuit ara Jovis.*] Priamum tangit, qui à Pyrrho Achillis filio, dum caperetur Troja, quamvis amplecteretur aram Iovis Hercei, quae erat in impluvio aedium suarum, interfectus est, teste Virgilio. Interp. Priamum intelligit, qui ad Iovis Hercei aram à Pyrrho Achillis filio interfectus est. Consule quae collegi lib. xiii. Metamorphos. Dictus est autem Iupiter *Herceus* [illegible], seu quod ad vallum colatur, seu quod praesidio suo vallaret ac muniret Urbem. Ciofan. Priamo scilicet ad aram Iovis Hercei obtruncato, ut scribunt Euripides in Troadibus, Tryphiodorus ἐν Ἰλίου ἁλώσει, Dio Chrysostomus Orat. xi. Pausanias in Messeniacis, & Corinthiacis. Ex Latinis Virgilius lib. ii. Aeneid. Seneca Agamemnone. Sed enim Leschaeus apud eundem Pausaniam in Phocicis prodidit, Priamum non fuisse trucidatum ad aram Iovis Hercei, sed inde abstractum, cum pro Regiae foribus obviam Neoptolemo factus esset, ab ipso jugulatum. Servius item diversa narrat; Lycophron vero Cassandram inducit vaticinantem fore, ut Priamus obtruncandus [illegible] occideretur; Quamobrem Lamb. Hortensius Lycophrona reprehendit: quasi vero Poetis opinata contundere moris non esset. [illegible]

287. *Sit praesens numen.*] *Praesens* numen variam acceptionem habet. Interdum enim sumitur pro fausto & propitio, ut apud Virgilium Ecloga i.

Nec tam praesentes alibi cognoscere Divos.

Aliquando *praesens* dicebatur is, cui viventi sacra siebant, sic Horat. lib. iii. carminum 5.

Caelo tonantem credidimus Jovem
Regnare, praesens Divus habebitur
  Augustus.

Et ii. Epist. I. 15.

Praesenti tibi maturos largimur honores.

Tacitus lib. xv. *Ara & fanum censentur, quae praesenti Herculi Euander sacraverat.* Denique *praesens* Deus ille dicitur, qui adest. Ita Virgilius lib. i. Georg.

Et vos agrestum praesentia numina Fauni.

Quia Fauni versari credebantur inter sylvas, & plerumque inter agrestes. Ovidius hoc loco *praesens numen* dixit, propter ejus statuam, quemadmodum Curtius lib. vi. *Ex illo ratus nihil, quod etiam cum perjurio detegendum foret, indicaturum, per praesentes Deos jurat.* Est enim per praesentes Deos jurare, cum quis tactis altaribus & simulacris jurat. Salvagn. *Praesidio* prim. Edit. forte inde, quia dei *praesides*, & *praestites.* *Sic praesens* etiam unus Heinsii, per praesentem deum, Augustum ne quis intelligat; mali enim ominis esset, cum comparare Herceo Jovi, qui Priamo nihil profuit.

286. *Cui nihil Hercei.*] Ἑρκεῖον Δία Graeci appellavere Jovem, qui penatibus praeesset, atque intra proprios lares coleretur, quando τὰ ἕρκη domus ipsius circuitum appellant, unde & hic *Herceus Jupiter*, & apud Virgil. *arae Herceae.* Egnat. *Herceus* Iupiter cognominatus, quòd ejus arae in septo aedium erectae essent. Septum enim Graeci ἑρκὸν dicunt, ut Harpocration scribit. Ara autem illa Iovis Hercei, ad quam Priamus occisus est, in mediis aedibus in impluvio erat sub dio Graecorum more, Athenaeo teste. Eamque sic Maro describit:

Aedibus in mediis, nudoque sub aetheris axe,
Ingens ara fuit, juxtaque veterrima laurus.

In qua sacratum fuisse ignem pervigilem & perpetuum Adrianus Turnebus in Adversariis recte suspicatur, ex hoc ejusdem Maronis versu:

Sanguine foedantem, quos ipse sacraverat, ignes.

Dionysius Halicarnasseus in primo Historiarum, existimari ait ab aliquibus, Herceos Deos esse, qui & Patrii & Genethlii vocantur; Latini Penetrales & Penates vocant. Salvagn.

287. *Utque dedit saltus.*] Ionus Rex Thessaliae, filius Perpeti ultra modum potus de Ossa monte praeceps datus est, ut ait Gallus:

Vina probo, si pota modo, debentque probari,
  Si non pota modo, vina venena puto.
Nempe nimis potus se praecipitavit Jonus,
  Vinaque pota nimis causa fuere necis.

Interpres. Historia commentitia, versusque rithmici Gallo affecti. Interpretes omnes hoc loco faciunt, nec intelligendo, ut nihil intelligant; Domitius enim *Haemon inquit, filium habuit Thessalum, qui cum Thessaliam imperio teneret, ab Euryalo advena, nam erat Corcyraeus, ex Ossa monte praecipitatus est, necato etiam Nesone filio, à quo Nesonius lacus dictus est, ut scribit Strabo.* Nos id demum credituri sumus, cum proferetur aliquis, quo satis idoneo fretur authore. Zarottus autem *Thessalus*, ait, *Thessaliae Rex Eonis ex Eurypylus filia Chalciope filius, ut tradit Porphyrius, è monte Ossa à suis est praecipitatus.* Hoc etiam Zarotti commentum est. Quapropter Andreas Alciatus, quem merito Andreas Tiraquellus eruditionis admirandae virum appellat, notis in lib. x. Cod. de Excusat. Artific. de hoc loco disserit: *Plutarchus & Apollonii interpres Thessaliam divinatricem quandam Aglaonicen Egemonis Thessali filiam, cum in Ossa monte coitus Lunae observaret, in judicio convictam à mulieribus, existimantibus ab ea Lunam coelo deduci, gravissimo affectam supplicio tradunt, & ex Ossa praecipitem datam. Quam fabulam, seu historiam mavis, tetigit Ovidius in Ibin,* Utque dedit saltus è summo Thessalis Ossa, *sic enim legendum, non* Thessalus, *ut interpretes crediderunt, qui dum Poëtam hunc non intelligunt, vana quaedam sunt commenti.* Hactenus Alciatus, cujus conscientiam imploro; nam me Dii Deaeque magno mactassint malo, si Plutarchus & Apollonii Scholiastes de hujusmodi Aglaonices nece mentionem ullam fecerint. Ut ita se res habeat, ecce tibi Plutarchi verba ex libro, cui titulus Γαμικὰ παραγγέλματα, pag. 252. Edit. Stephanae, Ἀστρολογίας μὴ ἀπείρως ἔχοντα, καὶ περὶ Ἀγανίκης [legendum indubiè Ἀγλαονίκης] τῆς Ἡγήτορος τοῦ Θεσσαλοῦ θυγατρὸς, ὅτι τῶν ἐκλειπτικῶν ἔμπειρος οὖσα πανσελήνων, καὶ προειδυῖα τὸν χρόνον ἐν ᾧ συμβαίνει τὴν σελήνην ὑπὸ τῆς σκιᾶς ἁλίσκεσθαι παρακρουομένη τὰς γυναῖκας, ἔπειθε καθαιρεῖν τὴν σελήνην. *Quippe non rudis Astrologiae, & quae auditu perceperit, quo pacto Aganice filia Hegetoris Thessali perita pleniluniorum, in quibus deficit lumine Luna in umbram illapsura foret, imposuerit mulieribus, persuaseritque se Lunam detrahere.* Idem lib. περὶ τῶν ἐκλελοιπότων χρηστηρίων, pag. 741. Ἀλλ' ἐκείνων μὲν γυναιξὶ τὸ κατάγειν ἔοικε πίστιν, Ἀγλαονίκης τῆς Ἡγήτορος (Apollonii Scholiastes *Hegemona* vocat) ὥς φασιν, ἀστρολογικῆς γυναικὸς, ἐν ἐκλείψει σελήνης ἀεὶ προσποιουμένης γοητεύειν καὶ καθαιρεῖν αὐτήν. *Sed illarum calliditas in vulgus mulierum fidem ex eo invenit, quod Aglaonice Hegetoris filia siderum perita, ut aiunt, in Lunae laboribus semper eam fingeret suis veneficiis & cantationibus deduci.* Eadem ferè leguntur apud Apollonii Scholiasten in lib. iv. Argonaut. pag. 177. nulla mentione facta de Aglaonices interitu. Quare non satis mirari possum, & est sanè cur mirer, hoc Alciatum tantum virum affingere, & ita lectoris credulitatem ludificari. Quod, ita vivam, non indicassem, nisi periculum esse vidissem, ne quis praejudicata de hominis doctrina opinione fretus, ne quaerendum quidem amplius existimaret, verum esset an minus. Longè alia est Francisci Sanctii enarratio, quae mihi nive Gallica, ut dicitur, frigidior videtur, *Ego*, inquit, *donec aliam interpretationem inveniam meliorem, hanc obtrudo. Quemadmodum*, inquit, *altissimus Ossa mons fuit ab Olympo diruptus & praecipitatus, sic tu quoque praecipiteris ab alio excelso montis jugo.* Ideo vero Sanctius Ovidium sic interpretatus est, quia teste Strabone lib. ix. terrae motibus abrupta sunt antiquitus, quae nunc Tempe vocantur, & ab Olympo abscissus Ossa. Postremus omnium Claudius Bartholomaeus Morisotus Divionensis Epist. 66. Centuriae primae, quae ad me ipsum scripta est, hunc locum Ovidii cum sequenti disticho enucleare sibi visus est in hunc modum: *Magico velut carmine veteres Thessaliae Reges ad vitam revocabo, ut duobus distichis lumen faciam. Deucalionis & Pyrrhae filius Aemon illi parti terrarum, quae Parnasso, Pindo, Othry, & Ossa montibus concluditur, nomen dedit. Eandem Thessalus de patris aviaeque nomine Aemoniam & Pyrrhaeam vocavit. Scribit Strabo sub finem lib. ix. Geographiae Nesonem Thessali filium fuisse, quem Euryalus Thessalis debellatis occidit, invasoque regno paludi limosae Nesonem immersit, quae inde Nesonia appellata. Quo facto Nesonis patrem Thessalum captum Euryalus è montis Ossae jugo praecipitem dedit, unde proverbium, Thessali saltus. Quod miror doctissimum Virum Turnebum* Adversar. *lib.* xxvii. *cap.* 29. *de saltu Achillis de navi in terram Trojanam intellexisse. Post has caedes, Euryalus Thessaliae regno potitus, Furiis agitantibus reum, in Stygiam paludem se misit, ubi à serpentibus devoratus est. Hinc lux sit sequentibus distichis, Utque dedit saltus,* &c. Enimvero praeclare omnia, si authorem Strabonem haberent, apud quem nihil de Thessalo ex Ossa deturbato, nihil de Euryalo. Quamobrem amplius quaerendum. Extaret Callimachi Poëmation in Ibin, facilia, ut puto, omnia & expedita essent haec Ovidiana, sed hoc optare est. Salvagn. Si liceret legere pro *Ossa*, *Oeta*, intelligi posset Lichas, quem Hercules praecipitavit in mare. Sed an ille Thessalus fuerit ignoro, & de Licha aget postea. quare alius quaerendus. nec constat, *Thessalus* hic gentile nomen sit, an proprium. multi enim *Thessali* nomine fuere. Vide Salmas. de Ling. Hellenist. p. 295. & 304. & nostram de *Jove Fulgeratore* dissertationem p. 107. & plures memoratis ibi facile possent addi, si quid lucis huic loco darent. Burm.

Sint artus avidis anguibus esca tui.
  Vel tua maturet, sicut Minoïa fata,
Per caput infusae fervidus humor aquae.

Utque

Utque parum miti, sed non impune Prometheus,
Aërias volucres sanguine fixus alas.
295 Aut velut Etracides, magno ter ab Hercule quintus,

Cae-

Et summa Thessalae Ossa.] *De summo* quatuor scripti & primae editiones. sic Met. x. *Ossam* bis masculino genere dixit, ut in optimis est codicibus. & sane *vè summo* intelligitur. sic *Orbrys* apud Graecos foeminini generis est, masculini apud Romanos. HEINS. *De summo* duo. vid. x. Met. 165.

Aut velut Eurytidi.] Eurytus Ioni filius, quem filium suum ruperre voluit, à serpentibus abstractus est, quod idem Galus erat:

Sanctus nil capiens pro conjuge nata,
Thoas tanqui fuit, anguibus ossa datur.

INTERPRES. Gallo itidem indignum distichon. Interpres apud Zurotum, neque enim codex meus hoc habet. Eurytum Thessali successorem significavit fabl. cui cum inferorum sacrificia negligeret, to regidus Eumaldum devoratus fit. Ut Lycurgus fine auctore. Nihil mihi praeterea legere licuit nostra, quod hunc loco sax esse possit. SALVAGN. Eurytum hoc loco salutandere Palmerius nostrum est Eurytum. ad Scriptores Graecos. p. 1[illegible] ubi ex Pindaro lib. 11. 30. probat, Eurytum fuisse socrum Cynaipi regis Argivorum, cui Cynaipo Hi. intelligitur, & eni fine liberis [illegible] Pindar. ibid. cap. 18. morem autem extraordinarium hic mori a Nasone putat: sed [illegible] vetat, cum ab Eurytio tutore regnum [illegible] Cynaipi filiorum. Ita certo verborum, [illegible] cum debeat *ille* [illegible] alii [illegible] Eurytus codices vero hoc [illegible] *Xuribi*, *Euribi*, *Eurisli*, *Eurisli*, *Eurisli*, *Eurisli*, *Eurisli*, *Eurisli* &c. [illegible] Vet. Gnalgum Argonautarum ante [illegible] Argonautas in *Eurycle*. haec vero [illegible] [illegible] reliquamus. HEINS.

Vel non mutatus.] Minos Daedalum in Sicilia [illegible] a Locali filiabus aqua servante [illegible] retinuit, ut scribit Servius [illegible] Virgil. 1. hist. 19. cum ἀλλεγορικῶς [illegible] Zerobius calidae loco praem [illegible]. Porro effer Diodorus lib. iv. Rhodom. Varia Aliunde lib. 1. Deipnosoph. cap. 8. [illegible] fuisse [illegible], ut honestae Virgines [illegible] interpretarent, quamobrem Cretii hic occultas [illegible] modo usus esse, ut [illegible]. Certe eum Minois a Cocalo [illegible] Cocon apud Photium, Nicolaus Damascenus *Actaeis*, Silius Italicus lib. xv. Eusebius in Chronico. Nulla autem mentio [illegible] apud Herodotum in *Polyhymnia*, & Strabonem in *Rapto*, tamen Minoae cecidis [illegible]. Porro *mutatus* fane dictum, quomodo *mutare mortem* apud Ciceronem *pro Cluentio*, *Aemilium Probum in Chabria*. Item *mutare necem* apud Horatium Ode 7. lib. III. SALVAGN.

293. *Utque parum miti.*] Prometheus Caucaso affixus, ubi jecur ejus perpetuo renascens Aquila depascitur, quod ignem à Iove occultatum subduxisset, & hominibus distribuisset. Fabula nota ex Hesiodo, Aeschylo, & aliis passim. Parum mitis ab Ovidio dicitur, quia, ut ait Horatius Ode 3. lib. I.

Post ignem aetheria domo
Subductum, macies & novum febrium
Terris incubuit cohors,
Semotique prius tarda necessitas
Lethi corripuit gradum.

Sanctius legendum putat, *parum μῶρος*, non *miti*, id est, parum prudens, aut parum Prometheus. *Mitius* enim apud Graecos est consilium, prudentia, consultatio, & Iupiter saepe apud Homerum vocatur *Μειλίχιος Ζεύς*. Sed hoc Sanctii putidum est, & *Φορτικὸν*. Verum hi duo Nasonis versus expungendi mihi videntur, tum quod absunt à membranis San-Victorianis optimae notae, tum quod eadem imprecatio repetitur elegantius ad versum 245. SALVAG. Scribe *miti*, & refer ad *vè sanguine*. HEINS. qui etiam orae adscripserat legi posse, *Utque parum mitucus, sed non impus*, *deorum*, ut *Promethens* sit ex glossa. *mitucus* erat in uno Heinsii, *parum fidus* Francof. *mutis* Mouth. mox, *arbore fixus* Sarrav. *sanguine pasce tuo* quatuor. *corpore pasce tuo* duo.

295. *Aut velut Etracides.* Etracides, quintus decimus ab Hercule, à Spadone, cui virilia abscisserat, in mare projectus, quod tangit Democritus:

Herculides cuidam genitalia membra recidit,
Saepaque membra mens causa fuere sibi.

INTERPRES. quae falsus authoritate Democriti, quod infidis illo distinco? Johannes Hartungus praeclare de hoc loco sibi meritus videtur, cum Doctrina rr. cap. 7. §. 2. ipsum exponit hoc modo. *Quod poema omnium obscurissimum est, Scholiographi mire torquentur, neque explicant sententiam, quid sit, quid sit*, Aut velut Etracides. *Hic dum offerunt porrectassa quadam interpretes alii, reliqui dissimulantes transeunt, nihil lucis accedit. Ipse autem ille Etracides Caeneus, qui decimus quintus post Hercules recitatur inter ἀνόχους tyrannus enim fuerunt numerat, qui violentas manus sibi intulerunt, de quibus Hygiinus* cap. 242. *confutatur.*

Caesus in immensum projiciare fretum.
Aut ut Amyntiaden turpi dilectus amore
Oderit, & saevo vulneret ense puer.

Nec

Et sunt haec eorum nomina Aegeus, Enenus, Ajax, Lycurgus, Macareus, Agrius, Menoeteus, Nisus, Clymenus, Hercules, Cynirat, Adrastus, Hippomenes, Pyramus, Oedipus, & Caeneus. Hunc Etracidem vocat Poëta ab urbe Thessaliae, quae Etrax dicta est, de qua Stephanus & Eustathius. Legitur autem corrupte in omnibus exemplaribus Etracides, *quod annotatum & emendatum à me alibi est. Quae mendae fortasse nebulas offudit Commentatoribus, quo minime se expediverunt.* Hactenus Hartungus, cujus conjecturam mordicus arripuit Valerius. Ego illam contra leviorem existimo, quam ut refelli debeat. Enimverò non video quomodo Caeneus inter ἀνόχους decimus quintus post Herculem numeretur, cum septimus duntaxat ab illo sit. Imo longe ante Herculem sibi manus attulisse traditur. Nam hoc ordine referuntur ab Hygino. *Aegeus, Enenus, Ajax, Lycurgus, Macareus, Agrius, Caeneus, Menoeteus, Nisus, Clymenus, Cynirat, Hercules, &c.* Quos aliter recensere putavit Hartungus è re sua esse. Deinde verba illa, *Caesus in immensum*, evincunt Atracidem illum, quisquis est, ab alio quam à semet interfectum, & in mare projectum. Ut non dubitem per decimum quintum ab Hercule aliquem de stirpe illius intelligendum. Aeque futilis mihi videtur Sanctii expositio, quam ut stabilitat legit, *Aethracides*, utique perperam: *Aethrides* enim dicendum esset, si patronomycon ab Aethra duceretur, ut ipse vult. Quin etiam *vè Caesus* in *Caecus* mutat. Quod autem sequitur, *magno ter ab Hercule quintus*, enarrat hoc modo Sanctius, id est, *qui quintus Hercules vocatus est, post ter magnum illum Herculem.* Nugae. Claudius Bartholomaeus Morisotus Epistola ad me scripta, quae est 67. earum, quae Divione prodierunt, pro *quintus* legit, *raptus*, & de Lycha ab Hercule in Euboicum fretum praecipitato hunc locum interpretatur. Perperam itidem, quia mors Lychae tangitur infra versu 493. Dices, tu quidem aliorum interpretationes confutas, nihil ipse profers in medium, quod magis ad Ovidium intelligendum conducat: ita est profecto, sed eas conniventibus oculis praeterire, id vero esset studiosos reinorari, quo minus & ipsi pro sua parte Nasonem explanare conarentur. SALVAGN. *Ut velut* scripti & editi quidam. ceterum magna hic scripturae varietas est: *Aut ut Fracides* Fanc. & Sarrav. *Aut ut Ethicanides*; *aut ut Heraclides, Ethatrides, Eradines, Ectracides, Echatrides, Chotradites alii* sed in uno *Etraides* cum hac Glossa, *Etraides erat in libro Basili Aquilini: Etraides*, *unde Democritus Herculides cuidam genitalia membra recidit. causaque membra sibi causa fuere meis. Statilius Amanti filius occisus à Celmo puero, quem amabat.* Quibus similia habet Laroxius, ex glossa, ut verosimile. forte scripserit *Eurycrates*, qui inter Heraclidas, Reges Lacedaemonios, quintus decimus ab Hercule nominatur. vid Meursii Reg. Lacon. cap. XII. Sed de ejus morte nihil mihi conflat. BURM.

295. *Magno ter ab Hercule.*] Herculem *magnum* appellat proprio epitheto. Virgilius lib. VI.

——— *Quid Thesea, magnum*
Quid memorem Alcidem.

Et lib. VIII.

Forte die solemnem illo Rex Arcas honorem
Amphitrioniadae magno, Diviique ferebat.

Arnobius lib. I. contra Gentes. *Nonne ipsum Herculem magnum sacrificiis, hostiis, & thuris invitatis incensis?* SALVAG.

296. *Projiciare.*] *Praecipitere* duo libri.

297. *Aut ut Amyntiaden.* Celinus Afranii Babylonii filius Statilium Amyntae filium ense vulneravit: ejus enim amori alienum praebere noluit, ut Ennius:

Oebalidem puerum quantum dilexit Apollo,
Tantum, sed frustra, Celinum Stratillus amavit,
Non sic aqua lupos, lupus ursas, ursa leones,
Ut puer ignarus fidei sequebat amantem.

INTERPRES. Historia supposititia; Philippus enim Macedonum Rex, Amyntae filius, plane tangitur. Ceterum quis tencat rem, dum quatuor illi versus Ennio adscribuntur. SALVAG Pausaniam Philippi, Macedonum regis, Amyntae filii, interfectorem notat. unde *Amintiadem* illum Poëta nuncupat. EGNAT. Lege, *Amintiaden*, & Philippum Amyntae filium intelige, quem Pausanias furorem passus ab Attalo, cum injuriae suae ultorem frustra advocasset, obtruncavit, ut scribit Justinus in nono. Codrus in primo sermone, & Pius noster Bononiensis hujus emendationis auctores. CONST. FAN. De Pausania & caede Philippi, Amyntae filii, Alexandri patris, Justinus tradit libro nono. Ceterum quia Diodorus duos Pausanias recenser: alterum, qui Philippo amatus fuerit: & alterum, à quo idem Philippus interfectus: dubitari potest, num potius de Archelao, qui & ipse Amyntae filius fuit, Philippi frater, sed ex diversa matre, hic locus accipiendus sit. Nam & hic ab amasio suo quodam interfectus legitur: de quare Plato

Nec tibi fida magis miscerí pocula possint,
300 Quam qui cornigero de Jove natus erat.
More vel interreas capti suspensus Achaei,
Qui miser auriferâ teste pependit aquâ.
Aut ut Achillidae cognato nomine clarum

Op-

de Alcidade poëtarum in memoriâ: *Ὀλυμπιὰς δὲ ὁ τοῦ Ἀμμωνος ἐν ἀγκοίᾳ γεγενημένος, καὶ Ἀμφίων ὁ Μακεδόνος τοῦ Φιλίππου τοῦ Ἀμύντου ἐν τῷ ὑπνῷ τῷ ἑαυτοῦ τὸν ἥλιον, ἔπειτα ἐπὶ τὴν γῆν ἐπιστρέψαντα τὸν ἥλιον, τὴν γῆν ἐπὶ τὸν ἥλιον ἀνεστρέψαντα.* Mirum. Philippum Amyntae filium Macedonum Regem, eundemque Alexandri magni patrem, nuptias Cleopatrae filiae & Alexandri Epirotarum Regis celebrantem, Pausanias vidit ex Macedonibus adolescens obtruncari, dormique hanc de se somnium, fecundum infra sequentem. Ille Pausanias, inquit Justinus lib. IX. cap. 6. *Philippum cum frequentes per injuriam hospitis de Attalo queri, cujus indignitati hanc etiam fuisse dicunt, quod non pro hostium in convivio solemnibus more Attalus, ut fuit consuetum, verum & concubitum lecturus, velut forsitan, cum sibi jederat, lascivioque amorum inter conjugales reddidisset, ante ora ipsius Pausanias quercubam thesaurum, cum vocali fulminantibus non dissimilem, & Alexandrum insuper ducem adversus Persas, quem in Jovis Philippus vocabat, nuncupasset, quam ab adversario non volerat, ab hospite ferit sagitta.* Vide praeterea Diodorum lib. XVI. Justinum lib. IX. Plutarchum in Alexandro. Mirum autem loci principem expoliandum fore ita ipse Jupiter Pan sive Bonaventura, qui Pessinunti Jovis Cybelae, ut dicunt Jovem Scriptor, in Antoninorum Pontifex, cum ab Deum Cotiae sermonem, Jovis ante Bonam Pam publicaverit. Sarnus. *Ἀμμωνίδου* multi codices & editiones habent, pro *Jove* ipse, *Jacobus* alter Pessinuntius.

300. *Quam qui cornigero.*] Alexander humano fastigio non contentus, ut Curtii verbis utar, Hammonem Jovem sui generis authorem, aut credebat esse, aut credi volebat, eumque sub specie serpentis Olympiadem matrem compressisse palam dicebat. Ideo Volucem Saracenorum ducem, qui se prognatum Alexandro praedicabat: draconem puerum egerentem pro insigni tulisse proditum est. Eoque nonnullos, Mediolanenhum insignium originem referre scribit Paulus Jovius in Praefatione ad duodecim Vicecomitum Mediolani Principum vitas, his verbis: *Caeterum Octo jam duobus superioribus ad Nicaeam atque Orontem praeliis spectatae virtutis foemam consecutus, oppugnato denuo Hierosolymas Godofredo gloriosa totius exercitus acclamatione coronam promeruit, cum Volucem Saracenorum ducem, medio in castro ad singulare certamen fortissimum quemque ex Christiana acie provocantem, ipse unus ante alios nihil immanis barbari ferocia, vel terribili insignium armorum specie perterrens, fortiter atque feliciter devicit, vanitatque de confossi hostis galea optimam plenumque immortalitatis gloria spolium, auratam scilicet viperam, inexplicatis spiris minaciter à cono cuspidis erectam, & puerum pastis manibus devoranem. Quod nunquam auspicatae virtutis argumentum, non modo gentilitiae laudis pellamque fuit, sed & posteris id insigne audacibus insuperabilibus, & imperia & opes & lata gloriam pervadit. Ferre quicissimam Volucem, ex fuga Alexandri Magni proventum, tulisse pro insigni viperam ex Olympiadis fabula puerum parturientem, quod ea à Jove se compressam fuisse draconis imagine praedicaret.* Josephus Iachiades Hebraicus Scriptor in c. 8. Danielis, §. 3. pro Jove Alexandri Magni patre fabulam Aegypti Regem, cui nomen facit Nectanebor. *Cornigerum* autem dictus Hammon sive Ammon, Graecis *Κερασφόρος*, quod arietino capite fingeretur. *Jupiter enim*, ait Minutius Felix in Octavio, *cum Hammon dicitur, habet cornua, & cum Capitolium, geris fulmina.* Videndus Gyraldus Syntagma 2. Historiae Deorum. SALVAGN.

301. *More vel interreas.*] Achaeus captus ab Antiochio Rege, & juxta Pactolum fluvium, cujus arenae aureae sunt, suspensus est, unde Batus:

Antiochus captum nullum suspendit Achaeum,
Undique Pactoli est cuncta tenjis adhuc.

INTERPR. Primus quidem vidit Interpres vetus hunc locum de Achaeo ad Antiochum Regem adducto

Opprimat hostili tegula jacta manu.
305 Nec tua, quam Pyrrhi, felicius ossa quiescant;
Sparsa per Ambracias quae jacuere vias.
Nataque ut Æacidae, jaculis moriaris adactis:
Non licet hoc Cereri dissimulare nefas.

Ut-

capiendum, sed enim Batii versus à glossemate sunt. Principes hujusce Poëmatii enarratores Franciscum Patritium Pontificem Cajetanum in id erroris induerunt, ut ipse quoque lib. IV. de Regis Institutione, tit. 9. ita de Achaeo scripserit: *Achaeus Lydiae Maeoniaeque Rex, gentilitio avaritiae crimine ardebat. Is siquidem crebra ac gravia populis tributa semper imperabat, in quibus exigendis saevus, improbus atque inexorabilis erat. Verum cum tantam injuriam diutius populi ferre nequirent, mollarna tessera inter se data subito hominum concursu illum cum omni familia trucidaverunt, & Regia incensa ejus cadaver uno tractum in Pactolum flumen demerserunt, ut auriferae aquae semper potaret.* At Patritius alium, quam Ovidianos Interpretes, aut ejusdem notae Scriptores, authorem proferat, & incomparabilis Historici palmam feret. Tu Achaeum intellige Andromachi filium, qui cum universam eis Taurum Asiam imperio suo regeret, à Boyde & Cambylo proditus, & ad Regem Antiochum adductus crudelissimo supplicio affectus est, ut à Polybio lib. VIII. pag. 528. edition. Casauboni, describitur his verbis: *Κελεύσας δὲ τὸν θυμόν, πολλὰ μὲν ἐπέρασε λόγον περὶ τοῦ νέου δὶ καὶ νοῦν χρησάμενος τιμωρίαν, ἔδοξε δ' αὐτὸν τέλος ἐπιφέρειν τὸ τελαυταῖον, ἅπερ ἐν τοῖς πρὸς ἀπόλλωνος ἀνοῦ, καὶ κατὰ μὲν ψαλίδος ἐν τῷ τόπῳ ἀνεσταυρώσε τὸ σῶμα. Postquam in consilio Precari cederunt, varia de supplicio illius fuerunt dictae sententiae. Demum placuit primum ut extremis membris miser mutilaretur, deinde post caput amputatum atque uti asinino infatum truncus in crucem tolleretur.* Sic Achaeus suprenum diem obiit. Exemplum posteris duobus modis utile, inquit Polybius, Primum ut nemini temerè esse credendum dicamus: Deinde rebus laetis ut spiritus ne attollamus, sed ut homines humani à nobis nihil alienum putemus. Vult autem Naso Achaeum non in ipso Pactolo suspensum, sed juxta eum atque illo quasi arboro & inspectante. Is enim flovius est juxta Sardes, ubi haec gesta. Plutarchus lib. de Fluminibus. *Παντοῖαι κατεσκεύασται τῶν Λυδίας, κατὰ πόλιν Σάρδεις.* Atque hanc esse Poëtae mentem primus vidit Interpres vetus, & post eum Zarotus, sed quasi per nebulam. Et omnino Paulus Leopardus Emendationum lib. I. cap. 20. Ideo non erat, quo Justus Lipsius lib. I. de Cruc. cap. 20. principem filii hujus loci explanationem tribueret. Valeat autem Alciatus cum sua illa explicatione, quam lib. VII. cap. 24. Parergon juris in medium protulit. SALVAGN. *More* multi scripti.

302. *Tristi pependit aqua.*] Aliqui codices habent, *teste*, ut sit ordo, *teste aqua aurifera.* aliqui *raste*, ut sit pependit reste, id est func collo circumtorto. a reste *restionem* vocamus funium opificem. CONST. PAR. *Teste pependit* ex scriptis potioribus HEINS. *Qui miser achaeigem teste p. a.* unus Heinsii. *Aurifera aqua* alius. *tristi pependit* Cod. Berlin.

303. *Aut ut Achilleiden.*] Pyrrhus, nepos Achillis, Rex Epirotarum, dum Argos oppugnaret, tegula percussus interiit, ut tangit Menephron:

Argos hostilem circundans undique Pyrrhus,
Oppressi miserum tegula missa manu.

INTERPRES. Egregie quidem, praeter hypobolimaei Menephronis distichon. Sequentibus octo versibus qua tum historiae tanguntur ex Æacidarum gente petitae. Hoc disticho Pyrrhus Epirotarum Rex intelligitur, quem Argos oppugnantem atque inter confertissimos violentissime dimicantem, anus quaedam tesla de tecto in caput ejus dejecta interemit, uti scriptum est à Plutarcho in ejus vita, Polaeno lib. VIII. Stratagem. Strabone lib. VIII. Pausania in Atticis. Verum Cornelius Nepos cap. de Regibus, loco tesiae lapidem, Justinus lib. XXV. Orosius lib. IV. cap. 2. farum dicunt. Rescripsi vero, *Achilleidae*, pro eo quod in omnibus libris habetur, *Achilleiden*. Nasonis enim votum est, ut Ibis ictu tegulae intereat, quemadmodum is, qui nomine eodem claruit, quo Achilleides, ultimum Pyrrhus Achillis filius. Dictum est autem *cognato nomine*, quoniam Pyrrhus Epirotes paternum genus ad Achillem referebat. SALVAGN. Alii, *Achillidam*. Scribe *Achillidae*, hoc est Pyrrhi Neoptolemi. HEINS.

303. *Cognato nomine clarum.*] *Cognato nomine clarum* dicit, quoniam Aeacides & ipse & pater ejus, ab autoribus dicuntur. Hinc & oraculum illud, *Αἰακὸν Αἰακίδα Ῥωμαῖοι νικᾶν φασί.* Libet autem hoc loco adjicere, quae de ejusdem morte à Pausania traduntur. Sic enim in Atticis lib. I. cap. 13. *Μαχομένῳ δὲ αὐτῷ ἐρρίφη τῶν τῆς οἰκίας, ἐξ ἄνω τοῦ γυναικωνίτιδος, καὶ κατ' ἄλλο ἄλλον τῆς πόλεως, ἐνταῦθα ὁ Πύρρος ἐμανθάνετο ὑπὸ γυναικὸς τῆς τοῦ Πτολεμαίου, ἀφεῖσα μὲν ἡ κεραμὶς τοῦ γυναικείου τοῦ τοῦ Πύρρου.*

Ag-

Usque nepos dicti nostro modo carmine regis
Cantharidum succos dante parente bibas.

Aut

[illegible] ... Δήμητρα δὲ φασιν [illegible], γυναικὶ εἰκασθεῖσαν. Et paulo post idem addit, [illegible] Ἀχιλλέως [illegible] Πύρρος καὶ ὁ Ἀχιλλέως [illegible] Ἀργείων [illegible]. MICYLL.

301. *Opprimat.*] Pausanias in Atticis Cererem sumpta muliebri forma Pyrrhi necis autorem fuisse scribit, testem adducens Leuceam. CONST. FAN. *Opprimat* Heinsianus.

306. *Nec tua quam Pyrrhi.*] Pyrrhus Achillis filius Orestī uxorem suam Hermionen abstulit, sed Orestes in Delphis quodam die ipsum interfecit, & insuper corpus ejus sparsit per Ambraciae fines. IOHANN. Pyrrhum Achillis filium intellige, cujus ossa sparsa fuerunt à Lysimacho: aut Pyrrhum Pyrrho natum, quem Pialen vel Pialum nonnulli appellant, aut aliquem alium, qui ex his duobus Pyrrhis ad Pyrrhum Aeacidae filium [illegible] aut si Pyrrhum Aeacida genitum placet accipere, historiam dic esse confusam. quoniam Plutarchus, Justinus, alii Lysimachum ante hujus [illegible] literis mandavere. lege collectanea nostra lib. I. cap. 4. CONST. FAN. De Pyrrho Neoptolemo intelligendum, de quo in fragmentis Hygini ita legitur: *Neoptolemus Achillis & Deidamiae filius, ex Andromacha Eetionis filia captiva procreavit Amphialum. Sed postquam audivit Hermionem sponsam suam Oresti esse datam in conjugium, Lacedaemonem venit, & à Menelao sponsam suam petit. Cui ille fidem suam infirmare noluit, Hermionemque ab Oreste abduxit, & Neoptolemo dedit. Orestes, injuria accepta, Neoptolemum Delphis sacrificantem occidit, & Hermionem recuperavit, cujus ossa per fines Ambraciae sparsa sunt, quae est in Epiri regionibus.* MICYLL. Hic locus ex his, quae subjunxi, Hygini verbis intelligetur. Is ita scribit cap. CXXIII. *Neoptolemus Achillis & Deidamiae filius, &c.* CIOFAN. Neminem eruditioni suae nimium confidere oportet, cum praeclaros ac principes viros in locis Authorum declarandis interdum à vero aberrare videamus, ut hoc loco multi eosque gravissimae autoritatis homines aberrarunt. In his, Isaacus Casaubonus & Sebastianus Corradus, quorum hic Commentariis in Virgilium, ille Animadversionibus in Suetonium, hoc distichon de magno illo Pyrrho Epirotarum Rege perperam interpretantur. Siquidem illius ossa [illegible] Epirum in patriam ab Antigono missa esse tradit Valerius Maximus lib. V. cap. I. Plutarchus autem, & Author de Viris Illustribus Magnifice ab eo sepulta fuisse referunt, tantum abest ut ea per Ambraciae vias insepulta jacuerint, quomodo ipsi nobis imponunt. Æque fallitur Reinerus Reineccius, qui in descriptione Regni Molossici pag. 559. Syntagmate de familiis, hunc locum de Pyrrho tertio, Tigridis amatore, capiendum existimat. Ovidius enim non alium, quam Pyrrhum Neoptolemum Achillis filium intelligit, cujus ossa per fines Ambraciae sparsa esse narrat Higynus fab. 123. quod ante nos Micyllus observavit. Certe Pausanias ait violatam à Lysimacho Regum Epirotarum sepulturam, sed ut interim refutet Hieronymum Cardanum, qui etiam ossa Regum disjecta fuisse scripserat. SALVAG. Palmer. exercit. ad Graecos Scriptor. p. 92. ex Polybiis excerptis colligit, in Ambraciae urbis direptione violatum esse etiam Pyrrhi sepulchrum, & ita ossa sparsa. ita ut & de Pyrrho Epirota capiat haec; & utrumque distichon de eodem agat; quod si verum est, falli debuit Hyginus similitudine nominum, & si de duobus Pyrrhis sint capienda, hoc distichon priori esset proponendum, ut ordo temporis & hominum, ex eadem stirpe descendentium, observetur. ego dubius haereo, annon de uno Pyrrho, rege celebri, sint capienda, ut & mortem, & post mortem similia Pyrrho fata imprecetur. BURM.

307. *Nataque ut Aeacidae.*] Propilica Pyrrhi filia, in templo Cereris Ambraciae jaculis inimicorum oppressa periit, teste Menephron:

Ah miserae pudeat! quis honor, quae gloria, si vos
Turbaque nec minima, exsuperastis virginem, & unam.

INTERPRES.

De Laodamia, sive Deiadamia interpretati sumus in Commentariis nostris. Menephronis autem versus apud me nihili sunt. SALVAGN. Laodamiam forte Alexandri, Pyrrhi filii, virginem intelligit, quae a Milone Aetolo, ut Justinus lib. XXVII. est autor, interfecta per summum scelus est. EGNATIUS. Laodamiam dicit, Alexandro, Filio Pyrrhi Epyrotarum regis, natam, quae ad sacrarium Dianae, ut Justin. in XXVII. vel Cereris, ut Ovidius putat, a Milone Aetolo fuit interfecta. Hanc autem interpretationem Laurentio Abstemio Maceratensi, viro extra omnem ingenii vel doctrinae aleam, acceptam refero. Cujus manes qui pietatis & misericordiae fons est uberrimus in sinu excipiat. nuper enim excessit e vita, in eo multum amisimus, multamque fecerunt jacturam humaniorum literarum sectatores, cum multa sub in-

Aut pia te caeso dicatur adultera, sicut
Qua cecidit Leucon vindice, dicta pia est.

In-

cude literaria haberet, latinam linguam expolitura, splendidioremque factura. praecipue librum totius orbis civitatum, quem ad finem perductum (licet non laevigatum atque ultima districtum lima) quicumque viderit, non desinet hominis ingenium, laborem, doctrinam, diligentiamque admirari. Is multos ab hinc annos libellum prope aureum edidit, in quorum praeter cetera hunc quoque & alia quaedam Nasonis loca in hoc opere male interpretata exposuit, quorum suo loco mentionem habebimus. CONST. FAN. De Laodamia Pyrrhi Aeacidae filia, sorore Nereidos, intelligendum videtur, de qua Justinus lib. 28. ita scribit: *Cum ex gente regia sola Nereis virgo cum Laodamia sorore superesset, Nereis nubit Geloni Siciliae regis filio, Laodamia autem cum in aram Dianae* (sive Cereris potius legendum) *confugisset, concursu populi interficitur. Quod facinus dii immortales assiduis cladibus gentis, & prope interitu totius populi vindicaverunt. Nam sterilitatem, famemque passi, & intestina discordia vexati, externis ad postremum bellis pene consumpti sunt. Miloque Laodamiae percussor in furorem versus, nunc ferro, nunc saxo, in summa dentibus laceratis visceribus, duodecimo die interiit.* Quod autem Laodamia & Nereis sorores, Pyrrhi filiae fuerint, ex Livio patet, qui lib. IV. Decad. 3. Hieronymi, Gelonis filii, maternum avum Pyrrhum vocat: & ex Pausania item, qui in posterioribus Eliacis, *μετὰ δὲ τὴν Ἀγαθοκλέους τοῦ πρότερον τυραννήσαντος τελευτὴν*, inquit, *Συρακουσίοις αὖθις ἀνεπεφύκει τύραννος ὁ Ἱέρων*, &c. Et mox, *οὗτος ὁ Ἱέρων ξενίαν πρὸς Πύῤῥον τὸν Αἰακίδου, καὶ ὁμοῦ τῇ ξενίᾳ καὶ ἐπιγαμίαν ἐποιήσατο, Γέλωνι τῷ παιδὶ Νηρηΐδα ἀγαγόμενος τὴν Πύῤῥου*, &c. Quod autem Ovidius addit, *Non licet hoc Cereri dissimulare nefas:* vel eo referendum erit, quod circa templum aut aram Cereris, Laodamia interfecta fuit: vel ad sterilitatem & famem, qua Epirotas afflictos, post hanc caedem puellae, Justinus tradit. MICYLL. Haec est Laodamia Æacidae, vel ut aliqui malunt Pyrrhi Epirotarum Regis filia, quam Pausanias *in Messenicis*, & Polyaenus lib. VIII. Stratagem *Deidamiam* vocant, quae cum in aram Dianae confugisset, concursu populi interfecta est, *quod facinus*, inquit Justinus lib. XXVIII. *Dii immortales assiduis cladibus gentis & prope interitu totius populi vindicaverunt &c.* Polyaenus etiam ad aedem Dianae, quam Ἡγεμόνα vocat, à Milone jugulatam prodit. Ideoque Parrhasius Epist. 48. existimat Nasonem obsecutum carmini, Deae nomen mutasse, & pro Diana, Cererem dixisse. Abstemius autem Annotationum Variarum, cap. 3. sic interpretatur, ut Diana sit eadem, quae Luna, rursus Luna, eadem quae Ceres, ex Stoicorum sententia, quam secutus Virgilius primo Georg. cecinerit:

—— Vos, ô clarissima mundi
Lumina, labentem coelo quae ducitis annum,
Liber & alma Ceres.

Proinde nihil mirum, si Naso Cererem pro Diana dixerit, cum eadem Dea modo Diana modo Ceres appelletur. Ego tum Parrhasium tum Abstemium ab hujus loci vero sensu aberrare puto; mihique videtur Ovidius caedis Laodamiae, sive Deidamiae, Cererem insimulare, eo quod Ceres Æacidis semper infesta fuerit, à qua etiam sumpta muliebri figura, magnum Pyrrhum tegulâ occisum Pausanias in Atticis memoriae prodidit. SALVAG.

307. *Moriaris adactis.*] *Moriaris ad aras* unus Heinsianus. *telis* pr. Edit. & Ms. Berlin. *jac.* in *acutis* Peravii.

308. *Non licet hoc Cereri dissimulare scelus.*] Si Laurentii nostri sententiae adhaeseris sic expones. Non licet Cereri dissimulare hoc scelus, id est, non potuit Ceres pati scelus hoc, ad aram suam commissum, quoniam cum dea frugum furorisque sit, Aetolorum gentem fame sterilitateque consumpsit. Milonem vero Laodamiae interfectorem ita in furorem egit, ut actubus ferro, saxo, dentibus denique laceratis undecima die interierit. Nam *Certos* in furorem actos scimus nuncupari, quasi Cereris furore vexatos: quae vox frequentissima Plauto. Si autem nostram sequereris opinionem, (quam in Collectaneis abundantius aperuimus) hoc pacto expones. Non licet Cereri dissimulare scelus, id est non potest abscondere & negare in templo suo Laodamiam interfectam, & se ob hoc hujus sceleris fecisse participem, quemadmodum potest inficiari Pyrrhum Laodamiae avum a se fuisse interfectum. quia illud scelus in Pyrrhum sub anus specie fuit patratum: hoc autem, quod in templo suo fieri passa est, ita apertum fiat, ut nullo excusationis involucro tegi posset. CONST. FAN. *Nefas* est in libr. Maffei: recte. CIOFAN. *nefas* etiam optimi. sed non pauci etiam, *sacrum.* & unus Berlin. *scelus.*

309. *Usque nepos dicti.*] Magnetes Pyrrhi nepos, dato sibi à matre Nereide, cui consentire noluit, cantharidum veneno interiit, ut ait Tibullus:

Fas, leges, contra, pudor superantur amore,
Et solus cunctis imperat unus amor.
Magnetae mater, sed non ut mater amavi;
Ut casto natum debet amare parens.
Noluit esse tamen Magnetes matris adulter,
Et vita, quoniam noluerat, caruit.

Hinc

Inque pyram tecum carissima pignora mittas,
Quam finem vitae Sardanapalus habet.
Utque Jovis Libyci templum violare parantis,
Acta Noto vultus condat arena tuos.

Ut.

Illud [illegible] mater, & avunculus & mater omnibus,
Atque eadem omnis causa mutuaque fuit.

INTERPR.

Adeantur hic historia commentitia, tametsi Caristo-phorus Zanetus, & Andreas Tiraquellus veteri interpreti fidem adscriserint. Carmina autem Tibullo prorsus indigna. Videndus in hujus loci explanatione Commentarius meus. SALVAG. Magnetem Deione Hieronis Syracusanorum Regis filio, & filiam Alexandri Epirotarum Regis filia natum, ab uxore interfectum, quod secum coire noluerit, quidam dicunt. Et hanc fabulationis (quantum habeo videri) affinitate nulla. CONST. FAN. Sed nova fomenta, quae venus interpres, item Salvagnus, & post eos Andreas Tiraquellus in notis legendi commodissimis, num. 101. de Nereide Galene [illegible] narrat, quae Magnetem filium [illegible] cum relinquente cantharidum [illegible] habuerit. Infinitus enim, qui lib. XXVIII. Historiae de Nereidis meminit, hac de re ne verbum quidem, cum fere dubio non omissurus, si res ab illo habuit, quoniam de habere commenti [illegible]. Idem Pyrrhus filio designavisse videtur, quicunque ab eo, cujus res in India gestae memoratur. Hic enim natus Pyrrhi nepos fuit. Praeterea Olympias mater ejus, vel arte, ut nonnulli volunt, Tigridem pellex Lacedaemon ejus conjugem [illegible], [illegible] fabulis, Jugurtha [illegible] Lib. XXIII. pag. 575. Editionis Cantabrigiensis, ut fabulam Pyrrhum una cum Tigride capite fabulam esse. Quam certa conjecturam magno illi Carthusianorum Anachoretarum Antistiti, Carolo Allingrano, sensu profundissimo, ut in eo fuit, eruditione doctissimo, atque harum rerum [illegible] aestimatori, memini perplacere, cum illis mea Observationes cum eo communicarem. SALVAGN.

314. *Illi suae.*] Illi quoque alter Regius.

315. *Cantharidum.*] Vermiculus hic ficis & hedera & abies rosa irrasicus, ac paucae, praeter [illegible] venenum habitum, ut tamen remedia locum habent alia, quae in quacunque parte venenum sit, inclinatur; memoriae proditum, Coelio Equiti Romano & Neronis principis familia dicit, cum Lichene correptus esset, à medico dari iussisse. hac Uticensi Catoni objecta in Vyntrigis actione, quas fecimus Co. [illegible], non tarsi gemmis, vendituus, quanti [illegible]. CONCIUS. Cantharides parva sunt animalia, nidi, lucifugaeque, quae in pomis tamarisci habent, quorum à potu accidunt asperrima omnium & difficillima symptomata, sed maxime infesta sunt renibus & vesicae, cumque his ex professo inimicitias exercere videntur. Cantharidum autem venenum in qua parte sit non convenit. Alii in pedibus & capite existimant esse. Alii negant. Inter omnes constat pennas earum auxiliari in quacunque parte sit venenum. Ipsae nascuntur ex vermiculo in fungia maxime cynorrhodi, quae sit in caule, sed foecundissimae in fraxino. Calefaciunt & siccant excessu quarto, urunt, erodunt, mordicent, putrefaciunt. Cicero lib. IX. Epist. 21. ad Papirium Paetum, scribit Cajum quendam, accusante L. Crasso, cantharidas sumpsisse. SALVAG. *Cantharides succos* Bonon. *Thessalidum* Regius & duo alii. *Thessalidis* Francof.

311. *Ante pia te casso.*] Leucon, unus ex Pontiicis Regibus, Spartacum fratrem suum interfecit, provocatus ab uxore sua, quam cum vellet adulterari Leucon, ab ea interfectus est, unde Arion:

Leucon occidit fratrem pro conjuge, unmque
Conjux; sic causa caedis utrisque fuit.

INTERPRES. Strabo lib. VII. Leuconis cujusdam meminit, qui Panticapaei, & aliarum quarundum urbium Pont., rex fuit. de quo an intelligendum hoc loco sit, ambigo. quin certam adhuc historiam non invenio. CONST. FAN. Strabo lib. VII. Leuconis meminit, ut regis Pontici, sed amplius nihil addit. MICYLL. Vetus Interpres in hunc locum, *Leucon unus ex Pontiicis Regibus &c.* Fides esto penes Auctorem. & Arion auctor fidelius. Certe Diodorus lib. XIV. item Strabo lib. VII. Leucontem Cimmerii Bosphori Regem, eundemque Spartaci patrem fuisse prodiderunt. Quod autem Valerius Andreas affirit Pontii Reges *Leuconas* appellatos, [illegible] ut Strabonem Authorem suum intellexerit. SALVAGN. *Leuco* edit. quaedam. de *Leucone* & regibus Bosporanis Perizon. ad Aelian. Var. Hist. VI. 13. Leucon etiam Athamantis filius memoratur a Mythologis, sed ille morbo obiit, teste Pausania lib. IX. cap. 34. BURM.

312. *Vindice.*] *Judice* Francof.

313. *Inque pyram tecum.*] Sardanapalus, de cujus interitu Lucretius ait:

Et cum defuncto major moriatur amicus,
Aeternum morens Sardanapalus habet.

INTERPR.

Quis non pulchrissimos versus à Lucretio abdicet? Nos:

Utque necatorum Darei fraude secundi,
Sic tua subsidens devoret ossa cinis.
Aut ut oliviferâ quondam Sicyone fugato,
Sit frigus mortis caussa famesque tuae.

Atque

Nota mors Sardanapali, postremi Assyriorum Regis, viri mulierae corruptioris, qui victos ab Arbace, sive Arbaeto Medorum Praefecto, in Regiam se recepit, extructaque pyra, & se, & divitias suas, & pellices, & eunuchos, quae omnia Ovidius *carissima pignora* vocat, in incendium misit, hoc solo imitatus virum, Diodorus lib. II. Athenaeus ex Ctesia lib. XII. Deipnos. Justinus lib. I. Joannes Tzetzes Variar. Histor. chil. III. Hist. 95. & chil. VI. Hist. 146. Author [illegible] Cent. V. 88. Is alio nomine *Conos* [illegible] *Concolores* appellabatur, ut scribit Eusebius *in Chronic.* Notum item Sardanapali sepulcrum. SALVAG.

313. *Carissima corpora mittas.*] Uxores, servos & divitias interpretare, quae simul secum Sardanapalus conjecit in rogum. Is autem Cyndaraxis filius fuit, teste Stephano, quem Arrianus & Strabo Anacyndaraxem vocant. CONST. FAN. *Pignora* Serrav. placet. & *Quam finem* pro *Quem* idem. ut Met. XIII. 755. ex veterrimo codice Florentino:

Hinc ego, me Cyclops nulla cum fine petebat.

Adeantur quae notamus ad Amores libro II. El. XII. HEINS. *Sardanapallus* Sarrav.

315. *Utque Jovis Libyci.*] Cambysis exercitus ad spoliandum Ammonis templum missus arenâ austro mota obrutus est. INTERPR. Praeclare omnino. Exercitum intelligit à Cambyse Persarum Rege missum ad nobilissimum Ammonis templum expugnandum, *quem arena austro mota*, inquit Seneca lib. II. Natural. Quaest. cap 30. *& mere vivis incidens texit, deinde obruit.* Quod etiam refertur ab Herodoto *in Thalia.* Juliano lib. I. Plutarcho in Alexandro scribente quinquaginta millia capitum obruta. SALVAG.

315. *Parantes.*] *Parantis* alter Petavian. & ed. Salvag. Heinsius mallet, *parenti.*

316. *Alta noto.*] Signate appositeque *noto* dixit, quia flante tantummodo austro sit illa arenarum tempestas, ut auctor est Herodotus & Arrianus in tertio. CONST. FAN. *Alta* Iuret. & Bonon.

317. *Utque necatorum.*] Dareus secundus, primi Darei filius, incubuit primo in regnum, sed succedere non potuit, donec juraverit, quod cives suos veneno, sicut primus, non interficeret; postquam verò fuit in regno, non veneno, sed ponens eos in area plena calido cinere interficiebat, ut Callimachus dicit contra suum Ibin.

Et tu dispersas, sicut periere, secundis
Darens multo quos timere obruerat.

INTERPR.

Verisimile quidem est Callimachum eandem imprecationem usurpasse; verum carmina ejus infelice reddita sunt. Adscribam interpretationis loco Historiam è Valerio Maximo lib. IX. cap. 2. *Ochus*, inquit, *qui postea Darius appellatus est, sanctissimo Persis juramento obstrictus, ne quem ex conjuratione, quae septem Magos cum eo oppresserunt, aut veneno, aut ferro, aut alia vi, qui impia alimentorum necatrix, crudelioris mortis rationem excogitavit, quo omnes sibi non perrupto religionis vinculo tollaret. Septem enim dolii paricibus locum cinere complevit, superpositoque regio praeminente benigne cibo & potione excepta; in ea collocabat, è quo somno sopiti in illam insidiosam congeriem decidebant.* Meminit & Ctesias in [illegible], apud quem Δαρεῖος appellatur; sed quia ratio carminis non patitur ita nominari ab Ovidio, non dubito quin *Dareus* ab eo nancupetur, quomodo à Justino semper vocitari docet ex veteribus membranis quisquis in eum notas edidit, *a*, videlicet, in *e*, sicut *Alexandrea* apud Horatium teste Prisciano lib. II. & *Cassandrea*, quae Graecis Ἀλεξάνδρεια, & Κασσάνδρεια, quibus etiam *balaenum* est βαλανεῖον, ut recte Δαρεῖος sit Latinis *Dareus*, quanquam & *Darius* à periisque dicitur. Supplicii autem ab eo usurpati meminit praeter Ctesiam Valerius Maximus lib. IX. cap. 2. Pene fugerat me notasse in M. S. San-Victoriano perspicue scriptum esse *subsidens*, pro *succendens*, quae lectio verior & sincerior mihi videtur. Est enim *subsidere* vocabulum castrense, quod non simpliciter subsistere significat, sed in insidiis subsistere. Hinc *subsessa* Vegetio lib. III. cap. 22. Praeterea Servius ex emendatione Francisci Modii in illud Virgilii, lib. IX. Aeneid. 268. *Subsedit adulter: subsessores*, inquit, *dicuntur qui insidiis tauros inseriunt, & hostium dolos subsessas vocamus.* Idem Modius epist. 39. *subsidendum* eodem sensu pro *subsistendum* reponit apud Ciceronem Orat. pro Milone, hoc loco. *Atque ut illi nostrorum ad urbem adventus vitandus potius, quam expectandus fuit, sic Milonis cum insidiator esset, si ultra ab urbem nactus necessarium subsset, subsidendum atque expectandum fuit.* Itaque *subsidens* apud Ovidium erit *insidiosus*, quomodo Valerius Maximus dixit *insidiosam congeriem.* SALVAGN. Vid. Freinf. ad Curt. VI. VIII. 16. & qui plenius hoc argumentum

cit

Aut ut Atarnites infutus pelle juvenci,
Turpiter ad dominum praeda ferare tuum,
Inque tuo thalamo ritu jugulere Pheraei,

Qui

[illegible] vir doctiffimus, Mich. Roffaius in [illegible] ad Valer. Maximi locum.

315. [illegible] *fecundus* [illegible] *ora civis.*] *Subfi-* [illegible] plerique veteres. nonnulli enim, *ofa.* hic *fubfidit* [illegible] Virgilio. & Noster Met. XIII. [illegible]

[illegible], nec adhuc confederat ignis.

[illegible] *Herodes Samariam, olim jam in cineribus* [illegible], *a fundamentis fufcitat,* [illegible]. Nihil eft obfervatio Salvagnii de verbo *fubfidere*, pro [illegible] effe: hic enim eft, locum [illegible] in illum hominibus & ita ponderi [illegible] cadens; fed cum ipfe leviffimus & non [illegible] eft cinis, [illegible] obruat; ut ita Juven. [illegible] *fubfidere* [illegible] *fubfide-* [illegible] Noster lib. [illegible] Met. 45. & paffim alii. [illegible]

[illegible] *Quidam Sicyone profecto.*] [illegible] Tyrannus Sicyone expulfus frigore & [illegible], unde Varro:

[illegible] Neocles, quae prima malorum [illegible], morte perit frigoris atque famis.

[illegible]

[illegible] in omnibus libris excufis. Melius omnino [illegible] *Sicyone fugato.* Dicitur enim Neocles à Sicyone, quae urbs eft Achaiae, ob crudelitatem pulfus, frigore & fame periiffe. De [illegible] autem *Fugandi*, aut *fugandi*, id eft exfulem, vide quae [illegible] in Obfervat. in lib. Trift. [illegible]. Recte vetus Interpres hunc locum enar[illegible], nifi quod legentum apud ipfum *Neocles* pro [illegible]. At Varronis carmina quod attinet, [illegible] nemo indicas [illegible]. Quis ille fit, quem Sicyone pulfum frigus & fames enecuerint, non proclive eft inventu. Quotquot enim Sicyonis Tyrannos accurate recenfuerunt frustra confului, nifi forte Nicocles intelligi debeat, quem Aratus [illegible] exulum & Argivorum conductitiorum manu adjutus [illegible] populo jugo fibi confulere coegit, ut Paufanias in Corinthiacis, & Plutarchus in Arato memoriae prodiderunt, apud quos hoc [illegible] de Nicoclis calamitate legitur, quod Sicyone fit ejectus. Fortaffe Ovidius apud alios rerum Sicyoniarum Scriptores, qui temporum injuria perierunt, Nioclem poftea cum fame, tum frigore interiiffe legerat. Quae quidem mortis genera *miferrima* effe dicit Livius lib. x. Illudque vetus Interpres viderat, cum ait Neoclem ab Ovidio notari, qui Sicyone expulfus frigore & fame periit. Nioclem enim *[illegible]* [illegible] fuiffe non ambigo, Sicyonem vero antiquiffimam Peloponnefi urbem oleis abundare tradit Ovidius lib. IV. de Ponto, Eleg. 15. in his:

Africa quot fegetes, quot Tmolia terra racemos,
Quot Sicyon baccas, quot parit Hybla favos.

Et Virgilius hoc hemiftichio lib. II. Georg.

——— *Teritur Sicyonia bacca trapetis.*

Mediolana tamen editio, quae prodiit anno 1534, cujufque mihi copiam fecit Stephanus Claverius, vir eximiè literatus, & de Perfio Claudianoque bene meritus, à recepta lectione deflectit in hunc modum, *Aut ut olivifhua*: quod fi Ovidius fcripfit, non dubito quin ille ad Epopei Sicyoniorum Regis hiftoriam refpexerit, quam Paufanias libro laudato, pag. 49. Editionis Wechelianae refert his verbis: [illegible Greek]. *Epopeus ob partam victoriam (contra Thebanos) ftatim immolavit, & Minervae Templum erexit, quo abfoluto, Deam precatus eft, ut fibi fignum aliquod daret, num ei accepta fuiffet Fani dedicatio. Poftis precibus oleum in templi veftibulo manaffe perhibent.* SALVAGN. *Olivifhua* etiam unus. *Sicyone profecto* editi & fcripti quidam. In Gloffa codicis Petaviani *Herodes* tyrannus dicitur. *Olivifer am* etiam dixit Stat. IV. Theb. 50.

Qui Drepani fcopulos, & oliviferae Sicyonis Culta ferunt:

321. *Aut ut Atarnites.*] Atarnites, id eft, Hermias ab Atarna oppido, à Mentore obfeffus & captus, pelle juvenci infutus ad Regem Perfarum adductus eft. INTERPRES. Hermias Affenfis Eunuchus, trapezitae cujufdam famulus, Platonis Ariftotelisque auditor, cum domino fuo Aternenfes & Affenfes aggreffo imperavit: poftea illi fucceffit, quem Memnon Rhodius Perfarum miniftrator & ductor exercitus, fimulata fecum amicitia hofpitalitatis nomine, & tractandarum rerum gratia, ad fe vocatum comprehendit, & ad regem mifit, a quo fuit fufpenfus. Autor Strabo lib. XIII. de hoc ego Hermia intellexerim, fi in juvenci corio eum infutum reperirem. Nec *Acarnides* legerem, fed *Atarnites*, id eft, Rex Atarniae Civitatis, quae Lydiae Myfiaeque contermina eft, auctore Stephano. ac prope Affum urbem, Hermiae patriam. eft & *Atarnites* viri proprium nomen, cujus meminit Laertius in Pittaco. CONST. FAN. Huc fortaffis & illud pertinet, quod

Qui datus eft leto conjugis enfe fuae.
Quosque putas fidos, ut Lariffaeus Alcuas,
Vulnere non fidos experiare tuo.

Ut-

quod Valerius fcribit libro nono, capite fecundo, de crudelitate Barbarorum: *Sicut illi Barbari*, inquit, *quos ferunt mactatarum pecudum inteftinis & vifceribus egeftis homines inferere, ita ut capitibus tantummodo emineant: quoque diutius poenae fufficiant, cibo & potione infoelicem fpiritum prorogant, donec intus putrefacti, laniati funt ab animalibus, quae tabidis in corporibus nafci folent.* MICYLL. Vetus interpres & poft eum Adrianus Turnebus Adverfariorum, lib. IX. cap. 25. Hermiam Atarnenfium Tyrannum, Artaxerxi rebellem, intelligunt, quem fraude circumventum Mentor, orae Afiaticae Praefectus, in vincula conjecit, authore Diodoro Siculo Biblioth. lib. XVI. extatque Ariftotelis Epigramma, quo Hermiam perfidia deceptum, & à Rege Perfarum interfectum, conqueritur. Verum Ianus Parrhafius, vir avorum noftrorum memoria pereruditus, lib. de Rebus per Epiftolam quaefitis, Epiftola ad modeftum Sacerdotem Vercetinum, Pactyam hominem Lydum fignificari putat, qui cum fupplex ad Chios confugiffet, Regi Perfarum deditus fit, atque ob id vicus Atarneus contra Lesbum Chiis pro mercede datus fit, ut à Paufania in Meffenicis proditum eft: Pactyam vero *Atarnium* dictum ab illo loco, quem Chii in praemium proditionis acceperint. At enim cum nullus Scriptor Hermiam, aut Pactyam, infutos fuiffe juvenci pelle tradiderit, Andreas Schottus Obfervationum lib. II. cap. 32. *Sine haefitatione*, inquit, *crediderim emendandum* Achimenides, *pro* Acharnides, *de quo proditur, quod Ovidius Acharnidi tribuit. Hiftoria autem apud Herodotum Polymnia, & in Ctefiae excerptis Photii noftri Bibliothecae extat.* Achemenem certe Xerxis fratrem (Artaxerxis Ctefiae) Aegypti Praefectum ab Inaro Libe, qui Ctefiae Lydius eft, Aegyptiorum Duce interemptum fcribit Herodotus, additque Ctefias ejus cadaver ad Artaxerxem miffum, infutum vero juvenci pelle neuter ait. Ideoque malim cum Interprete veteri Hermiam Atarnae Tyrannum intelligere, quem Ovidius non folum à Mentore in vincula conjectum, fed etiam juvenci pelle contectum apud alios rerum Perficarum Scriptores legere potuerit. SALVAG. *Atarnites* in melioribus. quod Turnebo in Adverfariis probatum eft. HEINS. Et de Hermia intellige, Atarnae rege five tyranno, ut recte Turneb. lib. IX. Adverf. cap. 26. Addit è Diodoro lib. XVI. Turnebus, Hermiam, quia à Perfarum rege defecerat, circumventum ab Hectore duce regis Perfarum, & in poteftatem redactum. At quod Ovid. ait, *infutum pelle juvenci*, id de Hermia qui fcriberet, adhuc non vidi. VAL. ANDR. variant admodum codices, *Atarnides, Acamites, Atharnites, Archamites, Acamites,* &c. *Acharnides hirfutus* Herculan.

322. *Turpiter ad Dominum.*] Dixit potius *ad Dominum*, quam *ad Regem*, quoniam Reges Perfarum, ab iis, qui eorum ditioni parebant, *domini* vocabantur. Sic enim apud Herodotum lib. VII. VIII & IX. Xerxem Regem Mafiftes ejus frater, Mardonius confobrinus & Artemifia Carum Regina *δεσπότην* appellant. Similiterque Satrapae aliique Officiales Darium & Artaxerxem *δεσπότας*, fcipfos vero *δούλους* vocant in illis literis, quae Efdrae lib. I. cap. 4. 5. & 6. & Jofepho lib. XI. Antiquit. Judaic. cap. 2. laudantur; nam ufque adeo libere Perfarum Reges imperabant, ut omnes ditionis fuae fubditos pro fervis & mancipiis haberent, fola uxore excepta, quemadmodum teftis eft Plutarchus *πρὸς ἀπαιδ.* & fufius profequitur Barnabas Briffonius lib. I. de Regno Perfarum. SALVAG.

323. *Inque tuo thalamo.* Alexander Pheraeus à Thebe uxore fua propter pellicatum interfectus eft. INTERPRES. Jafon hic à Pheris Theffalicis, quas tyrannide oppreffèrat, dictus *Pheraeus*, de quo Cicero & Plin. VII. qui deploratus a medicis vomicae morbo, cum mortem in acie quaereret, vulnerato ab hofte pectore, falutem invenit: ita illi hoftilis gladius falutem attulit, quem medici fanare nulla ratione potuerant. hunc Thebe uxor, adjuvantibus confciis, tandem interemit. EGNATIUS. Alexandri Theffalorum regis (Pherae enim oppidum eft Theffaliae) quia Thebe, Jafonis Theffaliae regis filia, uxore fua adjuta a Ctefiphonte, Pitulo & Lycophrone fratribus eft occifus. Lege Plutarchum in Pelopida & Tullium de Divinatione libr. I. CONST. FAN. De Alexandro Pheraeo & ejus exitu copiofe tradiderunt Xenophon lib. V. de Rebus Graecorum, & Plutarchus in vita Pelopidae. MICYLL. Alexandri Pherarum in Theffalia Tyranni, de quo Tullius Offic. lib. II. 7. *Quid Alexandrum Pheraeum, quo animo vixiffe arbitrantur? qui, ut fcriptum legimus, cum uxorem Theben admodum diligeret, tamen ad eam ex epulis in cubiculum veniens, barbarum & eum quidem, ut fcriptum eft, compunctum notis Thraeciis, diftricto gladio jubebat anteire, praemittebatque de ftipatoribus fuis, qui fcrutarentur arculas muliebres, & ne quod in veftimentis telum occultaretur, exquirerent. O miferum, qui fideliorem & barbarum & ftigmatiam putaret, quam conjugem, nec eum fefellit opinio, ab ea eft enim ipfe propter pellicatus fufpicionem interfectus.* Meminit, item lib. II. Rhetoricorum 49. praeter quem videndi Xenophon

Utque Milon, sub quo cruciata est Pisa tyranno,
Vivus in occultas praecipiteris aquas.
Quaeque in Adimantum, Phliasia regna tenentem;

Ab

phon libro vi. de rebus Graecorum; Diodorus libro xvi. Conon narratione 50. apud Photium. Plutarchus in Pelopida, Valerius Maximus lib. ix. cap. 13. & ex recentioribus Sabellicus Enneade iv. lib. ii. Idem vero Tullius lib. v. Tusculan. 20. Dionysium Syracusanum ad Aristomacham & Doridem conjuges noctu sic ingredi solitum commemorat. Salvagn. *Inquestis thalamis* Francof. *jugulis sine morte* quinque & editi nonnulli. *morte* Ms. Berlin. De Alexandro hoc vide ad lib. ii. ex Pont. ix. 43.

325. *Ut Larissaeus Aleuas.*] Apud Suidam & Theocritum *Aleuas* scribitur, graeca diphthongo ευ. Innuit autem & Theocritus Aleuae potentiam, & opes ablatas fuisse, cum dicit omnem ejus memoriam interituram fuisse, nisi à Simonide poeta celebratus fuisset. Quo loco Comment. addit. τὰ δὲ περὶ Ἀλεύαν τοῦ Σιμίου, πάντα ἐνδεῆ τῆς Ἐφόρου. Micyll. In eodem lib. scripto, *Achilles*, non *Alebas*. nihil mutandum puto. Crotan. Aleuam Thessaliae Regem fuisse tradit Suidas in Ἀλευάδαι. A quo deinde Thessaliae Reges *Aleuadas* appellatos esse Pindarus Ode 10. Pyth. & Theocritus, ejusque Scholiastes, Satyrus apud Athenaeum lib. xii. Herodotus lib. vii. Pausanias in Laconicis, & Achaicis fidem faciunt. Ille sibi propter Tyrannidem metuens, satellites complures ad latus adhibuerat, a quibus tandem per insidias obtruncatus est, ut vetus Interpres asserit, quod apud alium notae melioris Authorem legere mihi non contigit. Quare videndum, ne quod Ulpianus Rhetor in primam Demosthenis Olynthiacam narrat, ad Ovidium pertineat; Ἀλεύας, inquit, ἀπόγονός τις τοῦ Ἡρακλέους τυγχάνων, ἐκράτησε τῆς τυραννίδος ἐν Θετταλίᾳ, ἢ ἀπορῶντες τί δεῖ ποιεῖν μετεπέμψαντο εἰς συμμαχίαν τὸν Φίλιππον, ὅτε ἐκεῖνος ἐλθὼν ἐξέβαλε τοὺς Ἀλευάδας ἐκ τῆς τυραννίδος, καὶ ὑπὲρ τούτου χάριν αὐτῷ ἀπένειμαν Παγασὰς, καὶ τὰ χρήματα τὰ ἐκ τῶν λιμένων καὶ τῆς ἀγορᾶς. *Aleuas quidem ex Herculis familia, Thessaliae tyrannide in Thessalia potitus est. Deinde hujus etiam liberi, quum eos Thessali nec ferre possent, & quo se verterent nescirent, Philippum adsciverunt in auxilium, is cum venisset Aleuadas tyrannide dejecit; ob quod beneficium gratum suum animum declaraturi, usumfructum Pegasarum, portoriorum item, ac mercatuum vectigalia illi concesserunt.* Salvagn. *Alebes* vel *Abesses* Sarrav. vid. Schol. Pind. viii. Nem. 104. Herodot. lib. ix. 57. Aristid. tom. iii. Orat. p. 278. Aleuarum unus *Simus* memoratur ab Harpocratione in Σῖμος, ubi vide Valesium. illum servisse Philippo dicit. Simi filium Aleuam facit Schol. Theocr. Idyl. xvi. 34. Thessali Aleuae venatoris, qui a Dracone fuit amatus, & oscula solebat a serpente ferre, meminit Tzetz. Chiliad. iv. ℣. 325. de Aleuadibus multa Valesius ad Harpocr. in *Τετραρχία*. & ad proleg. Sozomeni. Ex Aleuarum familia Scopas, de quo infra ℣. 513. Burm.

327. *Utque Milo.*] Milo Pisam Elidos tenuit. Hic cum Pisaeos variis cruciatibus afficeret, ab ipsis in Alpheum fluvium, Pisam praeterfluentem, demersus est. Est autem *Tyrannus* communis generis: nam Theodosii Grammatici est regula, quod nomina professionem aut dignitatem significantia sint communis generis, ut *hic & haec dux, hic & haec Philosophus.* Interpres. Isaacus Casaubonus Notis ad triginta Tyrannos Trebellii Pollionis sub finem, ubi de nomine *Tyranni*, hunc locum veteris interpretis adducit. Verum quis ille sit *Theodosius* Grammaticus haud compertum habeo, nisi Macrobius intelligendus, qui Theodosius itidem dictus. Sanctius ait quosdam legere *Philo*, quomodo etiam Lugdunensis quaedam editio praefert. Quare nescio an rescribendum, *ut Phido, sub quo*, &c. & de Phidone Argivo intelligendum, quem Pausanias in Eliacis posterioribus, cap 22. ait, τυράννων τῶν ἐν Ἕλλησι μάλιστα ὑβρίσαντα. Strabo vero lib. viii. δυνάμει δὲ ὑπερβεβλημένον τοὺς κατ' αὐτόν. Quid egerit in Elea & Pisatide videre est apud ipsos. Sed hoc divinare est, nihil enim de Phidonis morte referunt, eam verisimiliter non omissuri, si Pisaei Phidonem in Alpheum conjecissent, ut is quidem mensuras & pondera fertur invenisse, teste Plinio lib. vii. cap. 56. Hinc appellatae mensurae *Pheidoniae*, de quibus Strabo loco laudato, Julius Pollux lib. x. cap. 45. Pindari Scholiastes. Neque vero dubium est, quin per *occultas aquas* Alpheus ille Poëtis celebratissimus intelligatur, qui per occultos meatus magnum spatium maris emetiri dicitur. Nam & Virgilius lib. iii. Æneid. 695. eandem vocem usurpavit. Qua de re, praeter veteres, Thomas Fazellus Decad. i. lib. iv. cap. i. Cl. Marius Aretius in Chorographia Siciliae, Vincentius Mirabella Syracusarum Topographiae Scriptor, Philippus Cluverius Siciliae Antiquae lib. i. cap. ii. Salvagn. *Utque Milon* Jureti, Sarrav. & duo alii: quomodo & in Solini vetustissimis exemplaribus exaratum occurrit cap. i. Heins. vid. ad met. xv. 229. *utve* Moreti. *atque malo* alter Regius. *ut Milo* Ed. Micll. deinde, *ipsa Tyranno* Francof. & Heinsii unus. *Milon* etiam inf. 611. scribitur. Quod vero de Theodosio adnotat Salvagnius, verosimile est, intelligi Macrobium, qui saepe ut Grammaticus citari solet. vid. Vossium de Analogia lib. i. cap. 15. & ita Avieni Fabulae inscriptae Theodosio, id est Macrobio, leguntur. Sub ejus

no-

Ab Jove venerunt, te quoque tela petant.
Aut ut Amastriacis quondam Lenaeus ab oris,
Nudus Achilleâ destituaris humo.

Ut-

nomine superest opusculum Grammaticum de differentiis & societatibus Graeci Latinique verbi, inter veteres a Putschio editum Grammaticos tom. ii. p. 2727. Burm.

328 *Aquas occultas.*] An forte Alpheum fluvium praeterlabentem intelligit, qui subter mare in Siciliam lapsus, Arethusae fonti sese immiscet? Egnatius. per *occultas aquas* Alphaeum judicio nostro intelligit, qui per occultos meatus ex Arcadia in Siciliam dicitur labi. Unde est illud Virgilii iii. Aeneid. 694.

—— Fama est huc Elidis amnem
Occultas egisse vias subter mare, qui nunc
Ore, Arethusa, tuo Siculis confunditur undis.

Const. Fan.

329. *Quaeque in Adimantum.*] Adimantus, Rex Phlesiae, indignans superis obedire, & ipsi Jovi, fulminatus est, ut ait Gallus. Interpres. *Phyllacia regna* Thessala expone, a Phyllo urbe Thessaliae, de quo meminit Strabo. nunc enim Thessalorum fit mentio. qui *Philesia* legunt, vel *Pylesia* corruptis codicibus adhaeserunt. Const. Fan. Adimantus Phyletiae rex, Ponto conjunctae, sive (ut alii volunt) Thessaliae, deorum contemptor, diis sacrificare neglexit, se ipsis majorem praedicans. quare à Jove (ut vetustissimus exponit interpres) fulmine ictus interiit. Meminit in dialogis Plato cujusdam Adimanti: sed nihil ad hunc locum. Zarot. Meminit & Polybius alterius cujusdam, libro quarto, quem Lacedaemone in foro, à diversae factionis juventute confossum scribit: dum Macedones, ut conservatores Laconum, defendit: Sed neque hoc ad rem praesentem. Illud addendum, fuisse & deum, sive heroem quendam Ponticum, *Philesium* nomine, qui apud Trapezuntios colebatur, ut indicat Arrianus in περίπλῳ Euxini. Quanquam hoc loco *Phylesia* regna, per y, scribendum magis putem, versus gratia, sive à Phylete aliquo, hoc nomine, sive aliunde tractum. Caeterum sunt qui neque hoc, neque illo modo scribant, sed *Phyllaia* regna à Phyllo Thessalica urbe, ut ipsis placet. Nam & Adimantum hunc Thessalum fuisse. Quod quidem illorum judicio relinquo. Micyll. hic ego Davus sum non Oedipus, nam quod vetus Interpres ait, *Adimantum Regem Philesiae indignantem superis obedire & ipsi Jovi, fulminatum esse*, nuspiam mihi lectum. Caeterum pro *Philesia* quod omnes editiones invalerat, edendum curavi *Phliasia*, nusquam enim *Philesiam* gentem invenio, *Phliasiae* vero complures meminere, tum Aelianus in Epistola Callipidis ad Cnemonem, Stephanus, Hesychius, Author Etymologici, Scholiastes Aristophanis in Acharn. Haec nomen habet à Phyla Oeneidis Tribu in confinio Boeotiae, qui locus egregio Thrasibuli facinore pro patriae libertate nobilis fuit, de quo Diodorus Siculus lib. xiv. Xenophon Histor. Graec. lib. ii. Lysias oratione κατὰ Ἐρατοσθένους. Philostratus de vita Apollonii. lib. vii. cap. 2. Clemens Alexandrinus Strom. lib. i. Salvagn. *Quaeque ad biniantem* unus Gallicus. *quaeque in Achimarum* alter Regius. *in Amidantum* prior Regius. *sceptra tenentem* Medic. unus. mox *ab Jove* alius Mediceus. Pius ad Val. Fl. i. 662. notat quosdam legere, *Quique in Acidimaton Pisaea regna tenentem*, & intelligere Salmonea, qui in Elide regnavit, & a Jove fulmine ictus fuit. Sed forte hic respicit Asopon fulmine a Jove percussum, quia indignatus filiam Aeginam ab eo raptam & corruptam, illi bellum inferre meditabatur. Vide egregie ejus furorem describentem Stat. vii. Theb. 316. & seqq. Asopus vero circa Phliunta labitur, teste Scholiaste Pindar. iii. Nem. princ. Ὁ Ἀσωπὸς οὐχ ὁ Ἀσίης, ἀλλὰ περὶ Φλιοῦντα ἐν τῇ Νεμέᾳ, & idem Pausanias lib. ii. cap. 5. adfirmat, & Asopum vocat *Phliasium*: & cap. 12. Asopum Celusae & Neptuni filium invenisse amnis aquam, quem ab illo Asopum vocant Diodorus lib. iv. p. 190. Asopum, Phliunta habitantem, duxisse Methonem Ladonis filiam, & inter alios suscepisse Aeginam narrat. Schol. vero Pind. ad vi. Olym. 144. *Metopen* vocat filiam Ladonis, & in nominibus filiarum discrepat a Dionysio: confundens Asopum Boeotium cum Phliasio, quos Pausanias distinguit. vid. Spanh. ad Callim. in Del. ℣. 78. *Adimantus* vero est ex Graeco Ἀδείμαντος, *impavidus*, quod nomen ipsi a Graeco datum Ovidius forte arripuit, ut animum & audaciam fluminis furiosi, ut a Statio describitur, exprimeret. Hoc vero nomine memoratur *Adimantus* Corinthiorum Dux a Suida in Ἀδείμαντος, qui eumdem facere videtur, qui Leucolophi filius dicitur ab Aristophane in Ranis Act. v. 5. cap. 5. nam Suidas eum a comicis traduci ait. Herodotus tamen lib. viii. 5. Corinthium, & Ocyti filium facit, & ipsi cap. 61. hoc dictum tribuit, quod Suidas Adimanto Leniolophi filio. Confundit ergo duos Suidas. nam ille alter Atheniensis Leucorophidae, vel, ut alii, Leucolophidae filius dicitur Xenophonti Hist. Graec. lib. i. p. 490. ubi male *Leucorophidae filius* dicitur, pro *Leucorophides*, & forte legendum, Ἀδείμαντος Λευκολοφίδης. Aristaei Corinthii Adimanti filii meminit Thucydid. lib. i. cap. 6. quem Aristaean vocat Herod. lib. vii. 137. *Adimantus* Lampsacenus, adulator Demetrii regis, memoratur ab Athenaeo

lib.

Utque vel Eurydamas ter circum busta Thrasylli
Est Larissaeis raptus ab hoste rotis.

lib. vi. 16. *Adimantus* etiam Platonis frater Laert. lib. 3. Alius, qui testamentum Theophrasti commune servaret, v. 57. hoc ergo nomen Asopo potuit dare Naso, vel ab alio datum praeferre, quia per ambages caecum hoc carmen emisit. Obstare potest, quod dicatur regna tenuisse Phliasia, cum alii advenam vel inquilinum Phliuntis faciant, Regoutae Arante. Sed potuit alios auctores secutus esse Ovidius. BURM.

331. *Aut ut Amastriacis.*] Lenaeus Rex Amastriacum captus à Mithridate Paphlagoniae Rege, in terro Achillis, in Ponto insula solus relictus est, ubi fame periit, ut Favorinus ait:

Veste ibogue carens Lenaeus, cum tamen esset
Rex, quasi Nicolas, hac quoque morte perit.

INTERPRES. Anium intelligit Bacchi pronepotem, si cum Codro non fallimur, de quo ita fabulam texit Diodorus lib. vi. Staphylo ac Chrysotheidi tradunt fuisse filias tres, Molpadiam, Rheam, Parthenium. Rheam ab Apolline compressam gravidam esse factam. Patrem iratum, tanquam ab homine compressam, filiam in arca inclusam in mare dejecisse, quae cum in Delum appulisset, filium peperit nomine Anium. Mulier praeter opinionem salutem adepta, infante post partum supra Apollinis altare posito, Deum oravit, uti si ex eo genitus esset, servaret. Apollinem dicunt, abscondito infante, ejus educandi curam cepisse, doctumque deinde divinandi artem magno honore affecisse. Hactenus Diodorus. lege autem non *Achilleo humo*, sed *Apollinea*, Delum intelligens, ubi Anius a matre relictus fuit. Nec te fugiat Staphylum Anii avum, Bacchi filium fuisse, unde *Lenaeus* hoc loco *Anius* appellatur, Bacchi pronepos; cui *Lenaei* cognomen est inditum, ἀπὸ τοῦ ληνοῦ, id est a lacu, ut Servius, Eusebius & Diodorus scribunt. Interdum *Limnaeum* eundem deum legimus appellatum a Limnis Atticae vico, ubi templum habuit, teste Aristophanis commentatore in Ranis. CONST. FAN. Strab. lib. xii. Μετὰ δὲ τὸν Παρθένιον ποταμὸν ἐστιν Ἄμαστρις, ὁμώνυμος τῆς συνῳκικυίας πόλις. Et rursum: Ἡ δὲ Ἄμαστρις γυνὴ μὲν Διονυσίου τοῦ Ἡρακλείας τυράννου, θυγάτηρ δ' Ὀξυάθρου, τοῦ Δαρείου ἀδελφοῦ τοῦ κατ' Ἀλέξανδρον, &c. Eadem & Steph. nisi quod apud illum corrupte Ἡρακλέης, pro Ἡρακλείας scribitur. Fuit autem eadem haec urbs, Κρῶμνα aliquando dicta, ut apud Hom. Κρῶμνάν τ' Αἰγιαλόν τε, καὶ ὑψηλοὺς Ἐρυθίνους, autor Stephan. Tametsi rursum Arrianus in Periplo, sive Itinerario Euxini, diversas faciat Amastrim & Cromnam. Sed hoc nihil ad rem praesentem. MICYLL. Domitius. *Amastris urbs est in peninsula, habens portus ex utraque parte, quam condidit Amastris, Oxyaris filia; uxor Dionysii Tyranni Heracliensis. Hic Dionysius Lenaeus dictus est, qui expulsus à Mithridate, aufugit in* Ἀχιλλέως δρόμον, *in locum, quem cursum Achillis appellant, ubi à suis desertus periit, omni destitutus ope.* Zarottus paulo aliter, omnes sine Authore, praeter commentitium Favorinum veteris Interpretis. An Dionysius ille, cujus meminit Strabo lib. xii. ideo *Lenaeus* ab Ovidio dictus, quod utroque nomine Bacchus appelletur, ac proinde idem videatur esse Dionysius & Lenaeus, haeret mihi aqua. Amastris civitas est Ponti, de qua Strabo loco citato, Memnon in excerptis alique, quo in tractu est & Leuce Insula, *Borysthenis ostio objecta, parva admodum, & quod ibi Achilles situs est, Achillea cognomine*, ut verbis utar Pomponii Melae lib. ii. cap. 7. Eamque per *Achilleam humum* indubitanter Ovidius intelligit. Cujus votum est, ut in illa Ibis nudus destituatur, quoniam, ut inquit Ammianus lib. xxii. *Insula Leuce sine habitatoribus ullis Achilli est dedicata. In quam si fuerint quidam forte delati, visis antiquitatis vestigiis, temploque & donariis eidem Heroi consecratis, vespere repetunt naves. Scinus enim non sine discrimine vitae illic quemquam pernoctare.* Ibi namque fama erat Achillis & aliorum Heroum animas εἰλεῖσθαι ἐρημαίας ἀνὰ νάπας, *versari desertas per valles*, ut ait Dionysius Alexandrinus in Periegesi versu 546. Ipsumque à multis & visum & auditum esse narrant Maximus Tyrius Orat. 27. Arrianus in Periplo Ponti Euxini. Quin etiam fabulantur Helenam in ea Insula post obitum Achilli nuptam, ut videre est apud Philostratum in Heroicis. Eoque pertinet quod Pausanias in Laconicis de Leonymo Crotoniate, Conon narrat. 18. de Autoleonte scriptum reliquerunt. Proditur & hoc miraculum, quod aedem Achilli sacram in eadem Insula nulla ingreditur ales, & quae fortè advolaverit captim fugam properat, teste Solino cap. 22. Plinio lib. 10. cap. 29. cum alioqui avibus abundet, quamobrem Euripides πολύορνιθον appellat; & fané dicta est Leuce, quod, ei quae insunt, animalia alba sunt, quod de Laris, Cycnis & Ciconiis interpretatur Tzetzes in Lycophronem. Quanquam Arrianus à colore Insulae sic denominatam ait. Sunt autem qui Dromon Achillis cum Leuce confundunt, quam 25. m. pass. ab illo distare Plinius author est lib. 4. cap. 12. SALVAGN. *Amastricis* unus Heinsii. *Amastricis* Petavian. *Larnaeus* Sarrav. *Lenaaeus* duo. *Lipheus* Octavian. deinde *nudus Acineo* Moreti. *Achanaea* unus Heinsii. Nescio vero, an non Mithridates hic intelligatur, qui *Dionysii* nomen etiam cepit, & qui ab Amastriacis, id est Ponticis, regionibus (a

Vel qui, quae fuerat tutatus moenia saepe,
Corpore lustravit non diuturna suo:

parte totum intellige) desertus ab omnibus in Chersonesum & Bosporum Cimmerium fugit, quam *Achilleam humum* vocat a vicina Achillis peninsula. Omnia in hoc carmine caecis historiis involuta & ambagibus, ut praemonuit paulo ante. BURM.

333. *Utque vel Eurydamas.*] Callimachus dicit Eurydamantem & Thrasillum inimicos fuisse; Eurydamantem vero à Simone Larissaeo circa tumulum Thrasylli raptatum esse. INTERPRES. Certe multa sunt frugi apud hunc Interpretem, qui caeteris facem praetulit. Dydymus enim ad Iliad. χ' eadem narrat de Eurydamante ex ipso Callimacho. SALVAG. Eurydamas Medus ex Homeri interpretis testimonio fuit, qui circa Thrasylli fratris tumulum à Simone Larissaeo tractus est. EGNATIUS. Hunc Eurydamanta Medum fuisse Codrus ex testimonio Interpretis Homeri probat, qui circum Thrasylli fratris tumulum a Simone patria Larissaeo tractus fuit. CONST. FAN. In Comment. Graecorum, quae in Homerum feruntur, Iliad. χ. 398. ita legitur: ὁ δὲ Καλλίμαχός φησιν, ὅτι πάτριόν ἐστι Θετταλοῖς, τοὺς τῶν φιλτάτων φονέας σύρειν περὶ τοὺς τῶν φονευθέντων τάφους. Σίμωνα γάρ φησι Θετταλὸν τὸ γένος, Εὐρυδάμαντα τὸν Μειδίου σύραι φησὶν, ἀποκτείναντα Θράσυλον (sive Θράσυλλον potius, ut hic, scribendum) τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, ἐξάψαντα τῷ δίφρῳ πρῶτον. τοῦτον γὰρ ἐξάψαι τῷ δίφρῳ τὸν φονέα, καὶ περὶ τὸν τοῦ τετελευτηκότος τάφον ἑλκύσαι, &c. MICYLL. Ibidi vita functo raptationem corporis imprecatur, exemplis ductis ab illis tribus, quorum historiam tribus distichis exequitur. Hic mentio fit de Eurydamante Medo, à Simone Thessalo circa Thrasylli fratris tumulum tracto, ex more Thessalorum, de quo Didymus Homeri Scholiastes ad Iliad. χ' ex Callimacho, ubi pro Θράσυλον legendum haud dubie Θράσυλλον. Quam historiam frustra quaeras apud alium Scriptorem. Dictum autem *Larissaeis* pro Thessalis, à Larissa Thessaliae urbe. SALVAGN. *Eurydamus* duo Regii. in Scholiaste vero Homeri non *Eurydamas* Medus dicitur, sed τοῦ Μειδίου, filius Mediae vel Midiae. Baptist. Pius ad Plauti Mostell. ii. i. 5. de Hectore capere quosdam ait, & *Eurydamantem* vocari, *late domantem*, *Thrasyllum* vero *audacem*, & esse Patroclum. legit etiam *Magnus ut Eurydamas* &c. nec alienus sum ab hac explicatione, quae jam olim antequam unquam vidissem Pium, mihi in mentem venerat. Nam sub illis epithetis, ut modo sub *Adimanto* Asopus, latent viri, quos proprio nomine nolebat clarius exprimere. sed retinebat me sequens distichon, quod de Hectore agit, nisi de eodem duobus distichis egisse Poëtam credimus, vel sequens distichon alium quem, cui simile Hectori fatum obvenit, indicat: sed hoc est hariolari. Acquiescamus ergo in interpretum priorum sententia. BURM.

335. *Vel qui, quae fuerat.*] Hector ab Achille interfectus tractus est circa moenia Trojae, ligatus ad currum, ut dicit Virgilius. INTERPRES. Ita Pentadius in Hectoris tumulo:

Hunc ferus Aeacides circum sua moenia traxit,
Quae juvenis manibus texerat ante suis.

Virgilius in Culice usus est etiam verbo *lustrare* in his:

Hic erat Aeacides vultus elatus honore
Alter, Dardanio fusis quod sanguine campis
Hectoreo victor lustravit corpore Trojam.

Dixit autem Naso *non diuturna*, quae Hectore interempto captu faciliora erant. Unde Horatius ad verbum ex Homero:

—— *& ademptus Hector*
Tradidit fessis leviora tolli
Pergama Grajis.

Et Higynus Achillem exclamasse dicit, cum Hectora raptaret, *expugnavi Trojam*. Ideo Pindarus Olymp. Ode 2. Hectora Τροίας ἄμαχον ἀστραβῆ κίονα. *Trojae inexpugnabilem & firmam columnam vocat*, & C. Silo canebat:

Ite agite, ô Danai, magnum Paeana canentes;
Ite triumphantes, belli mora concidit Hector.

SALVAGN. *Tutatus pergama* unus Heinsii.

337. *Utque novum passa.*] Limone, Hippomenis filia, cum quodam adultero deprehensa; & hic quidem Hippomenis currui alligatus foede distractus est; illa vero cum equo ferocissimo inclusa, ab eo dilacerata est, unde Darius:

Limone moritur, sed causa est mortis adulter,
Altera causa fuit moechus, & altera equus.

INTERPR. Historia vera, ut in Commentariis nostris ostendimus, sed commentitia Darii nescio cujus authoritas. SALVAG. *Passa genus Hippomeneide poenae, Tractus in Actaea*, &c. Aldina editio habet. Quanquam hoc, an illo modo legas, non multum interesse videtur. Caeterum de Hippomene, & quo supplicio idem filiam suam affecerit, Suidas in hunc modum tradit: Ἱππομένης, inquit, Ἀθηναίων ἄρχων, ὃς ἐξέπεσε τῆς ἀρχῆς δι' αἰτίαν τοιάνδε. ἦν αὐτῷ θυγάτηρ, ἥν τινα τὴν αὐτῆς παρθενίαν αἰσχύνασαν λάθρα, ὑπ' ὀργῆς καθεῖρξεν ἐς οἴκημα ἔρημον σὺν ἵππῳ, καὶ προσθεὶς οὐδετέρῳ οὐδεμίαν τροφὴν, ὑπὸ λιμοῦ ὁ ἵππος, ἐφορμήσας τῇ παιδὶ, ἀπολλύει τε αὐτὴν, καὶ αὐτὸς ὕστερον ἀπέθανε. μετὰ ταῦτα ἐπωνομάσθη ἀπ' αὐτῆς ὁ τόπος, ὃς ἐκαλεῖτο ὁ χῶρος ἵππου καὶ κόρης. Tantum ille. MICYLL. Historiam narrat

Utque novum passa genus Hippomeneide poenae,
Tractus in Actaea fertur adulter humo:
Sic, ubi vita tuos invisa reliquerit artus,
340 Ulcores rapiant turpe cadaver equi.

Vis-

Hesychius Ponticus. [illegible] in hunc prodium. [illegible] in hunc modum, *Hippomenis*, *Cadridi*, *volens diluere adulterii malum atque esse eximatis calumniam*, *filia Limonis cum flagrantes deprehensa*, *illam quidem una cum filia equorum alligatum necavit*, *filiam vero cum equo domum inducit*, *domi morietur*. Alii quidem puellae necem prodiderunt, amatoris nemo, praeter Hesychidem & Ovidium. Quaedam editiones sic habent: *Utque novum passa est genus Hippomenia poenae: Tractus in Actaea fertur adulter humo.* Quam lectionem Valerius probat. Micyllus non multum interesse putat, hoc an illo modo legatur. Ego Aldinam secutus sum. Primum, quod sequens distichon Nasonis votum continens, ad Hippomenis filiam nullo modo pertinere videtur, deinde quod Limonem interfectum vers. 461. commemoratur. Sensus est, ut Ibis mortui corpus eodem modo rapiatur, quo tractus fertur amator Limones, noxio supplicio affectus. *Addatur* autem dictus pro amatore, ut apud Horatum lib. III. Od. 16.

Incolumem Davnam miseris abiret
Vlcisciscaque foret, & virginis canaris
Triplex excubias, mauiraret satis
Noctiuagi sib adulteri.

Nam licet Hesychides voce μοιχὸν usus sit, quae pro adultero plerumque usurpatur, hic tamen pro corruptore capiendam est, quia Limonem inuptam fuisse testatur Æschines in Timarchum: cujus verba proferemus, ubi de ipsa mentio erit: alioqui propriè *adulterium*, inquit Papinianus, *in nupta committitur propter partum ex altero conceptum, compositio nomen. Stuprum vero in Virginem vidua committitur*, quod Graeci φθορὰν appellant. leg. 6. §. 1. D. ad legem Juliam de adulteriis. Per *Actaeam humum* Athenae intelligendae, quoniam Attica prius *Acte* dicta, authore Strabone initio lib. IX. Solino cap. 13. Plinio & aliis. Salvagn. *Hippomeneide* nonnulli veteres. Scribe:

Utque novum passa genus Hippomenide tulit.

Ad Limones adulterum enim hoc distichon est referendum. de Limone ipsa agturus est infra ỷ. 459. & versu proximo forte scribendum, *Tractus Arethusa humo*, nam veteres, *Tractus & Actaea.* Interpres. *Utque n. passa est poenas genus Hippodamiae* duo codices cum pr. Edit. vid. Heinsi. frag. Add. ad Tibul. Brouchusii. p. 466. de Limone vid. Meurs. Ath. Att. III 6. & de Arch. I. 6.

338. *Tractus in Actaea.*] lege, *& Actaea*, non *in Actaea*, Const. Fan.

339. *Invisa.*] *Invia* tres codices. *invisa* Mentel.

340. *Turpe cadaver.*] *Triste* Sarrav.

341. *Vistura sic aliquis.*] Tangit quod Nauplius pater Palamedis, fraude Vlyssis interfecti, Graecos Troia reverteutes, posito igne in Caphareo monte naufragio perdidit. Interpres. Magis placet ut *scopulus* quam *scopulis* legatur, licet & hoc possis tueri. Const. Fan. Simillima est illa Thyestae imprecatio apud Ennium, ad quam forte Naso alludit:

Ipse furenuis saxis saxus asperis
Eviscerarer, laterependens, saxa spargens tabo,
Sanie, & sanguine atro.

De qua quidem execratione, sic Tullius lib. I. Tuscul. *Exeratur iucundis sane versibus apud Ennium Thyestes, primum ut naufragio perdat Atreus; durum hoc sane, tolis enim interitus non est sine gravi sensu; illa mania, ipse summis saxis*, &c. Rursus in L. Pisonem: *Neque vero ego, si unquam verbis malo precarer, quod saepe feci, in quo Dii immortales meas preces audiverunt, morbum, aut mortem, aut cruciatus precarer. Thyestae ipsa execratio est, Poëtae enim animos non sapientum movent.*

Ut ut naufragio expulsus, ipsiam saxis saxus asperis
Eviscerarem.

Nonius in *spargere* alterum illorum versuum ex lib. XIX. Lucilii adducit. Sed ego lubens Hieronymo Columnae subscribo, qui putat Lucilium hanc Ennii execrationem suis interseruisse poëmatis tanquam vulgo jactatam, & inde Nonium Lucilii existimasse. Quod superest, Interpretes omnes hunc Ovidii locum de Nauplio capientes, tantum ab Ovidii mente absunt, *quantum Hypanis Venato differet Eridano.* Tu de Locrensibus interpretare, qui post eversam Trojam in patriam redeuntes, ob unius Ajacis noxam in Euboeae promontoriis misere naufragio perierunt. Virgilius lib. I. Æneid.

Pallasne exurere gentem
Argiuum, atque ipsos potuit submergere ponto,
Unius ob noxam, & furias Ajacis Oilei,
Dejecitque rates, eversisque aequora ventis.

Idem

Viscera sic aliquis scopulus tua figat, ut olim
Fixa sub Euboïco Graja fuere sinu.
Utque ferox periit & fulmine & aequore raptor,
Sic te mersuras adiuvet ignis aquas.

345 Mens

idem narrant Homerus lib. IV. Odyss. Calaber lib. XIV. Euripides Troadibus. Lycophron Cassandra. Philostratus Icon. lib. II. Timaeus Locrus lib. II. Historiar. Horatius Epode 10. Seneca Agamemnone. Itaque Germanam eam esse Nasonis mentem ex eo etiam patet, quod Ajacis ipsius interitus distichio proximo subjicitur. Salvagn. *Scopulus* sex scripti. Heins. *Scopulo* duo Heinsii. mox *Graeca sub E. fixa f.s.* Gallicus unus.

341. *Vistura.*] Ante hoc distichon in Franc. & tribus aliis, & pr. Edit. sequebatur:

Deinque Sarmaticas inter Geticasque sagittas,
Hic precor ut vinas & moriare locis.

Nisi quod in uno Gallico erat, *Scythicasque sagittas.* &, *& vinas* in uno Heinsii, *nec moriare* in alio. deinde in plurimis & pr. Edit. sequebatur. 441.

Utque ferox Phalaris &c.

Et tunc in quatuor & pr. Edit. 463.

Aut ut Cassandrus &c.

Addebat pr. Edit.

Aut perusa, periit sicut Cassandrius ille,
Quem sua gens mersit in amne Lyci.

343. *Utque ferox.*] Aiax Oilei cum Vlysse Palladium rapuit, quare à Jove fulminatus est, & in mari demersus prece Palladis. Interp. Hic Aiax Oilei fuit, de quo etiam Vergil. I. Æneid. meminit. Huic Pallas infensa, propter stupratam in templo ipsius Cassandram, in reditu, cum circa Capharcum promontorium Euboeae & ipse & caeteri Graecorum navigarent, tempestatem concitavit, qua caeterorum quidem naves, aliae dispersae, aliae scopulis illisae fuere: ipse autem Aiax etiam fulmine percussus. Utramque igitur rem Poëta tangit, priore distichio navium collisionem atque periculum, posteriore autem ipsius Ajacis interitum. Micyll. Ajax Oilei Cassandrae raptor, de quo Virgilius loco proxime laudato:

Illum exspirantem transfixo pectore flammas
Turbine corripuit, scoploque infixit acuto.

Sed enim Timaeus Locrus lib. II. Historiarum Ajacem naufragio evasisse, & in patriam reversum prodidit. Salvagn. *Periit a fulmine* alter Petav. *& flumine* Moreti.

345. *Mens quoque.*] Pentheum tangit, qui à matre dilaceratus est. Interpres. Sic & ipse in Metamorphosi de Marsya ỷ. 388. *Nec quicquam nisi vulnus erat.* Egnatius. Idem VI. Met. *Nec quidquam nisi vulnus erat.* Addit Plutarchus in Alcibiade, Marsyam suffocarum fuisse ab Apolline. Reperio tamen apud Stephanum in dictione *Damascus* hujusmodi fabulam. Gigantem quemdam, Ascum nomine, una cum Lycurgo Bacchum devinxisse, inque Bardinem fluvium dejecisse. Mercurium autem Baccho vinculis liberato Ascum excoriasse. Item hanc alteram. Cum Bacchus in Syria vineam plantavisset, Damascum Mercurii & Alcmedes Nymphae filium eam securi excidisse, quamobrem iratus Bacchus eum insecutus pelle nudavit. Ego utramque hanc fabulam huic loco censuerim magis, quam Marsyae fabulam convenire, cum quia Lycurgi statim Ovidius intulit mentionem, qui a Baccho fuit supplicio affectus. tum quia infra Marsyae excoriationis meminit, ut, *Nudaque direpta pateant tua viscera pelle, ut Phrygii cujus nomina flumen habet.* Nisi velis dicere Nasonem hic furorem, illic Marsyae poenam imprecari: sed hoc non ignorandum, Marsyam Hyagnis filium fuisse, ut ex Philippi constat epigrammate libro Graecorum Epigrammatum primo. Tradit etiam Zenobius in proverbiis, quod non praetereundum videtur, Apollinem cum Marsyam, ut excoriaret, ad pinum suspendisset, etiam Babyn ejus fratrem voluisse interficere; sed Pallade causante, quod pejus tibia uteretur, dimisisse: unde in homines quotidie quid pejus laborantes, natum esse proverbium, κάκιον Βαβυς ἀυλεῖ, *Pejus Babys tibicinatur.* Const. Fan. Non de Marsya intelligendus hic locus, neque enim ille furiis agitatus usquam legitur, sed de Ajace Telamonio, qui toto corpore invulnerabilis fuit, praeterquam ea parte, ubi pelle Herculis leonina infans contectus non fuerat. Ita enim in Comment. Homeri legitur Iliad. penult. Γέγραπται, ὅτι ἔτυχον Ἡρακλῆς τῇ τοῦ Σαλαμῖνι κατὰ τινα χρείαν πρωτοπλόσας. Τελαμῶνα δὲ ἔρχεται θυσίας τῶν παίδων ἀπόνων ἐπιφάς εἰς ὁ Ἡρακλῆς, καὶ ἀναλαβὼν τὸν παῖδα, περιβαλὼν λεοντῇ, ἐφ' ἃ εἶχε τοῦ ἀυτοῦ γένους ἄτρωτον. ὁ δὲ ἐρξέφα, καὶ τὸ πᾶν τοῦ σώματος ἐγένετο ἄτρωτον, πλὴν τοῦ αὐχένος (five, ut alii, τῆς πλευρᾶς) τοῦτο γὰρ ἐδόκουν τοῦ πατὴρ τόξον τὸ μέρος μὴ περιβεβλῆσθαι τῇ λεοντῇ, &c. Eadem ferè & Pindarus Ode Illmorum sexta. De insania autem & furore Ajacis, ex quo idem se postremo interfecit, extat tragoedia Sophoclis, quae inscribitur Αἴας μαστιγοφόρος, Micyll. Nihil durius insania & furore, quae sunt Deorum tela, imprecari potuit, qua de re luculenter sanè Lycurgus Orator contra Leocratem, Cicero de Aruspicum Responsis, item oratione in Pisonem. Hoc distichio significatur Ajax Telamonis filius, de cujus furore extat Sophoclis Tragoedia, quae inscribitur Αἴας μαστιγοφόρος. Meminerunt

345 Mens quoque sic furiis vecors agitetur, ut illi,
Unum cui toto corpore vulnus erat.
Utque Dryantidae Rhodopeïa regna tenenti,

In

& alii passim. Is corpore toto invulnerabilis erat, praeter insitum locus, vel ut alii volunt, jugulum. Unde Naso *unum* illi *vulnus* fuisse dicit. Nam cum Telamon quodam tempore pro liberis sacrificaret, Hercules cervo insagnatus, hospitioque excepta feris interfuit, simul Jovem precatus, ut Telamoni proles masculа nasceretur, eisque votum Aquilae praetervolantis omine comprobatum est, indeque puer Ajax dictus, quem adultum Hercules leonina sua induvit, eique illam dono dedit, qua tectus saucari non poterat, praeterequam in ea corporis parte, ubi Leonis pectoralis pellis erat in usum gestandae plectunae, ut Scholiastes Homeri Iliad. ψ. Tzetzes *in Lycophronem*, Sophocles Scholiastes *in Aiacem flagellifer*um, Suidas in voce Αἰακίδης prodiderunt. Paulo aliter Pindarus Isthm. Ode VI. Apollodorus lib. III. Philostratus in Heroicis. Certe vetus Ovidii Scholiastes, & post eum Domitius, Zarotus, & Egnatius, nunc locum de Marsya interpretantur, propterea quod Ovidius lib. VI. Metamorph. de Marsya pelle spoliato sic canit:

Clamanti tulit ef funimus diruptu per arma,
Nec quicquam nisi vulnus erat.

Ipsum autem furore actum Isis in flumen sui postea nomenis demersisse docet hic Suidae locus. Ἰσὶς ἐξαγριάνας αὐτὸν ἔστειλε εἰς τὸ πέλαγος, καὶ ἐκεῖσε, καὶ ἐξαφανὲς ἐγένετο. Magnus. In quam tentat im, Egnatii praeeuntis authoritate ductus primum inclinaveram; nunc ab illa discedo Francisci Epistol. 22. lib. VIII. tum quod Ovidius utrique ejusmodi more suo consequenter memoriae vitio est, tum etiam quod serioso aliquot magni nominis enumeraturus, Ajacem Telamonium praetermisisse non deberet. Salvag. *Cui tentaret: primus* quo alii recte. Met. VI. de Marsya, *Nec quicquam nisi vulnus erat.* libro XV. de Hippolyto, *nemque erat omnia vulnus.* Heins. Sed contentus hic dicere volunt Poëta, illis locis, quae citantur viri docti, minimum ut Salvagnius Lege, uno tantum loco corporis potuisse vulnerari, vel ad xiii. Met. 392. *vidi factus tum demum vulnera capiat.* & ita hic *cui tous pedibus* duo scripti & prima edition. editi olim, *qui toto corpore vulnus habet.* Burm.

347. *Utque Dryantidae.*] Lycurgus Dryantis filius, qui filii cruus incidit, vel quia vites Bacchi extirparerat, vel quia cum matre concubuit, vesanus effectus, uno semper pede nudo ambulavit, quod tangit Horatius. Interpres. Lycurgum dixerunt, ut puto, Dryantis filium, quem μονοκρήπιδα Graeco epitheto appellatum invenio, quod in altero tantum pede calceum haberet. Hunc Homerus à Jove lumine orbatum cecinit, quare quod altero pede laesus esset, cultum pedis disparem Naso ingeniose dixit. Egnat. Lycurgum Dryantis filium intellige, de quo apud Hygiinum ita traditur: *Lycurgus Dryantis filius, Liberum de regno fugavit; quem cum negaret deum esse, vinumque bibisset, & ubrius matrem suam violare voluisset, tunc vites excidere est conatus: quod dicerat illud malum meditamentum esse, quod mentes immutaret. Qui infamia à Libero objecta, uxorem suam & filium interfecit. insumque Lycurgum Liber pantheris objecit in Rhodope, qui mons est Thraciae, regnes imperium habuit.* Hic traditur unum pedem sibi pro vitibus excidisse. Atque hunc μονοκρήπιδα Graeci quoque vocarunt, quod Ovid. significare volens, *In gemino dispar cui pedes cultus erat*, dixit. Porro de furoribus Lycurgi etiam Flaccus meminit primi Argonaut. 726. *Bistonas ad maritos cum cornua saeva Thyonaus Tersit, & infelix jam mille furoribus Haemus, Jam Rhodopes nemora alta fremunt, telum incita longis Portitibus conjunxque fugit, natique Lycurgum.* Micyll. *Lycurgo* Dryantis filio Thracum Regi, qui spreto & exagitato Baccho in furorem versus, ubias sibi succidit, cum vites excidere putaret, ut refertur ab Apollodoro lib. III. Hygino cap. 132. Servio in illud Virgilii lib. III. Aeneid.

Thraces arant: terri quondam regnata Lycurgo.

Hinc & μονοκρήπις Graeco epitheto appellatur Anthologiae lib. IV. cap. 8. Epigrammat. 44. quod nimirum in uno tantum pede calceum haberet, altero scilicet amputato, eoque Nasonem respexisse, cum ait, *In gemino dispar cui pede cultus erat*, primus omnium Urcens Codrus sermone primo, & post eum Egnatius, observarunt. De Lycurgi vero furore & interitu varie scribitur ab Homero Iliad. VI. & Eustathio in eundem, Diodoro Siculo lib. III. Sophocle in Antigone, inibique Demetrio Triclinio, Heraclide Pontico in Allegoriis Homericis, Hygino loco laudato, item cap. 232. Joanne Tzetza chiliade V. Historia 19. Lactantio in lib. IV. Statianae Thebaidos, Aristophanis Scholiaste in Equitibus, ubi de Crambe lepidam fabulam commemorat. Ejusdem meminit & Plutarchus lib. de audiendis Poëtis, item lib. de virtute Morali. *Rhodopeïa regna* à Rhodope Thraciae monte, unde Naso Epistola Phyllidis ad Demophoontem:

Quae tibi subjecit latissima regna Lycurgi,
Nomine foeminae vix satis apta regi.

Quae

In gemino dispar cui pede cultus erat.
Ut fuit Oetaeo quondam, generoque draconum,
350 Tisamenique patri, Callirrhoësque viro.

Nec

Quae passi umbrosum Rhodope glacialis ad Haemum,
Et fecer admissas exigui Hebrus aquas.

Sunt qui Lycurgum Arabiae non Thraciae Regem fuisse prodiderunt. Salvag. *Dryantidae* meliores Heins. *Thiantidae* unus. *Pelopia regna* duo cum prima editione. De Lycurgo vid. ad Petron. cap. LXXXIII. & Muncker Hygin. fab. CCXLII.

348. *In gemino dispar cui pedes cultus erat.*] Quia claudus effectus a Baccho, succiso pedi crepidam adjunxit, ut alteri aequalis longitudine foret. unde *monocrepida* id est, unum tantum gerentem crepidam, in Graeco epigrammate nominatum invenies. Cujus interpretationis idem Codrus fuit inventor: sed Papinianus interpres in IV. Theb. duos ait fuisse Lycurgos, Thracium & Lemnaeum, Thracumque in mare praecipitatum a Baccho, quia primus vinum aqua miscuerit. Const. Fan. *Ingenuo dispar* duo libri. *ingenio* totidem & Edit. quaedam. *ingenio haud dispar* Medic. unus & Edit. Domitii.

347. *Ut fuit Oetaeo.*] Hercules, & Athamas gener Cadmi & Hermiones, & Orestes pater Tisameni, & Penthides vir Calligones insani facti sunt. Interpres. *Hercule* ab Oeta Thessaliae monte, in quo se hominem incendio exuit, ita etiam dicto lib. VI. Fastor.

Appulerat ripae vaccas Oetaeus Iberas.

Et Propertio Eleg. I. lib. 2.

Troja bis Oetaei numine capta Dei.

De cujus furore Senecae Tragoedia extat quae inscribitur *Hercules Oetaeus.* Salvagn. *Aetaeo* Sarrav. & tres alii cum pr. Edit.

349. *Generoque Draconum.*] Athamanti genero Cadmi & Hermiones, quos in Dracones mutatos canit Ovidius lib. III. Metam. Ubi fuse de furore Athamantis. Salvagn.

350. *Tisamenique patri, &c.*] De Oreste intelligendus hic locus, qui, quod matrem occidisset, in furorem versus fuit. nota est fabula. Fuit autem hic pater Tisameni, ut ex Corinthiacis Pausaniae patet, ubi legitur, Ὀρέστου δὲ ἀποθανόντος, ἔτη τετταράκοντα τὸν ἄγχιστα, Ἑρμιόνης τῆς Μενελάου καὶ Ὀρέστου, Micyll. *Orestis* matricidae, cujus furor pervulgatus ex Tragicis. Unde Virgilio lib. IV. Aeneid. *Scenis agitatus* dicitur. Is Tisameni pater fuit, authore Polybio lib. II. Apollodoro lib. II. Strabone lib. VIII. Pausania in Corinthiacis & Achaicis, ubi multa de Tisameno. Velleio Paterculo lib. I. Eusebio in Chronicis, Tzetza in Lycophronem. Salvagn.

350. *Callirrhoëque viro.*] Quis dubitet *Calligones* male à Calderino legi? fabulamque absurde confingi? Tu igitur Alcmaeonem Amphiarai filium matricidam intellige, qui cum ad Phegeum Alphesiboeae patrem venisset, ut furore ac insania purgaretur, in quam ob matris Eryphiles necem inciderat, Alphesiboeam, dato prius illi monili, in uxorem purgatus accepit, inde profectus Callirrhoëa Acheloi filiam adamavit. Cumque illa non aliter in nuptias concessura foret, quam monile accepisset, rediit ad Alphesiboeam Alcmaeon, monileque repetens a Temeno & Axione fratribus Alphesiboeae est interfectus; quos soror tamen in ultionem mariti necavit. hoc ipsum Ovidius II. de Remed. Amoris sic cecinit:

Amphilochi frater ne Phegiida semper amaret,
Callirrhoë fecit parte recepta tori.

Hanc rem & in Metam. IX. perstrinxit. Egnatius. nonnulli codices vetusti habent, *Callirhoëque viro*, quae lectio mihi probatur: significabit enim Alcmaeonem, qui matrem occidit, & in furorem abiit, ut Orestes. lege Servium in eum Virgilii versum libr. VI.

Moestamque Eryphilen
Crudelis nati monstrantem vulnera cernit.

Const. Fan. Sic doctiores plerique legunt, non ut quidam, *Calligonus.* Intelligit autem Alcmaeonem, Amphiarai filium, qui simili de causa, ut Orestes, in furorem versus fuit, quod matrem Eriphylem occidisset. de quo Pausan. in Arcadicis hoc modo: ὁ δὲ Ἀλκμαίων ἔθετο τὸν μητρῷον ἀποκτείνας ἱκέτευε τὴν Ἄργους, τοῦ εἰς τὸν Ψωφίδα λόφον, φεύγων ἔτι ἀπὸ τοῦ Φηγέως ἐκμαζόμενος, συνοικεῖν Ἀλφεσιβοίᾳ τῇ Φηγέως θυγατρί, καὶ αὐτῇ δίδωσι, οἷα τὸ εἰκός, τὰ ἄλλα, καὶ τὸν ἁρμονίας δίδωσιν. ὡς δὲ ἐκεῖνος ἀπῆλθε παρὰ τοὺς Ἀκαρνᾶνας, οὗτος ἐφοίτα ἐπὶ τὸν Φηγέα ἔτι, καὶ ἐφεύγων ἔστι τὸ μαντεῖον τὸ ἐν Δελφοῖς. τῇ δὲ γυναικὶ τῇ Πυθίᾳ δίδωσι τὸν Ἐριφύλης ἀλόντα, ἵνα τούτῳ εἰ χώρου εἰ συνοικεῖν θέοιτο, ἵνα μὴ μαίνοιτο. καὶ ὁ μὲν ἐξιόντα τοῦ Ἀγχίου τοῦ πρεσβυτέρου, ἐπιτίθεται ἄκοντι, καὶ γυμνώσας ἔστι Καλλιῤῥόου τοῦ Ἀχελῴου θυγατέρα, λόγῳ τῇ Ἀκαρνάνων. καὶ οἱ παῖδες, Ἀκάρνας τε καὶ Ἀμφότερος ἐγένοντο. &c. Micyll. Optime hunc locum interpretatur Egnatius. De hac quoque re Apollodorus lib. III. Cioyan. *Alcmaeoni* Amphiarai & Eriphyles filio etiam matricidae, qui uxorem habuit Callirrhoen Acheloi filiam, ut Ovidius lib. IX. Metamorph. & lib. I. Amorum. Pausanias in Arcadicis, & alii prodiderunt. I. Notum uti furiis ob maternam caedem exagitatus fuerit. Hinc Propertio lib. III. Eleg. 4. Furiae *Alcmaeonis* dictae. Venusle Anacreon:

Nec tibi contingat matrona pudicior illâ,
Quâ potuit Tydeus erubuisse nuru.
Quaeque sui Venerem junxit cum fratre mariti,
Locris in ancillae dissimulata necem.
Di quoque tam faciant possis gaudere fideli

Con-

Ὁ δὲ Ἕλκος γνοὺς,
Ἔμμενε Ἀλκμαίων·
Ἢ ἐπιμαίνομαι Ὀρέστ,
Τὰς μὲν ἔκτανε κ' ἔθανε.

Φεύγετε κοῦρε φεύγετε,
Ἐνθεοὶ εἰσὶν Ὀρέστ,
Φεύγετε Ἀλκμαίωνες,
Ὅστις μητροφόνος

Ut reliqua, ubi etiam Hercules & Ajacis mentio. Salvagn. Hinc Arcadica Callirrhoë Ovid. IX. Met. 413. ubi vide cum notatis.

351. *Nec tibi contingat.*] Argiolus, uxor Diomedis filii Tydei, hic auctor, ut ait Horatius. Interpres. Comment. Homeri Iliad. V. ex Lycophronis vatic. Diomedem, cum ad bellum Troianum proficiscerentur, Comitem Stenelli filio (sic enim ipse illum nominat) commisisse domum & uxorem. Sed Venerem, quia à Diomede vulnerata fuerat, illam Aegialae (haec enim uxoris nomen est) furorem immisisse, ut se passim omnibus juvenibus prostituerit. Praecipue autem Comaetho filio hujus amore implicatum fuisse. Quare Diomedem ex illo secretum, cum adulterum perfugerent, occidere cupiunt, atque ille ad aram Junonis confugit, pudore perfusus in Italiam abiit. Mycenae. Enim exantur fundatum variis mortis adiunctae, aut mortuorum caede infamis, Deorum impiae & foedatae. Hoc illicito amorem Aegialae Diomedis uxor, ideoque Troianus, quae Troja urbs, ob impudicitiam Lycophronis, sanctitas ob infidus mariti fraudes Diomedis Poetae dicitur. Cum enim Venus à Diomede vulnus accepisset, ejus uxorem tantae libidinis impotentem reddidit, ut de Hippolyto & Comaetho poeniteret, quorum furiosis amoribus ardebat, ipsi Diomedi Troja redeunti necem moliri est, cum nolit contingere ad Junonis aram vivere vetuit. Author Didymus Iliad. 6. Tzetzes in Lycophronem, ex Mimnermo. Eustathius ad Dionys. Periegetam, pag. 69. ubi Stephanus, quo quidem Eustathii loco perperam legitur ἀγχίστεις Κρήσσαν, pro Κρήσσης ἐστὶ Ἕλλαν. Eumelus Epicicus Titanensis Ilioam fabulis, cui titulus *Veneris Diomedis, cum uxore adulteria exercuisse.* Salvag.

351. *Matrona pudicior.*] Matrona propriè dicitur, quae bona se matrona ab in existimatione, honestatis est, sive nupta. Tullius, *Matronas appellabant eas fere, quibus habendi filios jus erat.* Plautus Cistellaria:

Matronae magis conducibile est istuc, mea Silenium,
Unum amare & cum eo aetatem exigere, cui nupta sumet.
Verum enim meretrix fortunati est opidi fundibilumma;
Illam possit jam rem obtinere sola sine multis viris

Tullius pro Coelio: *Peculiariter farimus, si matrem familias secus quam matronarum dignitas postulat, nominamus.* Quam dictionem Graeci vertentes, non simpliciter γυναῖκας, sed γυναῖκας Ἕλληνας dixerunt. Dionysius Halicarnasseus lib. IX. *Αἱ καὶ γυναῖκες αἱ Ἕλληνες ἐπιτίμου ἐπιβεβηκυῖαν τῇ τιμῇ, σωφρόνων καὶ γυναικῶν ἀπεδίδουν.* Ovidius tamen hoc loco matronam pro uxore impudica usurpat, quia matrona etiam dicitur, quaecumque in matrimonium cum viro convenit, ut A. Gellius lib. XVIII. cap. 6. Servius in x. Aeneid. & Nonius Marcellus definiunt. Unde Graeci matronam hac significatione plerumque γυναῖκα γαμετὴν vertunt. Hoc enim fortunae muliebris effatum, quod apud Valerium Maximum legitur lib. I. cap. 8. *Rite me matronam vidisti, ritegue dedisti*; ita reddidit Dionysius Halicarnasseus lib. 8. *Οἷός τε κἀγὼ νῦν γυναῖκες γαμετὰς ἀποδίδωμί σε.* Passimque matrona pro uxore accipitur, quemadmodum ab Ovidio nostro lib. II. Metamorph. Item lib. VI. Fastor. Juno *matrona Tenarii* appellatur, sic & apud Horatium Ode 2. lib. III.

—— Illum ex maenibus hostilis
Matrona bellantis Tyranni
Prospiciens & adulta virgo.

Sic *virgo* non unum dicitur de ea, quae virum experta non est, sed etiam de illa, quae circa nuptias concubuit. Hinc Varro lib. II. cap. 10. de Re Rustica: *In Liberia sac virgines appellant, quae ante nubunt, quibus adhuc sacerdotes.* Sed & Virgilius Eclaga VI. de Pasiphae Tauri amatrice:

Ah Virgo infelix quae te dementia cepit?

Salvagn.

352. *Nurus.*] Unus Heinsii, *nurum.* sed tunc legendum, *quam.* nam utroque casu construxerunt hoc verbum. Propert. III. 14. *fratres erubuisse dicunt.* Valer. Max. IV. III. 7. *ne appellatione fallitant, quam*

Conjuge, quam Talai, Tyndareique gener.
Quaeque, parare suis letum patruelibus ausae,
Belides, adsiduâ colla premuntur aquâ.
Byblidos & Canaces, sicut facis, ardeat igne:
Nec, nisi per crimen, sit tibi nota foror.

Filia-

quam tunc consul non erubuit. ita Codex Mss. vulgo, *qua* i. e. *nii non erubuit.* Joseph. Ican. II. 325. *hac parte loquacem Erubeo sexum.* Virgil. II. Aeneid. 541. *sed jura fidemque Supplicis erubuit*, ubi tamen alio sensu ponitur, pro revereri, observare religiose, nam male eo exemplo utitur Beza. ad illa Lucae Euang. IX. 26. *ὃς γὰρ ἂν ἐπαισχυνθῇ με* illustranda: ibi enim notat, ut hoc loco, si quis me aversatus est, & propter Christi abjectam sortem & vilitatem Euangelii puduerit. ita certe cepit Paullus Epist. ad Romanos I. 16. vid. & IV. Trill. III. 64. Burm.

353. *Quaque sui venerem.*] Callimachus dicit Hypermnestram quondam in adulterio deprehensam, cum fratre mariti sui profugisse auxilio tenebrarum; deinde servum suum Pavonem & Locrin ancillam necavit, ut illa Locris diceretur deprehensa. Interpres. Vetusta quaedam scholia *Locrin* Ancillae nomen proprium esse ajunt, quam cum Pavone servo Hypermnestra occiderit. Const. Fan. Hypermnestra una ex quinquaginta filiabus Danai cum fratre mariti concubuit, noctuque deprehensa, beneficio tenebrarum evasit: & ne palam incestus fieret, Locrin ancillam occidit, ac famulum, quasi in concubitu eos invenisset. Zarot. Haec Zaroti expositio non procedit, quando Lyncei (is enim Hypermnestrae, de qua hic Zarotus dicit, coniunx fuit) fratres omnes ab uxoribus suis, Danai filiabus, ut fabulae habent, occisi fuerunt. Rectius ergo de Hypermnestra Locensi, de qua Domitius meminit, hunc locum accipiemus. Caeterum fuit & proprio nomine *Locris* dicta uxor Dionysii majoris, Siculorum tyranni, ut Gemisthius autor est lib. I. Mictil. Domitius per Locrin non ancillam, ut vetus Interpres, sed Hypermnestram Locrensem intelligit. Ego quod iis addam non habeo. Salvagn. Obscurissima fabula, sed quod Micyllus notet Uxorem Dionysii fuisse *Locrin* proprio nomine dictam, puto falli: nam *Doris* vocata, sed patria Locrensis erat, teste Athenaeo lib. XII. 11. *dissimulatam* explicuimus ad Vellei Paterc. II. 109. Burm.

354. *Locris in ancillae.*] *Locris ancillae* plurimi, & *Ancillae.* pr. Ed. *Socris* etiam unus Heinsii.

355. *Tam quoque di faciant.*] Nota priscis formula *Di faciant*, sive *Dii faxint*, qua centies usus est Ovidius, & alii à Brissonio laudati lib. I. de formulis. Salvagn. *Di quoque tam faciant* ex pr. Editione & duobus scriptis edidit N. Heinsius. *Similis di faciant* Francof.

356. *Quam Talai gener.*] Amphiaraum tangit, quem Eryphile uxor sua, filia Talai, propter monile prodidit, & Agamemnona, quem uxor sua Clytemnestra Aegysthi adulteri ope interfecit. Interpres. Amphiaraum innuit Argivum Augurem, quem Eriphyle conjux, Talai filia, prodidit, accepto à Polynice decantato illo Monili, quod ab illa *Monile Eriphyles* dictum est. Odiss. λ.

—— συγγενὲς τ' Ἐριφύλης
ἣ χρυσὸν φίλου ἀνδρὸς ἐδέξατο τιμήεσσαν.
—— mosstamque Eriphylen,
Quae aurum dilecto viro habuit carius.

M. Tullius Orat. III. Accusat. de signis. Verrem, qui pocula quaedam Diodori pulcherrima nunquam à se visa concupiverat, cum Eriphyla comparat his verbis: *Eriphylam accepimus in fabulis, ea cupiditate fuisse, ut cum vidisset Monile* (opinor) *ex auro & gemmis, pulchritudine ejus incensa, salutem viri proderet: similis ipsius cupiditas.* Ovidius ipse libello de Nuce:

Praeda malo Polydore fuit tibi, praeda nefandae
Conjugis Aonium misit in arma virum.

Quem locum Erasmus Commentariis suis in eundem libellum perperam de Menelao & Helena interpretatur. Nam, per *Aonium virum* non alius quam Amphiaraus intelligendus, de cujus interitu Pausanias in Atticis, praeter caeteros *Λέγεται δὲ Ἀμφιάρεω φύγοντι ἐκ Θηβῶν διαστῆναι τὸν τόπον, ἐξ οὗ ἀνῆκεν ὁ ἵππος καὶ ἅρμα ὑποδέξασθαι. Aiunt autem Amphiarao fugiente discessisse terram, eumque una cum curru sese hiatu absumptum esse.* Horatius Ode 16. lib. III.

—— Concidit Auguris
Argivi domus ob lucrum
Demersa exercitu.

Salvag. *Quam Danai* Sartav. *Thanai* alter Regius. *Tali* Moreti.

356. *Tyndareique gener.*] *Agamemnon*, quem à bello Trojano reversum uxoris Clytemnestrae Tyndarei filiae insidiis Aegysthus adulter in mensa obtruncavit, ut author est Homerus Odyss. γ' & λ'. & eum secuti Aelianus *περὶ ζωϊκῶν* lib. II. Dionys. orat. *περὶ ἀνεψιῶν*, Hygynus fab. 117. Juvenalis Satyra VIII. Joan. Tzetzes chil. III. Hist. 77. Alii ab uxore ipsa occisum narrant, sumpta in balneo tunica, quae nec colli nec manuum exitus haberet. Sic enim Lycophron in Cassandra, Aeschylus Eumenidibus, Seneca Agamemnone. Philostratus senior *εἰκόνων* lib. II. Euripidis Scholiastes extremae Hecuba. Quod Poëtarum Tragicorum figmentum

esse

Filia si fuerit; sit quod Pelopea Thyestae;
Myrrha suo patri, Nyctimeneque suo.
Neve magis pia sit, capitique parentis amica,
Quam tibi, vel Pterela, vel tibi, Nise, fuit.

In-

ctile tradit Homeri Scholiastes in 1. Iliad. Salvagn.

357. *Quaeque parare.*] Fabula nota est. Interp. Danaides Beli nepotes. Pervulgata fabula. Salvag. *Colla premuntur* pr. Edit. *premeris* Unus Palatin. & tunc Heinsius priori versu volebat, *quamque*, vel, *atque parare.*

359. *Byblidos & Canaces.*] Haec similiter nota est. Interpr. Biblis Mileti & Cyaneae, vel ut alii volunt Areae filia, Cauni fratris amore infamis, de qua fuse & eleganter Naso lib. IX. Metamorph. item lib. de Arte amandi. Parthenius Ἐρωτικῶν, cap. 11. Conon narratione 11. apud Photium, Pausanias Achaicis, Eustathius in Dionysium, Suidas & Diogenianus in Καύνιος ἔρως, Stephanus in Βύβλος. Theocriti Scholiastes. *Canace* etiam Macareum Aeoli filium turpiter amavit, cujus ad ipsam Epistola legitur in Heroidum Epistolis, obiterque meminit idem Naso lib. II. Trist. Hyginus fab. 238. Plutarchus ex Sostrato. Athenaeus lib. x. ex Antiphane. Salvag.

359. *Sicut facis.*] corrige, *facis.* objicit enim Ibidi, quod cum eo soror se misceat, hoc autem non dissimulabo, valde pium sanctumque existimatum fuisse antiquioribus, si sororibus miscerentur: ut Aristophanis in Hippeas commentator scriptum reliquit. Const. Fan.

360. *Sit tibi fida soror.*] *Nota* nonnulli. nam *ficta* mox sequitur, superiori versu, *sicut facis* pro *facis* scribendum, cum Bononiensi codice & libris Constantii Fanensis. Heins. *Visa* unus Heinsii. &, *facinus facis ardens igne* Francof.

361. *Filia si fuerit.*] Pelopeia cum Thyeste patre suo concubuit. De Myrrha & Nyctimene notae sunt fabulae. Interpr. Pelopeia nefario cum Thyeste patre concubitu infamis, ex quo natus Aegisthus, Atrei patrui & Agamemnonis patruelis occisor. Hyginus cap. 87. Seneca Agamemnone, Aelianus ποικ. ἱστ. lib. XII. cap. 42. Servius in XI. Aeneid. Lactantius, sive Lutatius in IV. Thebaid. Alio nomine Steropis appellata est, authore Scholiaste Euripidis in Oreste, item & Moeliphae apud Joannem Tzetzem Hist. XVIII. Salvagn.

362. *Myrrha suo patri.*] Incestum Myrrhae cum Cinyra patre, vel ut alii volunt, Thyante commemorat Lycophron in Cassandra, Antoninus Liberalis Μεταμορφ. Hyginus fab. 58. & 242. Plutarchus in Parallelis Histor. 22. Stobaeus cap. 62. uterque ex Theodori Metamorph. Plinius lib. XII. cap. 1. Nemesianus Cynegetico. Theocriti Scholiastes Εἰδυλλ. ά. Sed omnium fusissime Naso ipse Metamorph. lib. x. Salvagn.

362. *Nyctimeneque suo.*] De Nyctimene Hyginus hoc modo: *Nyctimene Epopei, regis Lesbiorum, filia, virgo formosissima dicitur fuisse. Hanc pater Epopeus amore incensus compressit: quae pudore tacta, silvis occultabatur. quam Minerva miserata, in noctuam transformavit, quae pudoris causa in lucem non prodit, sed noctu apparet.* Micyll. Ovidius lib. Metamorph.

An quae per totam res est notissima Lesbon,
Non audita tibi est, patrium temerasse cubile
Nyctimenen? avis illa quidem, sed conscia culpae
Conspectum lucemque fugit, tenebrisque pudorem
Celat, & a cunctis expellitur aethere toto:

Salvagn.

363. *Filia neve magis.*] Altera Pterelam patrem suum capite truncavit, & filia Nisi similiter. Interpres. Cymethonem Pterelae, Taphiorum regis, filiam, quae Cephali, Amphitryonem in expeditionem secuti, capta amore est, nemo non nosse potest, de qua eadem quae de Niso & Scylla fabulata est Graecia: Illa enim & patrem & patriam hosti prodidit, abscisso patris fatali capillo. Plautus in Amphitryone Pterelam ab eo interfectum solus omnium, quos legerim, prodidit. Egnatius. Cymetho Pterelae filia, Cephali amore capta, qui cum Amphitryone militabat, patrem patriamque hostibus prodidit. Pterelam Amphitryon trucidavit, ut auctor est Plautus. fuit autem Pterelas Neptuni & Hippothoes, Mestoris filiae, filius, auctore Apollonii interprete, in 1. Argon. Const. Fan. Pterelas filius Neptuni & Hippothoes, ut Comment. 1. Argonaut. Apoll. 747. tradit, filiam Cymetho habuit. Haec, cum Pterelas ab Amphitryone & Cephalo bello obsideretur, amore Cephali capta, patrem ac patriam hosti prodidit. autor interpres Lycophronis. Micyll. Idem fatum Comaethûs Pterelae Taphiorum Regis filiae, & Scyllae Nisi: utraque patris hostem deperiit: utraque patris aureum crinem prosecuit; utraque patrem & patriam prodidit; utriusque amores infelices. Apollodorus lib. II. Biblioth. de Comaethone, Ἐν Ταφίῳ δὲ παῖς Πτερέλαος ἐγένετο, τοῦτον ἀθάνατον ἐποίησε Ποσειδῶν ἐν τῇ κεφαλῇ χρυσῆν ἐνθεὶς τρίχα. *Sed ex Taphio Pterelaus natus est. Hunc Neptunus aureo crine illius capiti imposito fecit immortalem.* Et paulo post agens de Amphitryone Taphum obsidente, ἄχρι μὲν οὖν ἔζη Πτερέλαος οὐκ ἠδύνατο τὴν Τάφον ἑλεῖν, ὡς δὲ ἡ Πτερέλαου θυγάτηρ Κομαιθὼ ἐρασθεῖσα Ἀμφιτρύωνος, χρυσῆν τρίχα τοῦ πα-

τρὸς

Infamemque locum sceleris quae nomine fecit,
Pressit & inductis membra paterna rotis.
Ut juvenes, pereas, quorum fastigia vultus
Olim Piseae sustinuere foris.

Ut

τρὸς ἐκ τῆς κεφαλῆς ἐξείλατο. Πτερέλαου τελευτήσαντος ἐχειρώσατο τὰς νήσους ἁπάσας. *Verum donec Pterelaus in humanis fuit, Taphum capere nunquam potuit, post ubi Comaetho Pterelai filia Amphitryonis amore inflammata est, aureum de patris capite capillum, prosecuit. Inde Pterelai morte insecuta, omnes ad unam Insulas subegit Amphitryo.* Isacius Tzetzes in Lycophronem, pag. 151. edit. Stephani, Apollodoro consentanea scribit, nisi quod Comaethonem ait amore inflammatam Amphitryonis, vel Cephali, qui cum Amphitryone militabat. Meminere praeterea Pterelae, sive Pterelai, Plautus, ipsum ab Amphitryone interemptum scribens, Eustathius in 17. Odyss. Apollonii Scholiastes in lib. 1. Argonaut. cujus quidem verba luxata mihi videntur, cum asserit Pterelam Neptuno genitum, eundemque Taphii patrem, contra quam ab aliis omnibus proditum est. Meminit item Strabo lib. x. cujus etiam locum depravatum, atque inversum deprehendit Janus Parrhasius, qui primus in Commentariis suis ad Claudiani lib. II. de Raptu Proserpinae, ℣. 19. Ovidium de Comaethone exponendum vidit, & post eum Zarottus ex Aristarcho in Hesiodum. Ad Scyllam Nisi quod attinet, fabula tritissima, vel ex Virgiliana Ceiri, cultissimo quidem Poëmatio, sed mendosissimo. Has autem fabulas de Comaethone & Scylla verisimile est Graecos mutuatos esse ex Historia Mosis & Tharmis Aethiopum Regis filiae, de qua Josephus, & post eum Eustathius Archiepiscopus Antiochenus Commentario in Hexameron, pag. 8. Mosem enim Hesiodo, Homero, Musaeo, Lino, Orpheo longe antiquiorem esse idem Eustathius ex aliorum authoritate prodidit. Salvagn. Plurimi veterum:

Filia neve magis capiti sit fida parentis,

Vel, *paterno.* puto, *Neu pia neve magis.* deinde, *Quam sua vel Pterelae* multi ex antiquis. quatuor, *Quam tibi vel Pterela*; utrumque rectum. Heins. *Neve magis pia sit, capitique parentis amica* Francof. & Jureti, quae lectio nobis maxime arridet. Baptista Pius ad Plaut. Amph. 1. 1. 105. Pterelae filiam Polydicen vocat, & versum hunc ita citat, *Quam tua vel Pterela, vel tua, Nise, fuit.* & ita codices nonnulli. Apud Tryphiodor. in Ilii Excidio 157 memoratur Cyanippus, filius Comethûs, inter Heroas equo Trojano inclusos. dubium vero facit interpres, an illa Cometho fuerit filia, an uxor Tydei. jam illa verba Κυάνιππος ὃν εὐπατέρεια Κομαιθὼ Τυδῆος θαλάμοιο κυδαλίμοιο τυχοῦσα ὠκυμόρῳ τέκε παῖδα πανεσθλὴν Αἰγιαλῆϊ, ita distinguens vertit, *quem generosa Cymaetho, Tydei breves nuptias sortita, peperit filium bellicoso, sed brevis vitae, Aegialeo.* in notis vero Neander dicit Comoetho fuisse filiam Tydei, quare distinguendum, *quem Comoetho Tydei*, scilicet filia, *breves nuptias Aegialei, brevis vitae herois, sortita peperit.* Addit Neander Ovidium in Metamorphosi alicubi ejus meminisse, sed puto obversatum fuisse ipsi hunc ex Ibide locum. Burm.

365. *Infamemque locum.*] Tullia, Servii Tullii filia, supra corpus patris currum egit; unde vicus sceleratus Romae dictus. Interpres. *Tullia* Servii Tullii Romanorum Regis filia Tarquinii superbi uxor, de qua Varro lib. IV. de lingua Latina. *Prope hunc vicus sceleratus, dictus à Tullia Tarquinii Superbi uxore, quod ibi cum jaceret pater occisus supra eum ut ageret carpentum mulio jussit.* Ovidius ipse lib. VI. Fastor. ubi Tulliae scelus fuse prosequitur:

Certa fides facti est, dictus sceleratus ab illa
Vicus, & aeterna res ea pressa nota est.

Idem produnt Livius lib. 1. & ejus Epitomastes, Florus lib. 1. cap. 7. Dio lib. IV. cap. 11. Festus Pompejus verbo *sceleratus vicus.* nec absimiliter *sceleratus campus* appellatus est prope Portam Collinam, in quo Virgines Vestales, quae incestum fecerant, vivae defodiebantur, ut idem Festus & Livius lib. VIII. scribunt. Sic & apud eundem Festum *scelerata Porta* dicta, quae & Carmentalis, quod per eam sex & trecenti Fabii cum clientium millibus quinque egressi adversus Etruscos ad amnem Cremeram omnes sunt interfecti. Praeterea *scelerata* vocaverunt aestiva illa castra, in quibus Drusus Germanicus supremum diem morbo obiit, authore Suetonio in Claudio cap. 1. Salvagn.

366. *Inductis rotis.*] Malim, *invectis.* Heins. pro *rotis*, *focis* Petavian.

367. *Ut juvenes, pereas.*] De illis dicit, quos interfecit Oenomaus Tyrannus Rex Pisarum. Interpr. Narratio una est sex versibus. Oenomaus Pisae Rex in Elide, monitus ab oraculo, tum se occisum iri, quum Hippodamia filia nuberet; equis velocissimis fisus, procis, qui multi eam in uxorem petebant ob excellentem formae pulchritudinem, certamen curule proposuit ea lege, ut qui victor extitisset Hippodamiae nuptias obtineret, qui victus, temeritatis poenas capite lueret. Multis autem, qui periculum subierant, enectis, & eorum capitibus in terrorem caeterorum pro foribus affixis, Pelops Tantali filius Hippodamiae specie captus, in idem certamen descendit, cor-

rupto

Ut qui perfusam miserorum saepe procorum
370 Ipse suo melius sanguine tinxit humum.
Proditor ut saevi periit auriga tyranni,

Qui

tunto prius Myrtilo Oenomai Auriga, cujus ante victor Pelops Oenomaum in eo ipso loco, ubi vidios Procos perimere consueverat, interfecit. Idque illum autem mercedem proditionis reposcentem è Geraeto in mare praecipitavit, quod ab eo Myrtoum mare denominatum est. Ex Pindaro in Olympicis, Diodoro Siculo lib. IV. Phereciide apud Apollonii Scholiasten lib. I. Argonaut. Pausania in Eliacis posterioribus. Philostrato in Icoribus, Hygino cap. 48. qui rem varie narrant. Sed et proditum est à nonnullis Oenomaiam à filiae nuptiis ideo Procos deterruisse, quod illam ipse deperiret. Sic enim Lucianus in Charidemo, Tzetzes in Lycophronem. Quin etiam Hyginus fab. 253. Hippodamiam recenset inter eas, quae contra fas concubuerunt. Ceterum monuit me Nicolaus Heinsius, Davidis filius, juvenis praeclarissimus, legendum hoc loco, *fastigia Pisaeae foris*, genitivi casu singulari, quomodo apud eundem Ovidium:

Constitit ad geminae limina prima foris.

Apud Horatium Satyr. 2. lib. 1. *Exclusus fore*, quae dictio Plauto, Terentio, ipsique Livio usitata. Hinc autem dicta, quod apud veteres Romanos janua fores, non intro aperiebantur, ut docuit Servius ad illum Virgilii locum lib. 1. Æneid. *foribus suetis frindebat aperis.* Quanquam non incommodine legi possit ut editiones aliquae praeferunt, *quorum, fastidia, vultus olim Pisaeae fastigiaque foris.* Hoccei, quorum vultus in aliorum fastidium Pisae foribus affixi essent: eodem nimirum loquendi modo, quo Papinius lib. IV. Sylvar. ad Maecenatem alius est:

——— cultis ubi gloria fidi
Troijae et laterum, qui circa moenia Trojae
Priamidum, caesis pilatis cruxit amico.

id est, qui in solatium caesi amici Hectoris circum Trojae moenia rapuit. Salvag.

371. *Quorum fastigia vultus.*] Sic in lib. Vaticano, & Mediol. in aliis, *projecta cadavera quorum.* Ciofan.

372. *Olim Pisaeae.*] Lege, *foris*, ut sit genitivus singularis. Nam *fori*, *forem*, & *fore* apud Ovidium singulari numero reperitur. ut in Meden:

Constitit ad geminae limina prima foris.

Item de Ponto ad Messalinum:

Nec rigidum tinidis vectibus ulla forem.

Et in Pedone.

Cogitet in fore nullus erat.

Erit autem ordo: vultus quorum fastigia foris, id est porrae, Pisaeae sustinuere. nam *vultus* accusandi casus, numerique pluralis, *fastigia* sunt nominandi. Const. Fanens. In aliis impressis, *Oraque Pisaeae.* In veteribus vero libris, *Brachia Pisaeae.* Ciofan. Multi ex antiquis:

——— Quorum fastigia vultus
Olim Pisaeae sustinuere fores.

Recte, si cum Monteliano & Constantii codice *foris* reponas. Possit pro *Olim*, aut *Oraque*, etiam legi, *Ossaque.* Heins. *Brachia* Jurcii, Francof. & sex alii. dunor autem videtur mihi locutio *fastigia foris.* sed, quidquid sit, indicat, Oenomaum occisorum caput, brachia & alia membra foribus adfixisse, ut solebant immanes Tyranni. ‹ Fast. 557.

Ora super positas adfixaque brachia pendent.

Val. Flac. IV. 181.

Hinc truncos rotatis
Brachia rapta viris &c.

Ubi & *Ossa sutra fun.* Procos Hippodamiae occisos recenset Scholiastes Pindari ad 1 Olym. 127. ubi tredecim fuisse dicit, annumerato Pelope, qui evasit. unde duodecim facit Tzetz. ad Lycophron. 156. Steph. in Ἀλέρας Alesum etiam nominat, qui à Scholiaste non nominatur, nisi sit Ἀδραστος, quem ille refert. Burm.

369. *Ut qui perfusam.*] Tangit Oenomaum, qui interfectus est à Pelope. Interpres. Tredecim procos interfectos ab Oenomao priusquam insidiis Hippodamiae & Myrtilii devolutus curru interiret, Pindarus memoriae tradit, teste Apollonii commentario in primum. Sed illud notandum, quod omnes Martem Oenomai patrem dicant, matrem autem alii Aeginam Asopi filiam: alii Harpinam eodem genitam: alii Eurythoen Danao natam faciunt Const. Fan. Oenomaus Alsionis, vel, ut alii volunt, Martis & Harpinae filius à Pelope occisus, ut scriptum reliquit Pausanias in Eliacis prioribus. Quanquam Diodorus loco supra laudato, narrat ipsum sibi mortem conciviisse. Salvag. *Profusam* tres libri.

369. *Miserorum caede procorum.*] Saepe Mentel. & quinque alii. miserorum procorum sanguine perfusam. ut Oenomaum intelligat. Heins. Saepe etiam Francof.

371. *Proditor ut saevi.*] Id est Myrtilus à Pelope in mare praecipitatus. Interpres. Myrtilus Mercurii filius omnium consensu dicitur: Matrem autem alii Phaetusam Danai filiam ei adsignant. alii Myrto, unam ex Amazonibus, ut testis

Qui nova Myrtoae nomina fecit aquae,
Ut qui velocem frustra petiere puellam,
Dum capta est pomis tardior illa tribus.

Ut

testis est eodem loco Apollonii commentator Const. Fan. Myrtilus Mercurii & Phaetusae filius, Oenomai Auriga, qui cum Pelopem jurejurando adegisset, ut primam sibi Hippodamiae noctem concederet, ipsumque promisit moneret, ab eo in mare proximum ejectus est, ut Pausanias in Arcadicis author est. Ejus proditionem eleganter prosequitur Pindarus in Olymp. ubi illum cereos clavos ferreorum loco rotarum modiolis inseruisse tradit. Historiam alii aliter narrant, fuse vero praeter Auctores modo citatos Homeri Scholiastes Iliad. II. ex eo nomen inventum mari Myrtoo. Quod innuit Lycophron in eo versu, Φερεσάμενος ἔλυθρος Νηρέος τάφους, *cognomina subiit Nerei sepulchra.* Hinc Seneca Thyeste:

——— Proditus occidit
Deceptor domini Myrtilus, & fide
Vectus, qua tulerat, nobile reddidit
Mutato pelagus nomine.

Pausanias tamen à Myrtone puella nomen ei Pelago indium mavult. Est autem maris Ægei pars valde procellosa & naufragiis infesta, unde Flaccus: *Myrtoum pavidus nauta secet? mare.* Salvag. Vide Claudian. Laud. Seren. v. 167. & ibi Heinf. ubi cur *proditor* vocetur videbis. *perituque auriga* Edit. Domit. Gryph. & aliae. Metuebant enim syllabae. *Saevi* etiam Regius.

373. *Ut qui velocem.*] Ilta eadem fabula supra dicta est. Interpres. Duae fuerunt Atalantae, si Apollonii commentario in I Argon. credimus, una Jasionis filia & Hippomedontis uxor. Altera Argiva, Schoeneo genita, conjuxque Milanionis, de qua nunc Poëta intelligit. alii sunt, qui aliter tradunt, ut nos alibi dicemus. Const. Fan. Atalantae proci, quibus hujusmodi certamen ipsa propoluerat ejus se futuram, à quo pedum velocitate victa foret, superatus autem vitam amitteret. Tandem pluribus interfectis Hippomenes Macarei filius, sive Minalion, ut aliis placet, projectis inter currendum tribus malis aureis à Venere acceptis, quibus sublegendis puella moram fecit, victae conjugio potitus est. Fabulam vulgatissimam exequitur Ovidius lib. X. Metamorph. Apollodorus lib. III. Joannes Tzetzes Chil. 12. Histor. 453. Obiter autem Theocritus Idyll. 3. Musaeus Poëmatio de *Leandri & Heros amoribus*, Sidonius Apollinaris Panegyrico Anthemii, Item Panegyrico Majoriani his versibus:

——— Plantasque superbas
Haud ita per ficam Nemaeus extulit Arcas,
Cujus in Aetolo volitantem pulvere matrem
Horruit Hippomenes.

Quo loco per *citum Arcadum* Parthenopoeus Atalantae filius intelligendus. ut minus recte Jacobus Simondus, vir doctissimus, praeter omnium codicum fidem retcripserit, *cita sustulit Arbos* & pro *matrem* legerit *Martem*, nullo sensu. Quam autem Naso *velocem*, Callimachus Hymno in Dianam νιφοβόλον vocat. Plures fuerunt Atalantae, de quibus extat Lilii Giraldi Dialogismus. Arcadicam nimirum & Argivam plerique Poëtarum more suo confundunt. Salvag.

374. *Dum facta est.*] *Capta est* ex multis veterum. Nostri Epistola Cydippes:

Cydippes pomum, pomum Schoeneida cepit.

In Priapeis Epigrammate XV.

Qualibus Hippomenes cepit Schoeneida pomis.

Ubi *rapuit Schoeneida* nunc minus bene legitur. Heins. de hac Atalanta, & altera vid. ad Ovid. X. Met. 565. *capta* confirmat Claud. Laud. Seren. 170. de Hippomene:

Aurato volucrem flexit Schoeneida pomo.

Burm.

375. *Ut qui tecta novi.*] De illis dicit, qui ad Minotaurum devorandi missi sunt. Interpres. Septena illa puerorum, totidemque virginum delecta sorte corpora, quae Athenienses ob interfectum Androgeum Minoi quotannis, vel ut alii volunt, nono quoque anno, tributi nomine pendebant à Minotauro in Labyrintho devoranda. Ex Ovidio nostro lib. VIII. Æneid. Catullo de nuptiis Pelei & Thetidos, Apollodoro lib. III. Diodoro lib. IV. Pausania in Atticis, Plutarcho in Theseo. Minotaurus alio nomine vocabatur Asterius, sive Asterion, ut est apud Apollodorum loco laudato Pausaniam in Corinthiacis, Tzetzen in Lycophronem. Fabulam autem ἀλληγορικῶς exponunt Lucianus Dialogo de Astrologia, Palaephatus in Mytholog. Apostolius Centuria XIV. Proverbio 96. Servius in VI. Æneid. Lactatius in I. Achilleidos. Ad Labyrinthum quod attinet Plinius lib. XXXVI. cap. 13. quatuor insignes commemorat; Ægyptium, Creticum, Lemnium, Italum. Sic autem describit Creticum, *limarum ambages occursusque ac recursus inexplicabiles obtinet, non ut in pavimentis puerorum Indicis compositibus brevi lacinia millia passuum plura ambulationis continentem, sed crebris foribus inditis ad fallendos occursus, redeundumque in errores eosdem.* Ostenditur etiam nunc Pseudolabyrinthus in Creta ad radices montis Idae, qui nihil aliud quam Latomia fuit, tametsi Cretenses eam adulterino Labyrin-

375 Ut qui tecta, novi formam celantia monstri,
Intrarunt caecae non redeunda domûs.
Ut quorum Æacides misit violentus in altos
Corpora cum senis altera sena rogos.
Ut quos, obscuri luisos ambagibus oris,

380 Le-

tholi nomine demonstrare solent. Latomia, inquam, fuit locus amoenus & elegantis taxi, è qua lapides deversi loco exempti sunt cum Gortinae ac Cnosi, quae Minois Regia fuit, aedificia extruerent, quae primaria totius insulae civitatis fuerunt. Quicquam verum est, multos in ea Latomia Mesaulionis missi, modo ad dexteram, modo ad sinistram sese convertentes, quales incolae habitare solerent, ideoque duces è quodam puero, alii alim urbis Gnosos fuit, sumi solum, cui clam demonstrent, Latomiam ingredi volentibus. SALVAGN.

376. *Non redeunda.*] Lege, *redeunda*, ut in correctis exemplaribus patet, & constat in fabulis. CORNV. FAB. *Intrarat* unus Heinsii.

377. *Ut quorum Æacides.*] Achilles in rogo Patroclo memorat duodecim corpora Trojanorum, ad interitus ipsius. INTERPRES. Ex Homero Iliad. 6. quod quem Achilles Æaci Nepos duodecim Trojanos ad Patrocli bellum mactavit, quorum funeribus manes ejus placerentur:

Αὐτὰρ ἐπὶ Τρῶας μεμαώτας δῖος Ἀχιλλεὺς
Κτείνοι δώδεκα, κακὰ δὲ Πριάμοιο παῖδε ἔργα.

Βίβρωσκε κλῖτυς τε καὶ ἀγκάς Τυδείδαο
Δεξάμενος, πολλὰς δὲ κατὰ μόθον ἔλυσε φάλαγγας.

Mactabat enim temporibus victimas humanas ad caesorum hostis immolare moris erat. Sic Polyxenae Hecubae ad explandos Achillis manes expetitam poetae Euripides in Hecuba, Nasonoster lib. xiii. Metamorph. Virgilius lib. iii. Æneid. Sacrum Troiae. Sic Æneas lib. x. Æneid. audita Pallantis nece, Rutulos ortio

Vinctorumque tuis, quos incendat umbris,
Captivique rogi perfundat sanguine flammas.

Et Mezentio supplicat:

Vincant te pedibus mecum quos iniuria umbris,
Infernis mittit praefixos sanguine flammas.

Quam inhumanum mortem imitatus est Antonius Triumvir Philippensi victoria, quum Hortensium Gnatonis filium maxima jussit ad monumentum C. Antonii intrix fui, quem Brutus in ultionem necis Caesaris interfici jusserat, ut Plutarchus fabit in Antonio. Sic apud Lucanum de Sulla:

——— *Quid sanguine manes*
Placatos Caesii rapiunt, cum victima tristis
Infernis Marius, fossam cadentibus umbris,
Proelia inoptata non fecit piacula bello.

Hinc etiam Tullius in Pisonem de se ipso: *A me quidem etiam poenas expetitis, quibus conjuratorum manus mortuorum expiaretis; omne odium inclusum nefariis sensibus impiorum in me profudistis; quorum ego furori nisi cessissem, in Catilinae busto vobis ducibus mactatus essem.* SALVAGN. *In altos rogos* cum tribus scriptis. HEINS. *in altis regis* multi. *in aris regis* unus Heinsii. *in alium regis* Francof.

379. *Ut quos obscuri.*] De Sphynge historia notis. INTERPRES. Fabulantur Sphingem ex Echidna & Typhone parentibus ortam, facie puellam, alis volucrem, caetera leonem, Thebanis à Junone immissam, quae cum à Musis aenigmata didicisset, in Phyceo monte consedit, de quibus id unum proponere solebat: Quodnam esset id animal vocem unam habens, quod primum quadrupes, deinde bipes, demum tripes foret. Universos autem quid illud esset interrogabat, quod cum minime satisfacerent, abreptum ex omnibus unum devorabat: eaque de causa multi sebinde perierant; sed cum Thebanis oraculo renunciatum esset, jam tum Sphingis incommodo liberos fore, quando hujusmodi aenigma solvissent, Creon Thebanorum Rex, cujus filius Æmon itidem à Sphinge peremptus erat, praeconis voce proclamari jussit, Regnum & Jocastam se ei traditurum, qui aenigma solveret. Quibus promissis excitatus Oedipus, qui se Laji & Jocastae filium esse ignorabat, aenigma de homine interpretatus est, qui infans quatuor membris graditur, effectus grandior bipes est, senescens vero, ac demum tertio assumpto pede, id est scipione, tripes dici potest. Sphinx adeo aegre solutionem tulit, ut ex arce sese praecipitem dederit. Quamobrem Oedipus Regnum & Jocastam matrem inscius uxorem accepit. Ita Diodorus lib. v. Apollodorus lib. iii. Hygnus fab. 67. Athenaeus Deipnosoph. Sophocles Scholiastes Oedipi. Zenobius Proverbio Βαιόν τι ὑπόγυον. Allegorice vero Cebes Thebanus. Palaephatus lib. de non credendis fabulosis narrationibus. Pausanias in Boeoticis, Diogenes apud Dionem Chrysostomum oratione 10. Hactus Tzetzetis Lycophronem. Michaël Psellus in Allegor. & ex recentioribus Alciatus Emblemat. 8. Pierius Valerianus, Michaël Mercatus, Laurentius Pignorius in Tabulis Iliacis. Sphinx autem Chiorum insigne fuit, quorum extant numismata quaedam, tum illud quod Leo Allatius Praefatione in librum suum de Patria Homeri, ex Barberino Cimeliarchio delineatum exhibuit. Caeterum Nasoni Sphin-

380 Legimus infandae Sphinga dedisse neci.
Ut qui Bistoniae templo cecidere Minervae,
Propter quod facies nunc quoque tecta Deae est.
Ut qui Threccii quondam praesepia Regis
Fecerunt dapibus sanguinolenta suis.

385 Theo-

Sphingis *obscurum os* dicitur, quomodo ipsa *ἀπαλαυνε* à Lycophrone dicta est, propter aenigmata illa quae proponebat; unde illius effigiem in lucis, quod obscuri sint, dedicari solitam refert Sycis, quod obscuri sint, dedicari solitam refert Sycelius oratione de Regno. Observandum autem in cartolis illis San-Victorianae Bibliothecae membranis pro *Sphinga* liquido legi *Spinga*, quomodo semper scribendum esse monuit Iovianus Pontanus lib. de aspiratione, quod sit Graecum Latinae linguae contrarium. *Ut spaura, scema, apotegma*, & alia hujusmodi, aspiratione detracta, quod etiam Ioachimus Camerarius observat notis ad Oedipum Tyrannum Sophoclis. SALVAGN. *Obscuris* Francof. & tres alii cum editionibus nonnullis.

379. *Victos ambagibus oris.*] *Luisos* eleganter Politiani liber & duo alii. nisi *vinctos* mavis. ut ad Sphingos nomen alludat. HEINS. Vid. Lutat. ad Stat. 1 Theb. 66. ubi à σφίγγειν, id est *constringere* dictam ait. *quasi montes omnium suis propositionibus ligaret.* & ad lib. IV. 87.

381. *Ut qui Bistoniae.*] Thracia à Bistone paludè dicta est, & ibi authore Callimacho, in oppido Seris nomine multi viri à Lacedaemoniis interfecti sunt in templo Minervae; ideo Minerva fertur sua lumina operuisse. INTERPRES. Ego veterem illam judiciorum formulam *non liquet* hic usurpare malo, quam temere quidquid obvium est arripere, aut fallam Nasoni sententiam affingendo Lectori fucum facere. Nam quae ab enarratoribus dicta sunt, eo numero apud me sunt, quo tricae & apinae. Ξενηλασίας, inquit Sanctius, *Lacedaemonii legem tulere, ne alicui hospiti Spartae esse liceret, quam legem Graeci dixerunt* ξενηλασίαν, *id est, hospitum expulsionem. Lamniaci multi Spartae deprehensi ex lege interfecti sunt in templo Palladis, quam Thraciam appellabant, quo furore flatua avertit oculos.* Maximam profecto Sanctius apud me gratiam inierit, si Authorem omni majorem exceptione protulerit. Ego certius non habeo, quod ad loci hujus expositionem spectet, quam quod Iustinus lib. xx. de quinquaginta juvenibus in Templo Minervae trucidatis narrat his verbis: *Sed principio originum Metapontini cum Spartianis & Crotoniensibus pellere caeteros Graecos Italia statuerunt. Cum primum urbem Siriim cepissent, in expugnatione ejus quinquaginta juvenes amplexos Minervae simulacrum, Sacerdotemque Deae velatum ornamentis, inter ipsa altaria trucidaverunt. Ob haec cum peste & seditionibus vexarentur priores Crotoniensis Delphicum oraculum adierunt. Responsum his est, fuere mali fore si violatum Minervae numen & interfectorum manes placassent. Itaque cum statuas juvenibus justas magnitudinis, & in primis Minervae fabricare cepissent, Metapontini cognito oraculo Deorum occupandum manium & Deae pacem rati juvenibus modica & lapidea simulacra ponunt & Deam paucis placant. Atque ita pestis utrobique sedata est, cum alteri magnificentia, alteri velocitate certassent.* Ecce quinquaginta juvenes ad aram Minervae caesos, ecce Minervam iratam, quam Justinus pestilentiam interfectoribus immisisse, Naso poëtico more oculos avertisse dicit. *Bistoniam* autem Minervam dixit, quod illa praesesset militiae, cujus peritia Thraces maxime gloriantur, unde σπαρεὶς & ἀρείς dicta est. SALVAGN.

384. *Propter quod facies.*] Idem lib. IV. Metamorph. de Medusa:

Hanc pelagi Rector templo vitiasse Minervae
Dicitur; aversa est & castos aegide vultus
Nata Jovis texit ———

Ita quoque simulacrum ejusdem Deae, cum violaretur ab Ajace Cassandra, pudicos oculos ad templi fastigium sustulisse refert Homeri Scholiastes ad Iliad. 11. Quod & ipsa Cassandra vaticinatur apud Lycophronem. Sic etiam cum Iones Ilium cepissent, supplices à Minervae simulacro vellebant, nulla religionis habita ratione, quod cum fieret, ipsum simulacrum facinoris atrocitate commotum oculos clausisse fertur, ut idem Lycophron refert, quod tamen Strabo lib. VI. fabulosum putat. SALVAG. *Tecta* plerique. alii, *torta*, vel *torva*. HEINS. *Tecta* vel *torva* Francof. *propter quos* etiam Regius unus.

383. *Ut qui Threcii.*] Diomedes Rex Thraciae equos suos humana carne alebat. Ab Hercule tandem victus, equis suis in pabulum objectus est. INTERPRES. Nota Diomedis Tiracum Regis immanitas, equos suos humanis carnibus alere solitus, quemadmodum scribunt Apollodorus lib. II. Diodorus lib. I. Philostratus in imaginibus. Plinius lib. IX. cap. 2. Seneca Hercule furente, versu 225. Item Agamemnone versu 838. Claudianus Praefat. lib. II. de Raptu. Hinc Herculesapud Ovidium nostrum lib. IX. Metamorph.

Quid cum Tracis equos humano sanguine pinguescentes,

385 Therodamanteos ut qui fenfere Leones,
Quique Thoanteae Taurica facra Deae.
Ut quos Scylla vorax, Scyllaeque adverfa Charybdis

Du-

Et neque cum cæteris laceris præfepia vidi,
Vnaque abfcidi, dominumque ipfeque peremi.

Hiftoria vera eft, Diomeden equis alendis tantifper defeftum, ufque dum facultates omnes confumpfeit. Quamobrem equos ejus Ἀτάρνας Φάγους dixerint, ut exponit Pataephatus lib. de Incredibilibus. Alii aliter. Conftans autem fama fuit equum Defjanum Atreis natum, proverbio nobilem, tanquam de ferere equorum progenitus foret qui Diomedis Tarracifaeffent, quos Hercules Diomede occifo è Thracia Argos perduxiffet, ut fcriptum reliquit ex Cajo Bafilo A. Gellius noct. Attic. lib. III. cap. 9. SALVAGN.

384. *Therodamanteos.*] Therodamas Scythiae Rex fuit, qui timens, ne perfidiis occideretur, leones hominum fanguine alebat, quo magis faeviret, ut fi cibus poftulatur, ad crudelitatem paratos haberet. Alii dicunt, Therodamantem Lybiam fuiffe, cui Menaleum nobili genere matronam faeculis fuis obfecerit, quod Siam ejus adulterare vellet, aqua ocidus eft. INTERPRES. Quum plurimi hoc fcriptum eint, quae toto fere terrarum orbe illuftrat, quorum magis rem literariam, tum eloquio, tum fcienciis promoverant, hi mes puerum de Mafis humanioribus in diis bene meriti mihi videntur, Jacobus Sirmundus, Dionyfius Fazellus Gall., & Andreas Schottus Belga. Dicant & feriam alii quod velint. Illum autem, quem poftremo loco nominavi, mirifico Hiacus Calabrum Praefectum Arcium in Athenaeum animadverfionum, eruditorum abae virum appellat; & ego puerari atque etiam prae me ferre foleo, tamen me fludius in ejus fcriptis copiffe, quantum ex illis nominis. Interdum tamen ab eo diffentire cogor, ut hoc loco diffentio, quum pro vulgata fcriptura legendum fufpicatur, *Therodamanteos* à Therodamante Memoris Hifpaniae Rege, qui cum furore adus Hercules templum oppugnare aggreffus eft, vaniantque ex adverfo Gallicani inducto navium exercitu, fubito in fugam verterunt: Regina navet, inquit Macrobius lib. I. Saturn. cap. 20. *Simulque inopinato igne correptae conflagraverunt. Paucifimi, qui fuperfuerunt hoftium exercitu indicaverunt apparuiffe fibi Leones proris Gadiranae clyffis fuperfluentes, ac fubito fuas navos omnes ipfe vaffi, quaeque in illis conflagrantes, exuffae.* ita Schottus lib. II. cap. 32. Hamanarum Observationum. Sed habebat, opinor, fenex doctiffimus occupatum alibi animum, aut certe adulterinit conjecturaliter legendum utebatur, cum illam fictae conjecturam in medium protulit; neque enim *Therodas*, fed *Therus* in omnibus, qui circumferuntur, Macrobii codicibus conftanter legitur. Deinde genuinam effe hujus Ovidiani loci lectionem *Therodamas*, patet ex eodem Ovidio, qui lib. I. de Ponto, Eleg. 3. ejufdem Therodamantis meminit in his:

Non ibi Therodamas, crudusque vocabitur Atreus,
Quique fuis hominos pabula fecit equis.

Vetus Scholiaftes ait Scythiae Regem fuiffe, qui timens &c. Eum vero fic appellatum, quod *ferarum dominator* effet, vel fi *Theromedon* legas, ut quidam Codices habent, quod feris imperaret, non levis eft Domitii & Bartholomaei Merulae fufpicio. de illo, nihil mihi praeterea lectum. SALVAG. *Qui favore leones* Pataf. *vinxere* unus Mediceus, Heinfius *pavore* praetulit. fed hoc recte Leonibus convenit, non aeque *facris*, quae non paviffe reos aut noxios dici poffunt. quare ego *fenfere* reduxi, quod utrique congruit. vid. ad Epift. IX. 46. BURM.

386. *Quique Thoanteae.*] Thoas filius Bacchi, quanquam Lemniades viros fuos interfecerant, à filia Hypfipyle liberatus, in Tauricam regionem fugit, in qua regnavit, & ibi in templo Dianae erat Iphigenia foror Orestis. Quicunque hospites illuc veniebant, unus Dianae mactabatur, alter revertebatur. INTERPRES. Thoas hic Tauricae terrae tyrannus, five rex fuit: alius à Thoante Bacchi, patre Hypfipyles. Sic enim & Iphigenia apud Eurip. ait, Se à Diana in terram Taurorum ablatam fuiffe, ἐνθάδε κυδαν βαρβάρου βάρβαρος Θόας, ἀνδρὸς κτάνω τάδε ἱερὰ πνεόντος εἰς νεώνας ἔλθε τοὺς πάλαιους χάριν, &c. Nota autem eft five fabula, five hiftoria, de Taurica Diana, cui hospites immolari folebant. De Scylla & Charybdi Odyff. XII. vide. De Polyphemo ejufdem lib. nono. de Antiphate & Laeftrygonib. lib. X. MIGELL. Tauri Scythiae populi funt, quorum Tyrannus fuit Thoas, à quo Diana Taurica Nafoni dicta *Thoantea*, cujus ara hospitum immolatione infamis apud Herodotum in Melpomene, Callimachum Hymno in Dianam, Euripidem Iphigenia Taurica, Pomponium Melam lib. IV. Minucium in Octavio, Ovidium pluribus locis, & alios paffim. SALVAGN.

387. *Ut quos Scylla.*] Scylla & Charybdis periculafunt in mari. Scylla vorat, Charybdis evomit. Hic dum Vlyffes per mare erraret, focii ejus abforpti funt. INTERPRES. His quatuor verfibus Scyllam, Charybdim, Polyphemum, Laeftrigonas, Vlyffis claffi infeftos, libidi vovet, quae omnia Flaccus lib. de Arte poetica miracula fpeciofa vocat. Vlyffes apud Homerum Odyff. XII. cum navem propius ad Scyllam admoviffet, fex amifit ex fociis, eoque refpexit Maro Ecloga VI. his verfibus:

Quid loquar, aut Scyllam Nifi, quam fama fecuta eft
Candida fascinctam latrantibus inguina monftris
Dulichias vexaffe rates, & gurgite in alto,
Ah timidos nautas, canibus laceraffe marinis.

Quod iisdem prope verbis repetit in Ceiri. Caeterum *voracis* epithetum quod etiam Catullus de Nuptiis Pelei & Thetidos Scyllae tribuit, Charybdi magis convenit, nam ut ait Plinius lib. III. cap. 8. *Eft faxum Scylla, item Charybdis mare vorticofum: Ambo clara faeviitiâ.* Quae quidem verba transcripfit S. Hieronymus Tractatu de locis Hebraicis, & poft eum Beda Tractatu de nominibus locorum in Actis Apoftolorum. Hinc Ciceroni Philippica II. *vorax.* Senecae Thyefte *rapax.* Ipfi Ovidio lib. 13. Metamorph. *avida* dicitur. Proinde Euftathius in XII. Odyff. dictam putat παρὰ τὸ ἁλς χάος ἤτοι ἀναλῶν, alii malunt ἁλς χάος ἰοβόλον. Et vero Charybdis nihil aliud eft, quam hiatus terrae vel maris vorticofi, quo aquae abforbentur. Hinc & Oronres in Syria abforptus hiatu inter Apameam & Antiochiam, rurfumque poft 40. ftadia emergens, Charybdis appellatur, authore Strabone lib. VI. qui Circen apud Homerum in hac defcriptione mendacium admifcuiffe, & de induftria Tragicae amplificationis caufa locutam fcribit. Unde Seneca Epift. 79. *Scyllam faxum effe, & quidem non terribile navigantibus optime fcio.* Scylla quidem, ad quam Scyllaeum oppidum, hodie *Scyllo*, Charybdis *Calofaro* & *la Roma.* Haec Meffinae, illa Rhegio fubeft, fpatio duntaxat 15. m. paff. interjecto. Sed & totum Fretum Siculum Charybdis appellatur Thucydidi. Eft autem Dulichium una ex Echinadibus Infulis, non procul ab Ithaca Vlyffis patria, unde paffim Vlyffes Dulichius dictus. Ithaca hodie *Valle di compare.* SALVAGN. *Scylla rapax* unus Heinfii & tres alii. *furax* unus.

389. *Ut quos demifit.*] De fociis Vlyffis. Nam Polyphemus Cyclops Vlyffem vi tempeftatis in Siciliam delatum antro fuo inclufit, quatuorque ex comitibus ejus devoravit, reliquos eodem mortis genere peremptorus, nifi Vlyffes eum excaecaffet. INTERPRES Melius, *dimifit*, CONST. VAR. Polyphemus fex Vlyffis focios devoravit, ipfum etiam Vlyffem devoraturus, nifi ab eo inebriatus & identidem excaecatus fuiffet, ut Homerus fcribit Odyff. I. Quod etiam graphice defcribitur à Virgilio lib. III. Æneid. Ovidio noftro lib. XIV. Metam. Tangit & Boëthius lib. IV. de Confolatione Philofophiae, in his:

Flevit amiffos Ithacus fodales,
Quos ferus vafto recubans in antro
Morfit immani Polyphemus alvo.

Eoque pertinet illud Ennii ex Annal. IX. apud Prifcianum:

Cyclopis venter velut elim turferat alti
Carnibus humanis diftentus.

Quum autem Nafo *vaftam alvum*, Boëthius *immanem* dixerunt, Homerum ambo expreffere, qui μεγάλην νῆδυν dixerat. Et vero quidni vafta & immanis effet Polyphemi alvus, cum Virgilius ejus proceritatem fic repraefentet.

——— *Ipfe arduus, altaque pulfat*
Sidera ———

Et ante ipfum Lucilius:

Multa homines portenta Homero verfificata
Monftra putant, quorum in primis Polyphemus, ducentos
Cyclops longus pedes, & porro huic mann baculum,
Quam malus navis in verbita maximus ulla.

Nequaquam autem fabulofam effe illam Polyphemi & Cyclopum aliorum proceritatem, documento funt immania illa cadavera, viginti & etiam amplius cubitorum, quae ad radices Eryces montis in Sicilia effoffa effe prodidit Thomas Fazellus, in his quae de Sicilia fcripfit. Sed enim fortaffe Polyphemi cadaver fuit, de quo Fazellus idem Decade I. lib. I. cap. 6. in hunc modum. *Eryx mons eft in Sicilia notiffimus, mons Deprani hodie vulgo nominatus. Ad hujus radices quâ Orientem refpicit, quum ruftici quidam anno falutis MCCCXLII. paftorali cafae fundandae altius foderent, in antrum immenfum incidernnt, in quod ingreffi, virum portentofae magnitudinis fedentem deprehenderunt, cujus rei novitate confternati ex antro citius fugam in oppidum, quod ad verticem eft, capeffunt, civibusque quid monftri viderint referunt. Erycini exciti, armati antrum petunt, ex quibus complures facibus incenfis fpecum introgreffi, monftroque, quod in confpectu habebant, tandem proximiores fafti, hominem non vivum, fed cadaver humanum proceras ftaturae in fedè poftrum, finiftra manu baculo mali nautici inftar innixum, nudaque ex parte corrofum cognofcunt. Tactu fcipionis cortex confeftim in cinerem diffolvitur, quo clava plumbea, quae è terra ad manum ufque fedentis afcendebat, celebatur, tactu & cadaver aeque ftatim corruit,*

cum

390 Dulichiae pavidos eripuere rati.
Ut quos demifit vaftam Polyphemus in alvum,
Ut Laeftrygonias qui fubiere domos.

Ut

Ut quos Dux Poenus mersit puteali bus undis,
Et jacto canas pulvere fecit aquas.
Sex bis ut Icaridos famulae periere, procique,

In-

& in paludem versus est, tribus solum diebus pulchrior admirandae magnitudinis, & anteriori tantùm parte, reliquorum mediorum Siciliensium capacem, interim cuncta ac permissionem relinquit. Erycini in vici solum ac miraculum dextra sic ferro ad trucidissi pedes, qui in medio Templi Annunciatae ejusdem oppidi prodebat, suspenderunt. Haec mihi omnia Senatores Erycini renuerunt. Meminit & exactè hujus exempli Joannes Boccacius lib. IV. cap. 68. de Genealogia Deorum. Certè Polyphemum, alibique Cyclopes sedem ad Erycem montem habuisse supra diximus ad versum 271. SALVAGN. *Diversi* alii. vid. ad Quinct. x. de Inst. Orat. 1. & ad Pindar 1. 1. Salvagnius vero, in prima editione, se in Vico Sancto-Victoriano, *in vastum dicum* Veneris lusit, & exemplo Canae probat, vid. & Barth. VIII. Adv. 14. & IX. 4. Addebat & locum Columell. ex lib. x. ℣. 136. *Florida cum fidis, mansuetudine alum.* ita Gryphii certe editio. Ed. alia, *arva.* & ita Codex S. Germani. Brunc.

392. *Et Laestrygonas.*] Laestrygones populi Campaniae immanissimi, humana carne victitantes. Eorum Rex fuit Antiphates, qui Ulyssem, in Italiam, temperatae impetu, ejectum, totis viribus expugnavit, unumque ex sociis ejus ore apprehensum dilaniavit. INTERPRES. Laestrigones Gigantum genus fuere, quos humanis carnibus vesci libros scribit Plinius lib. VII. cap. 2. Hi socios aliquos Ulyssis variosque transtros, & igni assa devorarunt apud Homerum Odyss. x. Ubinam vero sedes eorum fuerit inter authores non convenit. Quidam agrum Leontinorum in Sicilia versilis proiderunt. Quae quidem urbs hodie *Lanini* vocatur. Hinc *Laestrigoni campi* circa Leontinos appellati, de quibus Geographi veteres. In quam sententiam Macius Tzetzes *in Lycophronem.* Λαιστρυγόνες δὲ εἰσὶ οἱ νῦν ἐν Σικελίᾳ Λεοντῖνοι, *Laestrygones vero sunt qui nunc in Sicilia Leontini dicuntur.* Certe Thucydides, antiquissimus Scriptor, lib. VI. Cyclopes & Laestrygonas Siciliae partem quandam tenuisse narrat, quorum neque genus, neque unde venerint, neque quo abierint, se compertum habere profitetur. Alii Laestrigones in Italia posuerunt ad Formianum latus, haud ita procul à Circaeo monte, ipsum oppidum Formias Lami sedem facientes. Unde Flaccus Ode 17. lib. III. ad Aelium Lamiam:

Aeli vetusto nobilis ab Lamo,
Quando & priores hinc Lamias ferunt
Denominatos, & unde nunc
Per memores genus omne Fastos.

Authore ab ipso ducis originem,
Qui Formianum moenia dicitur
Princeps, & innantem Maricae
Litoribus tenuisse Liris,
Late Tyrannus.

Qua de re Philippus Cluverius copiose in libris de Italia, & Sicilia antiqua. SALVAGN. *Ut* plerique, malo etiam, *Laestrygonios lares:* nisi quod tres scripti, *Laestrygonias domos.* probe. HEINS. *rates* alter Petavian.

391. *Ut quos dux Poenus.*] Annibal Legatos Romanorum in puteum projecit, & pulverem desuper injecit. INTERPRES. Accrranorum Senatores ab Annibale per fraudem captos, & in puteum demersos notat Valerius IX. cap. 6. & Appianus Libyco. EGNATIUS. Acerranorum dicit senatores, quos extra moenia fraude induciarum evocatos Poenus Annibal demersit in puteos, ut Val. Max. lib. IX. cap. 6. & Appian. in libro cui nomen est Libycus, tradidere. sed hanc interpretationem Abstemio pauter & seniori debes Beroaldo. CONST. FAR. De hoc loco annotarunt Egnatius & Farensis, & ante hos Codrus in primo Sermonum. nota est historia ex Appiani Libyco, & Valerii libro nono, capite sexto: cujus verba sunt haec: *Annibal porro Nucerinos horiatus suos cum binis vestimentis, urbem inexpugnabilibus muris cinctam egressos, vapore & fumo balneorum fremendo: & Acerranorum senatum eadem ratione extra moenia evocatum, in profunda puteorum abjiciendo, novae bellum adversus populum Romanum & Italiam professus, adversus ipsam fidem acerrime gessit mendaciis & fallacia, quasi praeclaris actibus gaudens?* Appianus autem addit, & saxis ora demersorum obruta, quod hic Ovidius, jacto pulvere canas aquas factam dicit. MICYLL. Acerranorum Senatum intelligit, quem specie inducianum extra moenia evocatum Annibal in profundum puteorum abjici, & terra obrui jussit, uti narrat Appianus in eo libro cui titulus est Lybicus & Valerius Maximus lib. IX. cap. 6. SALVAG.

393. *Et velut Icaridos.*] Penelopes filiae Icari. Ulyssis Troia redeuntis ancillas suas, & procos, & Melanthium caprarium occidit. INTERPRES. Icaris est Penelope Icari filia, cujus famulas & Procos, item Melanthium Capratium Ulyssis domum reversus interfecit. Qua in narratione totus est Homerus Odyss. XXII. Idemque lib. XXI. octo supra centum procos enumerat, nempe quinquaginta duos ex Dulichio, viginti quatuor ex Samo, viginti ex Zacyntho, duodecim ex Ithaca, totidem-

Inque caput domini qui dabat arma procis.
395 Ut jacet Aonio luctator ab hospite fusus,
Qui (mirum) victor, cum cecidisset, erat.

Ut

demque memorantur ab Appione Alexandrino apud Athenaeum lib. I. cap. 14. Eustathius tamen in primum Odysseae trecentos ex aliquorum sententia fuisse prodit. Ad Melanthium quod attinet, ipsi nares & aures abscissae, pedes cum manibus incisi, genitalia exsecta, & canibus objecta sunt, quod is in caput Ulyssis arma Procis ministraret. SALVAGN. *Sextus ut Icaridos* Mentel. & unus vaticun. *Sedius ut* Bonon. Optime Sarrav. & Regius, *sex bis ut Icaridos famulae.* sic & Leucothea: *bis sex famulas dat* Metam. IV. HEINS. *Famuli* Francof. & plurimi alii. *Icaridas* Sarrav.

392. *Qui dabat.*] *Qui dedit* Petav. & quatuor alii. *dantque* etiam quinque.

395. *Ut jacet.*] Aonio ab hospite, id est, Hercule. Antaeus intelligitur, ab ipso interfectus. INTERPRES. Antaeum intelligit, Neptuni & terrae filium, Athletam fortissimum, hospites secum luctari coactos enecantem, valentiusque certantem, quoties prostratus terram matrem contigisset, à qua vires illi novae semper addebantur. Quamobrem Hercules ipsum è terra sublatum & compressum elisit. Ex Apollodoro lib. II. Diodoro Siculo lib. IV. Lucano lib. IV. elegantissime luctam Herculis & Antaei prosequente: obiterque meminerunt Ovidius ipse Epistola Deianirae, item lib. IX. Metamorph. Propertius lib. III. Eleg. 21. Martialis Epigram. lib. V. Statius lib. VII. Thebaidos. Claudianus in Rufinum lib. I. Martianus Capella lib. VI. Allegorice vero Fulgentius Mythol. lib. II. Quin etiam Eusebius Gallicanus Homilia VIII. Christo à terra sublato fabulam applicat. Terrae filium ideo dictum tradit Procopius lib. IV. de Bello Vandalico, quia Tingitani, quorum Tyrannus fuit Antaeus, sese veros *αὐτόχθονας* praedicarent. Neque vero praetermittendum, quod Plutarchus in Sertorio de Antaei proceritate scriptum reliquit. Eam nimirum fuisse cubitorum sexaginta. Caeterum Hercules ab Ovidio *Aonius* dictus à Thebis Boeotiae civitate, ex qua oriundus erat. Boeotiam enim antiquitus *Aoniam* appellatam supra diximus. SALVAGN.

396. *Mirum.*] *Mirè* duo, cum pr. Edit.

397. *Ut quos Antaei.*] Nota est fabula INTERPRES. Antaeus enim complures lucta victos interemerat. SALVAGN.

398. *Quosque ferae morti.*] Lemniacae mulieres, cum ob foetorem hircinum à viris contemnerentur, injuriam ultae omnes è Thracia cum pellicibus reversos una nocte trucidarunt, praeterquam Hypsipyle, quae Patrem Thoantem servavit. Author Apollodorus lib. I. Statius lib. V. Thebaidos. Valerius Flaccus lib. II. Argonaut. Apollonii Scholiastes in lib. I. Didymus in VII. Iliad. Pindari Scholiastes in argumento Nemeorum. Ex illa vero Lemniadum graveolentia natum Proverbium Λῆμνον κακόν, de quo Paroemiographi. Alarum foetorem esse tradit Dio Chrysostomus oratione 33. & Luctatius in V. Theb. qui hircinum odorem vocat. Verum Eustathius in I. Iliad. ad oris graveolentiam refert. Ut ut sit, Myrsilus sive Myrsilus apud Antigonum Paradoxo 130. & Apollonii Scholiastes foetorem illum ex Medeae pharmacis enatum prodidit. Alii fabulantur à Venere immissum. SALVAG. Heinsius conjecerat, *Lemniae orba dedit.*

399. *Ut qui post longum.*] Aegyptus pluvia septem annos caruit, cum Busiris Rex esset, ad quem venit Thasius, dicens ei, quod si unoquoque anno hospitem immolaret Jovi, pluviae copiam haberet. Cui dixit Busiris, tu primus fies hostia Jovi, quo immolato Jupiter pluviam misit. INTERPRES. Hic Thrasius fuit, ut ab eodem poeta primo de Arte ℣. 650. appellatur, qui eandem historiam prolixius paulo tradit his verbibus:

Dicitur Aegyptus caruisse jugantibus arva
Imbribus, atque annis facta fuisse novem.
Cum Thrasius Busirin adit, monstratque piari
Hospitis effuso sanguine posse Jovem.
Illi Busiris, fies Jovis hostia primus,
Inquit, & Aegypto tu dabis hospes aquam.

MICYLL. Gulielmus Canterus, vir eximie literatus, Annotationibus in Lycophronem hunc locum de Molpide illo interpretatur, quem pro patria Jovi Pluvio mactatum esse prodit Lycophron in his:

Ἔνθ' Ἐρεχθὶς ἐξ Λαιστρυγόνων γένος
Λιμοῦ πλειστόφονον Μολπίδος νίφος,
Τῷ Ζηνὶ δωτρόβῳ ἱερόφιν θέμις.

Misit Erechthius in Laestrinaeos agros,
Politum irriturum Molpidis lapidem
Jovi pluvio sacrificati.

Verum Carolus Salvagnius Boissii Toparchus pater meus, vir non minus literis, quam militari gloria nobilis, qui nimirum Syriace, Hebraice, Arabice, Graece, Latine, Hispanice, Italice, Germanice, Anglice peritissimus erat, in suis ad eundem Lycophrona Commentariis, Ovidium lucidenter interpretatur de Thrasio illo, de quo scilicet ipse lib. I. de Arte amandi:

Dicitur Aegyptus caruisse rigantibus arva &c.

Idem-

Ut quos Antaei fortes pressere lacerti,
Quosque ferae morti Lemnia turba dedit.
Ut qui post longum sacri monstrator iniqui
Elicuit pluvias victima caesus aquas.
Frater ut Antaei, quo sanguine debuit, aras
Tinxit; & exemplis occidit ipse suis.
Ut qui terribiles pro gramen habentibus herbis

Im-

Hemque voluisse Claudianum nemini dubium esse debet, quum ait lib. I. in Eutropium:

Sic cruentus funeris Pluto arenis per annos,
Hospitis qui caedes moverit placare Tonantem,
Dexamenis primum Busiridis imbuit aras,
Et cruddis sacris, quae dicerat, hostia fuit.

Quod etiam memoriae prodidit Apollodorus lib. II. Bibliothecae. Ex his manifesto patet interpretationem Pauli non veram esse, quam verum est me vivere. Sed enim Busiridis ipsius interitus proximo libricio memoratur. SALVAGN. *Post venum annis.* sic alii, *post annum.* tres, *post annos.* Porto, *post tanto.* Pont. III. El. IV.

Vix bene post tanto quaesitus verba fabebant.

Virgil. Georg. III.

Nonne quinque post tantos videres defuncta regna
Pejorum, & hoc filius laetaque cacantes.

Incertus lib. V.

Quidnam novi potest tanto post ante quinto
Deferre?

Sic *post multo, post paulo* frequenter apud Historicos, ut & *ante post, biennio post*, similiaque. HEINS. *Sacri ne frater iniqui* Bonon. *post paulum* & *paulo* Aldine veteres vitiatus ad Quintil. II. de Inst. Orat. 5. *post paulum* idem Fabius lib. III. 4. & XII. 3. 2. Caesar VII. de Bel. Gal. 50. *post annos* Noster III. ex Pont. IV. 47. ita & hic *post longos*, scilicet tempus, retineri potest: eadem ratio etiam in *matutino, hesterno, quotidiano, externo, vetus, serus* &c. in quibus omnibus tempora intelliguntur, vid. ad Quintil. XII. de Inst. Orat. I. & Ovid. Amor. III. III. 11. Jucundum habitus *brevis ad brevis* sunt. Tibull. LXVIII. vide & quae notavimus ad Val. Flac. VI. 320. BURM.

Elicuit.] Edaxis unus codex & pr. Edicti.

Frater ut Antaei.] Pygmalion, frater Antaei, hospitis suos quos intra pedibus in Parthenio monte occidebat ante aras, quod est passus ab Hercule. INTERPRET. Busiris eodem patre natus, quo Antaeus, inquit, ut Probus noster auctor est in Georgicis. Qualis autem Busiris fuerit, paucis ab, quam ut plurimis explicare debemus. Busiris Busiridis significat, ut ita LXXII. capite primae Collectaneorum Hecatoslyst. docuimus, qui eodem patre genitus est, quo fertur Antaeus: ut Probus in Georgicis & Apollonii scribit commentator. CONST. FAN. Busiridem intelligi doctiores plerique volunt. Hunc enim & Antaeum eodem patre, Neptuno scilicet, genitos esse. Ac de Busiride quidem constat, Neptuni filium passim apud autores dici. De Antaeo dubitari potest, quem caeteri Terrae filium faciunt, solitum hospites luctando superatos occidere, & eorum craniis templum Neptuni tegere, ut Pindar. quarta Oda illustriorum autor est, sive idem Neptunus pater illius, sive alias ab eo cultus fuerit. Posset tamen & *Antaei*, pro *Antaei* non incommode legi, si quem prior lectio offendat. Nam & hunc Apollon. Neptuni ex Astypalaea filium facit, eundemque mortuo Tiphy gubernationem Argis suscepisse dicit. Vide lib. secundum Argonautic. MICYLL. Busiris Antaei frater, cum uterque Neptunum patrem habuerit. S. Augustinus lib. XVIII. de Civitate Dei, cap. 12. *illo tempore vel Rex, vel potius Tyrannus, Busiris fuit: Diis suos hospites immolabat, quem filium perhibent fuisse Neptuni ex matre Libya filia Epaphi.* Enimvero ferocissimos & ab omni humanitate alienos Neptuni filios à Poëtis appellatos, Jovis autem praestantissimos virtute prudentiaque notavit A. Gellius lib. XV. Noct. Attic. cap. 21. Ipse tandem ab Hercule, eo, quod dederat, exemplo mactatus debitas crudelitatis suae poenas exsolvit, ut scribunt Apollodorus lib. II. qui matrem ejus non Libyam, sed Lysianassam vocat, Diodorus Siculus lib. IV. Hinc Hercules apud Ovidium nostrum lib. IX. Metamorph.

Ergo ego Sudaneum peregrino templa cruore
Busiridis dicavi.

Quanquam Isocrates in Encomio Busiridis ipsum negat occisum ab Hercule, qui decenis & amplius annis junior fuerit. Imo vero Eratosthenes apud Strabonem lib. 17. nullum Busirim fuisse, nec Regem, nec Tyrannum constanter affirmat. SALVAGN.

403. *Ut qui terribilis.*] Diomedes Thracum Rex. INTERPR. Domedes Thracum Tyrannus equisuis, quos humanis carnibus alucrat, ab Hercule pabulum datus est, ut ex ipse pateretur, quae aliis fecerat. Ex authoribus allatis ad versum 381. Sed quod ait Ovidius, *pro gramen habentibus herbis*,

Impius humano viscere pavit equos.
Ut duo diversis sub eodem vindice caesi
Temporibus Nessus, Dexamenique gener.
Ut pronepos, Saturne, tuus: quem reddere vitam
Urbe Coronides vidit ab ipse suà.
Ut Sinis, & Sciron, & de Polypemone natus,
Quique homo parte sui, parte juvencus erat.

Qui-

bis, vel pro eo dictum videtur, quod est apud Virgilium Eclog. V. *graminis herbam*, vel est ejus sententia, pro herbis, quibus inesset gramen. Quae certè locutio cum insolens videatur, suspicabar legendum, *pro gramen habentibus arvis.* Sed inconcinne dici mihi visum est, *pavit equos humano viscere, pro graminis arvis.* Porro de gramine herba, sic Plinius lib. XXXIV. cap. 19. *Gramen inferna est inter herbas vulgatissimum. Geniculatis infernis inter nodos, crebroque ab his & ex ejus cacumine novas radices spargit. Folia ejus in religno orbe in exilitatem substringuntur. In Parnasso tantum eduracia specie densius, quam usquam. Fruitcat flore odorato candidoque. Jumentis herba non alia gratior, sive viridis sive in foeno siccata, cum detur asperso aqua.* Quoniam vero *gramen* est inter herbas vulgatissimum, ideo pro quavis herba interdum usurpatur. SALVAGN. Multi scripti, *pro graminis, pro gramine h. herbas* alter Petav. & duo alii. *artus pro gramine habentes* Juncti & Petav. pro *herbis* unus, *haedis.* locus suspectus, quia de Diomede jam egit ℣. 383. inmerito vero Salvagnio insolens videtur locutio *pro gramen habentibus herbis.* Ita enim & I Met. 633. *terra gramen habens.* & IV. 215. *Ambrosiam pro gramine habent.* mox, *humano sanguine pavit* Francof. & tres alii. BURM.

405. *Ut duo diversis.*] Hercules Nessum & Eurytionem Centauros interfecit. INTERPR.

406. *Temporibus Nessus.*] Nessus Centaurus ab Hercule sagittis transfixus, quod vim Deianirae ad Euenum fluvium inferre voluisset, ut copiose prosequitur Naso, lib. IX. Metamorph. & Deianira ipsa apud Senecam Hercule Oetaeo, versu 500. Apollodorus lib. II. Biblioth. Hyginus fab. 34. Tzetzes in Lycophronem. Obiter Strabo lib. X. Pausanias Laconicis & Phocicis. SALVAG. *Vulneribus Nessi* Moreti & alius.

406. *Dexamenique gener.*] Ita legendum, non *Dissimani*, ut vulgo codices habent. Fuit autem hic Dexamenus Oleni rex, ut Pausan. tradit Elaicis prioribus. Cujus filias geminas, Theronicen & Theraphonem Actoris filii Ceatus & Eurytus duxerunt. & ex Theronice quidem Ceatus genuit Amphimacium, ex Theraphone autem Eurytus genuit Thalpin. Utrumque autem, Ceatum scilicet, & Eurytum occidit Hercules ex infidelis circa Cleonas adortus, cum ad certamen in Isthmum proficiscerentur. Caeterum quia poëta singulari numero posuit, Dexamenique gener, dubitari potest an de alio quopiam, quam de *Actoridis*, quos & à matre *Molionas* vocarunt, hic locus intelligendus sit: videlicet de Eurytione centauro, quando & Nessi centauri mentionem facit poëta. De illo enim apud Hyginum in hunc modum traditur: *Hercules*, inquit Hyginus, *cum in hospitium ad Dexamenum regem venisset, eiusque filiam Deianiram devirginasset, fidemque dedisset, se eam uxorem ducturum, post discessum ejus Eurytion Ixionis & Nubis filius Centaurus, petit Deianiram uxorem. Cujus pater vim timens, pollicitus est se daturum. Die constituto, venit cum fratribus ad nuptias. Hercules intervenit, & Centaurum interfecit, suamque sponsam abduxit*, &c. De Eurytione autem Iolcs patre, & filio Iphito (ita enim Graeci hunc vocant) ad quos vulgo hunc locum referunt, Commentatores viderint. MICYLL. Debetur hujus loci restitutio Paulo Leopardo viro doctissimo, qui lib. III. Emendationum cap. 4. pro vulgata scriptura, *Dissimaniqua gener*, primus legendum vidit, *Dexameni*, ut intelligatur Eurytion Centaurus Ixionis & nubis filius, ab Hercule itidem occisus, quod is Deianiram Dexameni Regis filiam per vim desponsasset, quam prius Hercules ipse corruperat, data fide se eam uxorem ducturum. Sic Hyginus fab. 33. & Luctatius in illud Statii, *si quando profundo Nubigenae caluere mero.* Sed aliter historiam produnt Apollodorus lib. II. & Diodorus Siculus, quorum hic Dexameni filiam, non Deianiram, sed Hippolyten, ille Mnesimachen vocat. SALVAGN. *Dexamenique* corrigendum, ut nonnulli codices quod jam alii viderunt. Dexameni enim filiam fuit, qui Deianiram, non Oenei esse contendant. HEINS. *Dexamenique genus* Petavian.

407. *Ut pronepos Neptunus tuus.*] Coryneles latro, filius Vulcani, quem Theseus occidit, quem vidit Coronides, scilicet Æsculapius Coronis & Phoebi filius, ab urbe sua, id est, ab Epidauro. INTERPRES. Hunc *Periphanum* vocat Pausanias in I. *Periphetam* Plutarch in Theseo, quem *Corinetam* cognominatum legimus, qui aenea clava utebatur ad pugnam: sunt autem & quidem codices, in quibus legitur, *ut Pronepos, Saturne, tuus,*

Quique trabes pressas ab humo mittebat in auras,
Aequoris adspicians hujus & hujus aquas.
Quaeque Ceres vidit laeto pereuntia vultu

Cor-

quibus idem idem est sumendum. CONST. FAN. De Periphete intellige, quem à clava, quam gestare solebat, *Corynetam* dixere. Hic enim à Theseo circa Epidaurum occisus est, quo loco Aesculapius peculiariter colebatur. unde *ab urbe sua* eadem illius prospexisse ipsum dicit Poëta. Est enim *reddere vitam*, mori: non ut quidam accepisse videntur, reviviscere. Fuit autem Corynetes pronepos Saturni, hoc pacto. Saturni filia Juno fuit, Junonis Vulcanus, hujus Periphetes: quod & Pausanias testatur in principio Corinthiorum, βασιλεὺς γὰρ, inquiens, *Θησεὺς τῶν κακούργων τῶν ἐν τῇ ὁδῷ τῇ ἐς Ἀθήνας ἐκ Τροιζῆνος, οὓς τὰ πρότερον κατειργάσατο ἀπέκτεινε, καὶ ἐν Ἐπιδαυρίᾳ τῇ ἱερᾷ Περιφήτην, Ἡφαίστου νομιζόμενον, κορύνῃ χαλκῇ χρώμενον ἐς τὰς μάχας.* Quod autem quidam pro *Saturne*, *Neptune* substituunt, & de Hippolyto hunc locum interpretantur, de eo ipsi viderint. Veraciores certè codices *Saturne* habent, & de Hippolyto infra dicit Poëta. MICYLLUS. Ovidius ab Herculis laboribus ad aerumnas Thesei digressus, latrones ab illo interfectos octo versibus commemorat. Adeo ut Isocrates in Encomio Helenae illum Herculi anteponere non dubitarit: fuisset Herculem celebriorem, Theseum utiliora & Graecis conjunctiora certamina subiisse dicit. Nimirum illi Eurystheus imperabat, ut mala Hesperidum afferret, Cerberum adduceret, & alios id generis labores subiret, quibus nihil alius conduceret, sed ipse in discrimen & periculum vocaretur. Theseus autem, cum sui juris esset, ea certamina delegit, ex his primam suam & totam Graeciam sibi beneficiis obstringeret. Hoc dilicito Periphetes intelligendus est Vulcano patre & avia Junone Saturni pronepos, *Corynetes* à clava aenea, qua utebatur, appellatus, quem latrociniis infamem Theseus ad Epidaurum, hodie Raguzae, Aesculapii delubro celebrem interfecit. Quamobrem facinoris testem habuit ipsum Aesculapium, quem à Coronide matre Naso Coronidem nominat. Auctores Apollodorus lib. III. Plutarchus in Theseo, Pausanias in Corinthiacis, Hyginus fab. 38. apud quem merito Periphetes Neptuni filius dicitur. Ovidius ipse lib. VII. Metamorph. cum ait de Theseo:

——— Tellus Epidauria per te
Clavigeram vidit Vulcani occumbere prolem.

Caeterum *reddere vitam*, locutio tralatitia est, qua usus idem Ovidius lib. x. Metamorph. & Cicero pro Caio Plancio: *Qui pro Republica vitam reddiderunt.* Item Lucretius lib. VI.

Aut etiam nona reddebant lampade vitam.

Sed obscurior locus est lib. IV. in his:

Usque adeo certe, ut videamur cernere eum, quem
Reddita vitai jam mors & terra potita est.

Ad quem Lambinus. *Hoc est, ut opinor, mors cum vita commutata.* Salmasius Epistola 50. ad Fridericum Gronovium. Haec verba: *Reddita vitai jam mors* nullum sensum efficere putat, ideoque sic emendat, *Reddita vita jam mors & terra potita est*, nempe, *Reddita* secunda producta, à *redditre* pro *reddere*, sic *reddibo* apud Plautum pro *reddam*, ego nihil mutandum censeo. Lucretius dixit, *Reddita vitai jam mors*, pro *Data vitai jam mors*; usus nimirum verbo composito pro simplici, quomodo saepe alias, tum lib. II.

Praeterea si nulla coloris principiis est,
Reddita natura.

Item lib. IV.

Et quae mobilitas ollis tranantibus auras
Reddita sit.

Perinde est igitur ac si dixisset, *Dedita vitai jam mors*: ut ut sit, locutio est insolens. SALVAGN. Sic *reddere spiritum* & *animam* saepe Vellejus Patercul. vid. II. 14. & 35. 87. & 123. vid. ad III. Trist. III. 35. male vero Salvagnius hic Periphetem ad Epidaurum, hodie Ragusam dictam, interfectum notat. cum ad Epidaurum Peloponnesiacam res acciderit. vid. Pausan. lib. II. cap. I. BURM.

408. *Ipse Coronides.*] Aesculapius Coronei nepos. est enim patronymicum a masculino, non a foeminino nomine ductum: neque *Coronis* proprium hic nomen est, sed patronymicum à patre, qui *Coroneus* a Graecis nuncupatur. Ei autem nomen fuit Asteria, ut infra declaravimus. CONST. FAN. Vid. ad Met. II. 569. & XV. 624.

408. *Urbe Coronides vidit ab ipse sua.*] Haec vera lectio, quam Scripti codices agnoscunt. Adi Notas Epist. II. ℣. 96. HEINS.

409. *Ut Sinis & Sciron.*] Sinis & Sciron & Procrustes Polypemonis filii, à Theseo ad Cephisum fluvium cum patre occisi sunt. INTERPR. Hunc Pausanias in Atticis Pitthei cognationis fuisse tradit, affinemque Thesei, ac propter ejus necem Theseum a Phytali filiis fuisse lustratum, Plutarch. in Theseo & Lucianus in secundo veridicarum narrationum *Pityocampum* appellant, id est pinus piceasve arbores incurvantem. CONST. FAN. *Ut Scynis & Scyron*, vulgo quidem legitur. Caeterum neque *Scynis*, ut vulgo: neque *Schinus*, ut apud Diodorum: neque etiam *Sinnis*, *nn* duplice, ut apud Plutarchum, recte legitur: sed *Sinis*, quo nomi-

ne

Corpora Thesea Cercyonea manu.
Haec tibi, quem meritis precibus mea devovet ira,
Eveniant, aut his non leviora malis.

Qua-

ne Pausanias passim utitur. Id enim & versus postulat, & etymologia quoque comprobat. Nam *Sinim*, ἀπὸ τοῦ σίνεσθαι, hoc est nocendo, dictum volunt: à quo verbo & *Sinonis* nomen derivatum. Fuit autem hic *Sinis*, ex latronibus unus, quos Theseus interfecit, de quo Pausanias in Atticis ita meminit: *διαβᾶσι δὲ τὸν Κηφισσὸν, βωμός ἐστιν ἀρχαῖος Μειλιχίου Διός, ἐπὶ τούτῳ Θησεὺς ὑπὸ τῶν ἀπογόνων τῶν Φυτάλου καθαρσίων ἔτυχε, λῃστὰς καὶ ἄλλους ἀποκτείνας, καὶ Σίνιν, τὰ πρὸς Πιτθέως συγγενῆ.* Hunc eundem cum Pityocampe plerique faciunt, de quo paulo post dicetur. MICYLL. Fuit hic latro nobilis, ad isthmum Corinthiorum, qui ramis diversarum pinorum ad terram vi deflexis hospites alligabat, ut arborum in se redeuntium impetu sublati miserabilem in modum distraherentur, ob hoc dictus *πιτυοκάμπτης incurvans pinus*. Sed ipse postea Theseo vindice eodem supplicii genere scelus luit, ut narrant Apollodorus lib. III. Diodorus Siculus lib. IV. Plutarchus in Theseo, Pausanias in Corinthiacis, Hyginus fab. 38. Pindari Scholiastes in argumento Isthmiorum. Ovidius ipse Epistola Phyllidis, item lib. VII. Metamorph. his versibus:

Occidit ille Sinis, magnis male viribus usus,
Qui poterat curvare trabes, & agebat ab alto
Ad terram late sparsuras corpora pinus.

Sinin vero ἀπὸ τοῦ σίνεσθαι quod est nocere, dictum putat Eustathius in primum Iliados. SALVAGN. *Sinis* tam hic, quam Met. VII. & Epistola Phyllidis. Σίνις est apud Graecos. HEINS.

409. *Et Scyron.*] Hic Pyla Clesonis Lelegis filii filio natus fuit, si Pausaniam sequimur. si autem Probum super id carmen I. Georg. *Dilectae Thetidi Halcyones.* Polyphemone. sed non erit, puto, ingratum lectori audire, quod idem Pausanias scribit de Scyrone. Sic enim ait in Atticis: Molurídem rupem Leucotheae & Palaemoni consecratum. reliquasque post illas pollutas arbitrantur. quoniam Scyron earum incola advenas omnes, qui in eum locum incidebant, in mare emittebat, enatabatque testudo e saxis, quae illuc projectos corripiebat. Testudines autem marinae terrestribus similes sunt praeter magnitudinem & pedes, quos similes phocis habent. Idem supplicium Scyronem in idem mare a Theseo jactum oppressit. CONST. FAN. Theseus praeterea Scironem in mare abjecit, qui juxta Megara occupatis petris, quae ab eo Scironiae dictae sunt, inde quoscunque nactus esset hospites detrudere solebat, ut author est Diodorus Siculus lib. IV. Pausanias in Atticis, Euripidis Scholiastes in Hippolytum. Alii tradunt Scironem eo petulantiae progressum, ut hospitibus pedes lavandos protenderet, atque ita calce eos impetens in mare praecipitaret. Ex Plutarcho in Theseo. Hygino fab. 38. Ioanne Tzetze chiliade V. Historia 10. Scironias petras accurate suo more describit Strabo lib. IX. Quas Pausanias & Diodorus ἐναγεῖς *sceleratas*, Papinius lib I. Thebaid. *infames*, Seneca *Hyppolyto*, *scelere nobiles* vocant, de quibus Ovidius lib. VII. Metamorph.

Tutus ad Alcathoi Lelegeïa moenia limes
Composito Scirone patet, sparsique latronis
Terra negat sedem, sedem negat ossibus unda;
Quae jactata diu fertur durasse vetustas
In scopulos, scopulis nomen Scironis inhaeret.

SALVAGN.

409. *Cum Poliphemone natus.*] Hic & *Procrustes* cognomento dictus est: Procrustes, Pausania teste, fuit cognominatus, quem Theseus juxta Cephisum fluvium interfecit. lege primam Collectaneorum Hecatostyn capite LXXII. ubi locum illum in Metamorphosibus exponimus:

Innixamque novis neptem Polyphemonis alis.

CONST. FAN. *Polypemone* legendum, absque aspiratione. est enim ex πολὺ καὶ πῆμα compositum nomen, quod multos, sive multifariam noceret, ac damnum inferret. Intelligit autem Poeta Procrusten, quem ipse quidem Polypemonis filium, ut hinc apparet, & una cum patre occisum, inquit Pausanias autem & alii eundem cum Polypemone faciunt. Hyginus etiam Neptuno patre genitum dicit, ut in Cap. de Thesei laboribus. Verba Pausaniae sunt haec in Atticis: *πρὸς τούτῳ τῷ Κηφισσῷ*, inquit, *λῃστὴν Πολυπήμονα ὄνομα, Προκρούστην δὲ ἐπίκλησιν, Θησεὺς ἀπέκτεινε*, &c. Hic viatores captos, ac lecto impositos, quibus pedes breviores erant, extendere vi quadam, & lecto aequare solebat. Unde & *Προκρούστην*, ἀπὸ τοῦ *προκρούειν* videlicet, appellatum volunt. Longiores autem lecto existentes idem amputabat. quo supplicii genere & ipse à Theseo postea interfectus est. MICYLL. Polypemon idem qui Procrustes Pausaniae in Atticis. Is coactis hospitibus lectum ascendere, si longiores erant parte supereminente praecidebantur. Sin breviores, ad lecti mensuram extendebantur. Hinc Procrustes nominatus ἀπὸ τοῦ προκρούειν, quod est impellere. Quo postea cruciatu à Theseo affectus est, ex Diodoro Siculo lib. IV. Hygino fab. 38. Plutarcho in Theseo, qui Procrusti Damastin nomen fuisse tradit, ut & Hesychius. Perperam autem Pindari & Euripidis Interpretes, & Natalis Comes Mytholog. lib. VII. cap. 9. Sinin cum Procruste confundunt. Illum ad

opi-

Qualis Achaemenides Siculâ desertus in Aetna,
Troïca quum vidit vela venire, fuit.
Qualis erat nec non fortuna binominis Iri,

Qui-

oppidum Hermionem occisum esse Diodorus asserit, Pausanias ad Cephisi alveum. Item Ovidius lib. vii. Metamorph. cum ait:

Vidit & immitem Cephisias ora Procrusten.

Quem autem Naso per filium Polypemonis innuat etiamnum quaeritur, licet Appollodorus in fine lib. iii. Sinin Polypemonis & Syleae filium esse prodiderit, cui subscribit Euripidis Scholiastes in Hippolyto. Nam cum de Sini Ovidius jam locutus sit, alium profecto designari necesse est. Itaque forte unâ literula mutatâ sic legendum: *Et natam Polypemone natam.* Ut Phaea mulier intelligatur, de qua sic Plutarchus in Theseo pag. 9. editionis Stephaneae: Ἔνιοι δὲ Φαιὰν τὴν ὗν λέγουσι λῃστρίδα γενέσθαι γυναῖκα φονικὴν καὶ ἀκόλαστον, αὐτόθι κατοικοῦσαν ἐν Κρομμυῶνι, Σῦν δ' ἐπονομασθεῖσαν. *Sunt qui Phaeam mulierem latronem fuisse atrocem & lasciviam referant, quae ibidem habitabat in Cromyone, Suem appellatam ex moribus & vita, quae sit inde à Theseo trucidata.* Cujusque meminit Ovidius lib. vii. Metamorph. in his de Theseo:

Quodque Suis securus arat Cromyona colonus,
Munus opusque tuum est.

Quo loc. *duri suis suum*, quod omnes hactenus editiones obtulere, legendum existimo, *fuit*, id est, *Phaeae scrofae*, quae Sus appellata est. Eam autem Polypemonis filiam fuisse alienum à vero mihi non videtur. Nam cum Pytiocampten Polypemonis & Syleae filium esse tradat Apollodorus, eundemque Pausanias initio Corinth. Cromyone educatum testetur, Phaea illa quam Theseus Cromyone interfecit, filia Polypemonis & soror Sinis esse potuit. Obiter Virgilius cum de Sylla canit in Ciri:

Praeterit abruptas Scironis protinus arces,
Infestumque suis dirae testudinis exit
Spelaeum, multoque cruentas hospite cautes.

Quo loco Josephus Scaliger pro *testudinis*, quod in omnibus libris, tum excusis, tum exaratis legitur, suo periculo rescribendum pronunciat *Thesidis*, ut Sus Cromyonia intelligatur, de qua modo diximus. Sed enim vulgata lectio retinenda, & tres illi versus de uno Scirone capiendi, qui ante Megara Scironias petras insidens hospites à se praecipitatos marinae testudini objiciebat, ut auctor est Diodorus Siculus lib. iv. & Pausanias sub finem Atticorum, his verbis: Τὰς δὲ μετὰ ταύτας πέτρας, αἳ Μολουρίδι προσεχεῖς, ἐναγεῖς νομίζουσιν, ὅτι παροικῶν σφισιν ὁ Σκείρων ὁπόσοις ἐπετύγχανε ξένοις ἠφίει σφᾶς ἐς τὴν θάλασσαν· χελώνη δὲ ὑπενήχετο ταῖς πέτραις τοὺς ἐσβληθέντας ἁρπάζειν. *Nam data saxa, quae (Molaridi) adjacent infamia & scelerata putant, quod cum ea accoleret Sciron, inde quoscunque nactus esset hospites in mare detruderet. Eos vero adnatans testudo marina consumere dicebatur.* Quod etiam prodidit Euripidis Scholiastes Hippolyto. Quamobrem Virgilius Scyllam de prora navis, qua Minos vehebatur, suspensam & per mare tractam praeteriisse dicit Scironias petras, & Spelaeum testudinis marinae infestum suis, id est, Megarensibus suis civibus, cum ipsa Nisi Megarensium Regis filia esset. Haec est autem germana Virgiliani loci enarratio. SALVAGN. *Polypemone nati* Mediceus; *& de Polypemone natus*, duo codices alii. forte bene: ut quatuor hoc disticho comprehendat Sinin, Scyronem, Procrusten & Minotaurum, ut & fecit Poëta Epist. ii. 69. BURM.

411. *Quique homo parte fuit.*] Minotaurus à Theseo occisus, de quo supra dictum est ad versum 375. SALVAGN.

411. *Quique trabes.*] Latronem tangit interfectum à Theseo, qui arborum summitates in Isthmo ad terram plicabat, & homines ibi in summitate ligans iterum arbores dimittebat. INTERPR. Pityocampten intelligit Poëta, qui ab eo nomen habuit, quod hospites à se certamine victos, diversis pinubus in terram curvatis alligabat, atque ita ligatos, iisdem arboribus sursum iterum ac pariter emissis, lacerabat. Hic Isthmi angustias obsidebat, quare hic à Poëta dicitur, *hujus & illius aequoris aquas*, hoc est Jonium & Aegaeum mare aspexisse. Caeterum eundem hunc alii faciunt cum eo, quem Sinim supra vocari diximus. Ac proprio quidem nomine *Sinim*, ab eventu autem & factis Πιτυοκάμπτην appellatum volunt: qui eodem quo ipse in alios usus fuerat supplicio à Theseo postremo necatus fuit, ut est apud Diodorum lib. v. & Plutarchum in Theseo, qui, ἐν δ' Ἰσθμῷ, inquit, Σίνιν τὸν Πιτυοκάμπτην ᾧ τρόπῳ πολλοὺς ἀνῄρει, τούτῳ διέφθειρεν αὐτός. Ovidius autem nescio quos autores, certos tamen (ut puto) secutus, diversos, Sinin & hunc, de quo hic dicitur, Pityocampten facere videtur: cum supra *Sinin*, suo ac proprio nomine: hic autem eum, qui arbores in terram curvatas, rursum in auras emisit, suppresso nomine posuerit. Neque enim hoc, ut ipse arbitror, facturus fuerat, nisi de diversis intellexisset. Sed de hoc alii quoque judicent. MICYLL. Ovidius priore disticho de Sini locutus, nunc de Pityocampte subjicit. At Sinis idem est, qui Pityocamptes, id est, incurvans pinus, ita scilicet appellatus, quod hospitum brachia ramis pinus in terram adductis alligaret, ut redeuntibus in altum ramis, discerpto corpore, partes in diversa caderent. Hinc Plutarchus in The-

seo

Quique tenent pontem, quae tibi major erit.
Filius & Cereris frustra tibi semper ametur,
Destituatque tuas usque petitus opes.

Ut-

seo pag. 8. editionis Stephaneae: Ἐν δ' Ἰσθμῷ Σίνιν τὸν Πιτυοκάμπτην, ᾧ τρόπῳ πολλοὺς ἀνῄρει, τούτῳ διέφθειρεν αὐτός. *In Isthmo Sinin Pityocamptem, quomodo multos ille peremerat, eodem eum sustulit.* Quid ergo de hoc loco statuendum? Certe Meziriacus, vir omnifariam doctus, notis vernaculis ad Epistolam Ovidianam Phyllidis ad Demophoonta de illo disserens, sic ait: *Que dirons nous donc de cét autre passage du Livre contre Ibis; j'advoüe que je ne sçay point comme il s'en faut demesler, mais j'attens que les plus doctes me l'apprennent.* Observo nonnullos Sinin à Pityocampte diversum facere. In his Pausaniam in Corinthiacis, cap. i. cujus verba sunt, Τῆς δὲ Κορινθίας ἐστὶ γῆς καὶ ὁ καλούμενος Κρομμυών, ἀπὸ τοῦ Κρόμμου τοῦ Ποσειδῶνος. Ἐνταῦθα τραφῆναι λέγουσι καὶ τὸν λεγόμενον Θησέως Πιτυοκάμπτην, καὶ κατ' αὐτὸν τὸν πίτυν ἐστὶν ἔργον. πεφύκει γὰρ ἡ πίτυς ἄχρι τι ἐμοῦ ἐπὶ τοῦ αἰγιαλοῦ. *In Corinthiaco agro vicus est, cui Cromyon nomen à Cromo Neptuni filio. In eo educatum ferunt Pityocampten, cui suus est inter Thesei aerumnas locus. Operis index est pinus quae in ipso litore se progredientibus ostendit.* Cum enim Pausanias mox de Sini sermonem instituat, hercle diversos existimavit, ut & Propertius hoc disticho.

Arboreasque cruces Sinis, & non hospita Grajis
Saxa, & curvatas in sua fata trabes.

Quo tres famosissimos latrones, Sinin, Scyrona & Pityocampten intelligit, ut non dubitem quin ejusdem sententiae fuerit Ovidius. *Aequoris aspectans hujus & hujus aquas.* Propterea quod Pityocamptes Isthmi angustias insederat, unde prospectus erat in Aegaeum & Ionium mare. SALVAGN. *Trabes prensas*, Regius & duo alii: *mittebat in altum* idem Regius.

412. *Aequoris aspiciens.*] Forte, *aspergens*, laceris nempe corporibus. Vel *infestans*: nam in multis veterum est, *aspectans*, *aspectus*, & *exspectans*. HEINS. *Aspectans* praeferebat Valerius Andr.

413. *Quaeque Ceres vidit.*] Tangit Cercyonem interfectum à Theseo. INTERPRES. Cercyonem in hospites impium fuisse scribit Pausanias, & in eos, qui palaestra secum contendere noluissent. unde ejus authoris aetate locus extra Athenas *Cercyonis Palaestra* dicebatur. Omnes autem, qui secum in luctam descenderant, perdidit, praeter Theseum, a quo, astu potius quam robore, fuit superatus. Nam luctandi artem Theseus primus invenit. Atque ex eo palaestrae disciplina celebrata, cum prius magnitudine animi & robore ad id certamen homines uterentur. fuit autem Cercyon Neptuni & Amphictyonis filiae filius, ut idem scribit Pausanias in Attici. CONST. FAN. Propter sublata latrocinia scilicet, quibus ille viam atque aditum ad Eleusinem, ubi Ceres praecipue colebatur, infestarat. Aut etiam propter Alopen filiam, quam ille occiderat, eo quod à Neptuno compressa fuisset. Haec enim ex eodem Neptuno Hippothoontem peperit, cujus in urbe (ut Nicander ait in Alexiphar.) Ceres postea, cum filiam raptam quaereret, hospitio accepta fuit. Sed haec causa remotior, superior illa propior ac potior. MICYLL. Cercyon Neptuni filius hospites Eleusine secum lucta certare cogebat, victos interimebat. Et hunc Theseus sustulit ex Diodoro lib. iv. Pausania in Atticis, Hygino fab. 38. Suida & Ovidio ipso lib. vii. Metamorph. Ceres autem laeto vultu Cercyonis interitum vidit, propterea quod Eleusine sibi sacra latrocinio purgata sit. SALVAGN. *Geryonaea* plurimi, *Gerionea* unus Heinsii & Francof. *perimentia vultu* unus Heinsii.

415. *Quem precibus justis.*] *meritis precibus* plerique scripti. HEINS. *Quem Meritis justis* pr. Ed. & quinque scripti. *quae meritis precibus* Francof. Heinsius adscripserat etiam, *quem meritis justissima devovet ira.* nam in tribus erat, *Hoc tibi pro meritis justissima d. i.* *Pro meritis precibus* Moreti.

416. *Evenient.*] Lege, *Eveniant.* CONST. FAN. *Evenient istis u.* unus Heinsii. *& veniant* alius. *& venient* alius Gallicus. vid. supr. ad ỳ. 121.

417. *Qualis Achaemenides.*] Notum ex Virgilio. INTERPRES. Attigi hunc locum in Observationibus in Metam. lib. xiv. CIOFAN. Notantur his versibus egeni, mendici, famelici. Achaemenides Adamasti filius ab Ulysse metu Polyphemi celerrime fugiente in Sicilia relictus, aliquot menses in lustris ferarum sordibus & squalore confitus vitam miserrime traxit, donec praetereunte Ænea ab eo in navem receptus est. Ex Homero Odyss. lib. ix. Virgilio lib. ii. Aeneid. Ovidio ipso lib. xiv. Metamorph. Conjiciebat P. Nannius Miscellan. lib. vii. cap. 3. verum nomen fuisse *Agamenides*, etymologia ducta ab eo, quod nimirum diu maneret in spelunca Polyphemi, dum socii abeunt, quomodo dictus est Parmeno, quod assiduo permansisset ad fores Thaidis. SALVAGN. *Desertus in ora* plurimi scripti & editi. male: vid. ad xiii. Met. 770. mox, *Troïaca.* Franc. sed Heinsius volebat, *Troïa*, ut saepe alibi.

419. *Qualis erat necnon.*] Irus binominis fuit, nam & *Arnaeus* dicitur apud Homerum. INTERPRES. *Iri paupertas* proverbio cessit: Binominem fuisse docet Homerus Odyss. xviii. qui *Arnaeum* à matre, *Irum* ex famulatu nominatum scribit.

Quod

Utque per alternos undâ labente recursus
Subtrahitur presso mollis arena pedi;
Sic tua nescio quo semper fortuna liquescat:

Lap-

Quod etiam malit Apollonius in Progymnasmatis. Dictum autem ab Ovidio *Fortuna Ici*, pro Ico ipso, Scaliger, ut *βίος Πριάμου*. Sic Virgilio in Culice, *Telamonis clarus* pro Telamone, Propertio, *error Herculis* pro Hercule, & *fuspirum Clytemnestræ* pro ipsa Clytemnestra, Phaedro, *frigor ceres* pro Cerere, Lucano, *ira leonum* pro leonibus, Cavalino, *furor Enceladi* pro Encelado, & *flocceus lenimenti*. Hunc Plutarchus adversus Colotem libro: *Βίβλον ἐπιγράφει ἐκεῖνος ἀντὶ τοῦ Ἡρακλέους τὸν Ἡρακλέα*, *Herculem & ipsum Herculem*. Salvagn. *Et emendatius non quinque scripsi*, & editio Domitii.

422. *Quique tuus pontus, qui tibi major erit.*] Alii *tuus*, alii *meus* legunt: & de mendicis exponunt, qui flumina ad pontes stare, & stipem à transeuntibus petere solent. Quod ut facile concedo, ita rudem subitare soleo, quid sibi velit quod legatur, *qui tibi major erit*, utrum ad pontem, an ad mendicum referendum. Et si de pontis magnitudine, quo modo idem major accipiendus. Lector tuus obscurus est, & hebetatus mexandus. Inque & alios de eo cogitare accurabis abunde velim. Nam a commentatoribus, quos ego vidi, omnibus silentio praeteritur. Mirrel. Videtur ab per haec verba indignem aliquem mendicum notari, qui ante Ovidii in pontis quodam Romae considebat, cujusmodi Latinae vidimus in Ponte novo. Frequentia enim mendicorum in pontibus, propterea quod ibidem concurrant ubique eunque commeantes homines. Hinc Martialis lib. x. Epigram. 5. sic in maledicum invehitur:

Quisquis ut Bassus pueriarum contemptor,
Quos colere debet, laeso impio tersu,
Pantas per vestis erret, & tibiae,
Interque raucas ultimus regatores,
Orat cantinas pauli improbi buccas.

Et lib. XII. Epigr. 32. in Vacerrum:

Quid quaeris audax, Villicisque derides?
Habitare gratis, o Vacerra, cum possis;
Haec hirsutarum pauper convenit panis.

Juvenalis Satyra V.

Pontes nihil nisi tergalina, hoc tamen ipsum
Defensis pannis, quod inani fustibus aduncis
Nocte cupido noscat, usque pons.

Quod legatur *qui tibi major erit*, sic exponitur à Tomebo Iurc. Adversar. cap. 23. *Vulgatur dicendum, qui te major erit, sed significat, qui in tuis majoribus numeraberis, ut tu in eius minoribus, vel potius, qui judicio tuo in majoribus numerabitur, & quem pro te magnum dicas, quamvis aliis sit infimus & abjectissimus.* Malim hanc postremam interpretationem. In M.S. Vaticano diverse legitur, *quae tibi major erit*. Quae lectio fortasse genuina est, ut *τὸ quae* ad fortunam referatur. Salvag. *Tamen* scripti magna ex parte. & recte. nam mendicos intelligit & quidem caecos plerumque juvenalis. Satyra IV.

Grande & conspicuum nostro quoque tempore monstrum
Caecus adulator, dirusque a ponte satelles,
Digna Aricinos qui mendicarit ad axes.

Ubi malim, *e ponte satelles*. idem Sat. XIV. ubi caecum hominis avari describit:

Invitatus ad haec aliquis de ponte negabit.

Id est mendicus aliquis. sic scribendum cum membranis, non *negavit*. rogatus ad haec ferculo venire recusabit, ubi Vetus scholiastes, *De ponte: quia mendicus in pontis itinere sedeat*. iidem codices, *quae tibi major*. Scribe, *quae tibi pejor erit*, & ad fortunam refer. Frustra se exercuerunt magnus Turnebus aliique in hoc loco. Heins. *Erat* Bonon. forte, *quae tibi pejor sat*, ut sit imprecantis: *major & pejor* etiam in scripsis permutantur lib. I. Trist. I. 26. Sed, ut verum fatear, hic versus perplexus & obscurus est, & illud pronomen *qui*, his hic poni vix placet, nec est *quae* legatur, elegans sententia exire potest. Burm.

421. *Filius & Cereris.*] Asterion filius Cereris frustra amatus est ab Almenico, ut Lucretius ait:

Cres puer Asterion crudelis ne fuge amantem,
Ne fuge; non equidem est effugiendus amans.
Crudeli puero nihil est crudelius unquam,
Crudeli puero nil mihi pejus obest.
Sed jam non puer es; puero nil minius usquam;
Crudeli puero nil mihi pejus obest.
Vis verum dicam? sis mitis, ne fuge amantem,
Nil fugeres, nil te minius esse potest.

Interpres. Quasi vero Lucretius author sit eorum carminum. Per filium Cereris non alius intelligendus, quam Plutus Cereris filius, divitiarum Deus. Adeundus Commentarius noster. Salvagn. Pluton ex Jasio genitum, & Cerere Hesiodus cecinit in sua Theogonia, cujus nomine divitias & opes Graeci appellant, nam πλοῦτος, divitiae. Caecus ab Aristophane in fabula Pluto dictus, quod raro ad bonos viros adeat. Ignatius. *Et Cereris* legendum est, non autem, *ut Cereris*, intelligendusque Plutus, Cereris & Jasii filius, denique divitiarum, cujus meminit Hesiodus in Theogonia. Iginus in Arctophylace, Diodorus in Sexto. hujus interpretationis inventor Codrus. Const. Fan. Plutum intelligit, de quo Hesiodorus in Theogonia, ℣. 969.

Lapsaque per medias effluat usque manus.
Utque pater solitae varias mutare figuras
Plenus inexstinctâ conficiatur fame.

Nec

Δημήτερος δὲ Πλοῦτον ἐγείνατο δῖα θεαίνα,
ἥ τε βροτοῖς ἅπασι μετ' ἰφθίμῃ φιλότητι,
Κεῖσ' ἐν τριπόλῳ, Κρήτης ἐν πίονι δήμῳ.

Ubi nota, κεῖσ' ἐν τριπόλῳ non esse, in templo, quod fuit in urbe Tripoli, ut Commentator exponit: sed in novali, sive agro tertiato, hoc est, ter arato. Nam in loco fertili, & copia rerum abundanti, Plutum natum intelligit Poeta. Micyll. Plutus intelligendus, Cereris & Iasii filius, cui distribuendarum divitiarum munus concessum esse veteres crediderunt. Neque caecus habitus, cujusmodi ab Aristophane Comoedia cognomine introducitur: nam cum antea perspicacissimus esset, & ad viros bonos tantum accederet, Iupiter ipsum oculis privavit, ut nullo postea delectu quosvis adiret. Sicut Aristophanes idem facetissime narrat. Cereris & Iasii filium esse prodiderunt Hesiodus in Theogonia, Diodorus Siculus libro ultimo. Quamobrem Nasonis votum est, ut Plutus divitiarum Deus ab Ibide frustra semper invocetur, ipsumque prorsus deferat. Hic vero τὸ *usque*, nihil aliud est quam *saepe & continue*, quomodo à probatissimis Authoribus eleganter accipitur. Salvagn. *Filius ut Celii* Iuret. & Patav. & editi olim. pro *Celii*. unde de Triptolemo quidam ceperunt.

422. *Usque petitus.*] *Saepe* Sarrav. & duo alii. Heinsius conjiciebat, *desituat pro sua saepe petitus ope*, vel, *suam opem*.

423. *Recursus.*] *Recessus* unus Heinsii.

424. *Mollis arena pedi.*] *Pedi* ex melioribus. Heins.

425. *Sic tua nescio qua.*] *Quo* ex iisdem. Idem.

426. *Lapsaque.*] *Lassaque* Mentel. *Defluat unda meum* unus & pr. Edit. forte, *Lapsa per ut medias defluit unda manus*. Burm.

427. *Utque pater solitae.*] Fabula nota est. Interpres. Erisichthon absque dubio demonstratur, cujus pater Triops, seu Triopas vocitatur. de quo in allumentis Metamorphoseon quaedam enarrabimus. ad le (quod scribit Iginus in Ophiuchio & Diodorus in Sexto) Triopam Cereris templum ad fonts regiam constituendam evertisse; propter quod e Thessalia pulsus est, & a Cerere hoc supplicio affectus, ut fame semper torqueretur; nec ullis frugibus unquam posset satiari. novissime autem Draconis morsibus vitam post mala multa complevit. Const. Fan. De Erisichthone intelligo, cujus fabulam describit Callimachus in hymno Cereris: & Ovid. VIII. Metamor. Hujus autem filia, quae se in varias formas mutare solebat, non Driopis, aut Triopis, ut hic in Commentariis dicitur, sed Metia appellata fuit, autore Lactantio grammatico. Triopam autem Erisichthonis patrem vocat Callimachus, filium Neptuni ex Canace Aeoli filia. unde ipse Erisichthon quoque Triopeius ab Ovidio in Metamor. dicitur. Micyll. Eryfichthon Thessalus Deorum irrisor, propter violatum Cereris lucum in tantum famis ac fitis rabiem actus est, ut decoctis facultatibus & rebus omnibus absumptis, Mestram filiam vendere coactus sit, quae beneficio Neptuni varias inducendo figuras eludere soleret, & subinde ad patrem resumpta priore forma, rursum ut venderetur, recurreret, usque dum Eryfichthon infaturabilis propria viscera depastus sit. Ita Naso lib. VIII. Metamorph. qui luculentissime famem & βουλιμίαν Eryfichthonis expressit. Callimachus Hymno in Ceterem, apud quem Mestrae nulla mentio. Ioannes Tzetzes chiliade XXI. Histor. 47. Hinc adagia duo, *Mestra mutabilior*, & *Λιθον λαμβάνε*. Nam & *Aethon* dictus est Eryfichthon, propter ardentem ingluviem & igneam absumendi vim, quo nomine Hesiodus, Lycophron, Aelianus, Athenaeus ipsum nominant. Vera historia est, Eryfichthonem filiam habuisse, quae corporis quaestu patrem insatiabilem aleret. Salvagn. Vid. ad Metam. VIII. 751.

428. *Conficiatur.*] *Desituare* nonnulli. *desiciare* codex Jureti: bene. Vide Notas Epist. V. ℣. 150. Heins.

429. *Nec dapis humanae.*] Tydeum tangit, qui Menalippi caput comedit. Interpres. Tydeus moribundus jacens è vulnere, quod in bello contra Thebanos à Menalippo acceperat, ejusdem caput ad se defeni jussit, & cerebrum evulsum exorbuit, ut repetit Ovidius versu 517. ad quem locum Authores adducentur. Hoc enim dilicho precatur, ut Ibis humanas carnes esitet, illo, ut ipsemet esitetur. Addit Ovidius, *quaque parte potes*, ut significet Ibin quidem Tydei similem fore, sed in eo solum, quod humanum caput corroserit, caeterioquin Tydei bello furenti dissimilem, quem *ratrepidum* vocat Lycophron, quod cum legatus redire Argos Thebis, eique Eteocles insidias struxisset, collocatis in vinere quinquaginta lectissimis juvenibus, intrepido omnes animo aggressus sit, & in fugam verterit. Salvagn.

Nec dapis humanae subeant fastidia: quàque
Parte potes, Tydeus temporis hujus eris.
Atque aliquid facias, à vespere rursus ad ortus
Cur externati Solis agantur equi.
Foeda Lycaoniae repetes convivia mensae,
Tentabisque cibi fallere fraude Jovem.
Teque aliquis posito tentet vim numinis opto:
Tantalides tu sis, Tereïdesque puer.

Et

428. *Tibi erunt fastidia.*] *Tibi fies* Juret. & quinque alii, unus Vaticanus, *venient*. Lege, *evitabit*. Heins. *Sabaut* Francot. eleganter. Epist. Ital. 97.

Ah nobis conflatum subeunt fastidia.

Ita *cura*, *taedia* & similia *subire*, Nostro & aliis passim dicuntur. Burm.

431. *Atque aliquid facias.*] Sicut fecit Thyestes. Interpres. Cum Thyestes Atropen Atrei filiam uxorem in lupum illusisset, Atreus ut debitas a filiae potestate numeraret, propriis ei filios Tantalum & Pittheum, vel ut aliis placet, Aglaum, Orchomenum, & Calleum epulandos apponit, singulumque illorum patera liberavit. Quam ante capita inter fercula convivii epulas, ut à Tiphene cognosceretur, allatam jussit. Quo dicto Hercules Solem ab occasu ad ortum se revocasse perhibent, ne tanti facinoris atrocitate polluerentur, ut prodit Ovidius ipse lib. 1. de Arte amandi:

Cessit Thyestes si se abstinuisset amore,
(Ah nemorum est nisi posse placere vivo!)
Nec medium cursus iter, currenque retorto
Averam retro Phoebus adisset equis.

Idem lib. 1. Tristium:

Fecerat tum tamque dapi, mensique recursus
Solis.

Senoca Tiphene:

Ipse infinito nervus loquitur,
Sol Auroram nitidus occidens,
Terribiles jubar frangit, nondum
Bestiae jacuna, non facedens
Astra, &c.

Hinc Poeta Martialis in Liguriniam lib. III. Epigram. 25.

Fecerit ut mensis Phoebus, cenamque Thyestae,
Ignoro; fecimus nos, Ligurina, tuam.

Fabula nota, *mirior ut non sit conibus jam Delia asperi*. Cujus rei veritatem quidam fuisse crediderunt, quod Atreus apud Mycenas primus Solis defectum observavit, ut placuit Hygino fab. 258. Salvagn. *Aut aliquid* unus Heinsii & editio Domitii *facere Moeum. a vesper rursus* 6. 2. *cur ex*; *fetis a. r.* Juretti & quinque alii. *in ortus* Sarrav. Regius & unus Heinsii; *a tempore solis* unus Gallicus. *afternati equi* Regius.

433. *Foeda Lycaoniae.*] Fabula nota est de Lycaone. Interpres. Lycaon Arcadiae Rex hospitem Jovem epulis humanis excepit, ut Divinitatis ejus periculum faceret; quo scelere permotus Jupiter ipsum in lupum transformavit. Sic Ovidius lib. 1. Metamorph. Nonnihil variant Apollodorus lib. III. Hyginus fab. 176. Pausanias in Arcadicis, Clement Alexandrinus in Protreptico, Hacion Tzetzes in Lycophronem, Suidas in Lexico. Dictum autem *fallere fraude* quomodo apud Ciceronem pro Roscio Amerino, *fallere omni perfidia & fraude*, apud Terentium & Virgilium, *fallere dolo*. Salvagn. Sic *decipere fraude*, Noster Ep. xx. 21. & Vellej. Paterc. II. 69. & 82. & alii.

434. *Tentabisque iterum fallere fraude Jovem.*] Uterque lib. scriptus, quo utor, *Tentabisque Jovem fallere fraude cibi*. Verius. Ovidius lib. 1. Metamorph. Apollodorus lib. III. & Hyginus cap. CLXXVI. Cicpan. *Aliqua fraude* Juret. & tresdii. forte, *dapi fraude*, quanquam hunc & proximum versum suspectos habeo. Heins. *Aliqua f. parte* unus. priori versu *repetes* prima editio, Petavii & quinque alii scripti. *repetens* Moreti & duo.

435. *Teque vim numinis.*] Vel *Tentet*, vel *tentet* ut legendum. Const. Fan.

436. *Tantalides tu sis.*] Tantali filius Pelops; Tereï filius Itys. Interpres. Pelops, quem Tantalus pater minutatim concisum & reliquis dapibus immixtum Diis convivio acceptis apposuit, quo numen ipsorum exploraret. Caeteris epulis assumptis una Ceres Pelopis humerum absumpsit. Pelopi vero Deorum misericordia recocto & ad vitam revocato humerus eburneus in locum matri relictus est. Hinc Pindarus in Olympicis Hierone Syracusio, Pelopem ἐπεὶ δὴ ἔνεφεν ἐμεῖρον ἔκνιζε κεκοφότα. *Elephantino splendidum humero eburno infignem*. Quem postea humerum Pelopidarum omnium signum fuisse, ut Spartanorum lanceam, testatur Tzetzes in Lycophronem. Fabulam tangit praeter alios Ovidius lib. 6. Metamorph. Hyginus fab. 83. Salvag.

436. *Tu Tereïque puer.*] Lege, *Tereos atque puer*,

Et tua sic latos spargantur membra per agros,
Tamquam quae patrias detinuere vias.
Aere Perilleo veros imitere juvencos,
Ad formam tauri conveniente sono.
Utque ferox Phalaris, linguâ prius ense resectâ,
More bovis, Paphio clausus in aere gemas.
Dumque redire voles aevi melioris in annos,
Ut vetus Admeti decipiare socer.

445

puer, ne syllaba claudicet. vel *Threiciusque puer*, ut in manuscripto codice invenio. Itys enim Thracem fuisse nemo ignorat. Const. Fan. *Tu Tereïque*. Ita in plerisque legitur: sed huic lectioni repugnat quantitas. Τερεὺς enim Graece scribitur (ῡ) longa. Alii autem, *Tereos atque puer*, emendant, quod neque ipsum procedit: quod nomina in *eus*, Graeca, Latine in secundo ordine declinantur, & genitivum per *ei* faciunt. Quare optima eorum lectio videtur, qui proprii loco, genitive supponunt, leguntque, *Tantalides tu* (sive, *Ut*) *sis*, *Threiciusque puer*. Micyll. Itis Tereï Thracum Regis filius, quem Procne mater in ultionem Philomelae sororis à Tereo corruptae, partim assum partim elixum, patriis epulis apposuit. Exin Tereus in upupam, Itys in phasianum, Procne in hirundinem, Philomela in luscinium concesserunt. Fabulam prosequitur Ovidius lib. VI. Metamorph. quam longe aliter prodit Antoninus Liberalis fab. 2. Sunt qui transformationem Procnes & Philomelae confundunt, quos afferre superfluum est. Illud animadversione dignum, quod intra Daulidis fines, ubi gesta finguntur quae de Procne & Philomela volgata sunt, hirundines neque pariunt, neque ex ovis pullos excludunt, nec omnino tectorum laqueariis ullos affigunt nidos, ut scriptum reliquit Pausanias in Phocicis. Idem narrat in Atticis upupam avem primum visam Megaris eo in loco, ubi Tereï sepulchrum esset, fabulamque de luscinia & hirundine ex eo natam existimat, quod avis utraque miserabiles & luctuosos cantus edat. Salvagn. *Teréique* multi veteres. Constantius, *Tereos atque*. Lege, *Teruidesque* cum Petaviano. Heins. Offendit fortasse in Hexametro Heinsium, & merito, illud, *te posito*; si enim positus vel appositus jam esset in mensa, quid opus optare a numine, ut fiat Pelops & Itys; quare non inepta lectio codicis Sarraviani:

Tecum aliquis positus, tentet vim numinis, opto
Tantalides ut sis,

Ut enim pro *tu* cum Micyllo probo. *positus* aliquis tecum, id est conviva tecum recubans, optet, ut deus vi sua te faciat Pelopem vel Itys. *positum* vero ita sumi vidimus ad 1 Art. Am. 231. *tecum aliquis positus* erat in Gallico codice. *tecum aliquis posito* in quatuor scriptis & prima editione. *Teque alcui posito cui nil sit numinis*, unus Morcti. Burm.

438. *Et tua sic latos.*] Absyrtum tangit, quem soror Medea dilaceravit, ut patrem retardaret. Interpres. Absyrtus intelligitur, Aetae Colchorum Regis filius, quem Medea soror juxta Phasin fluvium articulatim discerpsit, ejusque membra per agros sparsit, ut iis colligendis insequentem patrem remoraretur, ipsaque interim cum Jasone effugeret. Authores Ovidius ipse lib. III. Trist. Eleg. 9. qui rem fusè narrat; Apollonius lib. IV. Argonaut; Poëta vetus apud Ciceronem lib. III. de natura Deorum; Seneca Medea; Tzetzes in Lycophronem. Aliter Hyginus fab. 23. Hinc regioni manisse nomen ait Ovidius, ut & Arrianus, qui sepulchrum Absyrti suis temporibus demonstrari solitum scribit. Salvagn. *Sic latos*, *laetos*, *altos* codices alii. *largos*, ut & editio Domitii: haec confusio epithetorum obvia est.

439. *Aere Perilleo.*] Perillus aerarius taurum Phalaridi Tyranno Agrigentino de aere fabricavit, ut homines tormentis afficeret. Perillus ipse in eo extinctus est. Interpres. Perillus aereus tauri inventor, quo inclusi subditis ignibus longo & abdito cruciatu mugitus resonante spiritu edere cogebantur, ne ejulatus eorum humanae sono vocis expressi Phalaridis Tyranni misericordiam implorare possent. Quam, quia calamitosis deesse voluit, teterrimum artis suae opus primus Artifex inclusus merito auspicatus est, ut iisdem verbis tradidit Valerius Maximus lib. III. cap. 3. Commemorat ipse Phalaris Epistola 103. si tamen is est, Tullius in Pisonem, Plinius lib. XXXIV. cap. 8. Lucianus in Phalaride. Ex Poëtis Ovidius noster lib. III. Trist. Eleg. 2. item lib. 1. de Arte, Propertius lib. II. Claudianus in Eutropium lib. 1. Tzetzes chiliade 1. Histor. 25. Phalaridis autem Castellum, & in eo Taurum aeneum, fuisse in Economo monte, qui hodie Monte di Licata, unde monti nomen Economo, id est, scelerato, prodidit Diodorus Siculus lib. XVIII. Salvagn.

441. *Utque ferox phalaris.*] Phalaris ipsametsecta lingua in taurum aeneum conjectus est. Interpres.

Atque eques in medii mergare voragine coeni,
Dum modo sint facti nomina nulla tui.
Atque utinam pereas, veluti de dentibus orti

Si-

rannus. De morte Phalaridis Agrigentinorum Tyranni variant Authores. Ovidius in Taurum aeneum à Perillo fabricatum, lingua prius resecta, conjectum ait, Cicero lib. II. de Officiis 7. universam Agrigentinorum multitudinem, impetum in ipsum fecisse. Addit Valerius Maximus lib. III. cap. 3. [illegible] Eleatis impulsu lapidibus prostratum. Agrigentum hodie Gergenti in Sicilia. Salvagn. [illegible] Sarrav. Ituet. & sex alii. *resciss*[illegible] unus Heinsii. *magno fore* etiam Regius. Unde vero Ovidius hoc genus mortis, quo Phalaris extinctus, petierit, ignoro. Ante ipsum hoc distichon margini in Moreti codice erat, & in Regio Peraviano codice & prima editione plane aberat. Ita ut suspectum esse possit. In multis codicibus leguntur post [illegible] hoc distichon incipiens, *Vel ceu* [illegible]. Burm.

4[illegible]. *More* [illegible] *Paphio.*] *Aes Paphium* dixit, quod Paphos urbs in insula Cypro aeris abundantia nobilis esset. Strabo lib. XIV. pag. 68[illegible]. edit. Casauboni, [illegible] Cyprus praestantia nulli cedit insulae; nam & vini oleique ferax est, & suo utitur contenta frumento, & aeris abundantia. Sunt metalla apud Tamassum, ubi calcanthum, seu flos aeris nascitur, & aerugo usibus medicis ea apta. Idem lib. III. pag. 163. Aeris Cyprii meminit. Unde Festus *Aerosam*, inquit, *appellaverunt antiqui insulam Cyprum, quod in ea plurimum aeris nascatur.* In verbo, *aerosa.* Salvagn. *Calido in aere* Jureti liber. *Phario* Sarrav.

44[illegible]. *Dumque reddere volet.*] Pelias, quem Medea renovare debuit, à filiabus suis interfectus est. Interpres. Pelias, quem fraude Medeae, revirescentem aetatem pollicitae, à propriis filiabus vulneratum interiisse produnt Diodorus Siculus lib. V. Apollodorus lib. I. Hyginus fab. 24. Pausanias in Arcadicis. Zenobius Proverbio [illegible] Ovidius ipse Epistola Medeae, & graphice lib. VII. Metamorph. cujus sunt hi versus elegantes de Peliae filiabus:

His ut quaeque pia est hortatibus impia prima est,
Et ne sit scelerata, facit scelus ———

Quamobrem Dosiades in Ara secunda Medeam vocat [illegible] *utriusquam.* Fabulam tangit & Piso in Isthyiano. Sed enim Plautus Pseudolo, & Tullius in Catone majore, Pelian à Medea recoctum & ex sene juvenem factum scribunt, ad Pelian mutatum transferentes, quod Aesoni praestitum erat. Qua de re plenius P. Victorius lib. V. var. lect. cap. 6. Docet autem Diogenes apud Stobaeum, quod & annotatum est ab Hieronymo Mercuriali lib. I. cap. 2. de Arte Gymnastica, Medeam non veneficam fuisse, sed sapientem, quae acceptis mollibus & effoeminatis hominum corporibus, ipsis Gymnasiis & exercitationibus confirmaret, & robusta ingentiaque redderet; unde fama evulgata, eam concoquendis corporibus senes in juventutem restituere. Aliter Fulgentius lib. II. Mytholog. Caeterum Pelias Admeti socer fuit, quoniam Admetus Alcesten Peliae filiam in matrimonium acceperit, teste Diodoro. Salvagn. *Decipiere* Moreti. *projiciare* Heinsii unus. priore versu *cumque* duo.

44[illegible]. *Atque eques.*] Ut Bellerophon. Interpres. Non videtur dissimulanda, quae de hoc Curtio historia traditur a Plutarcho in comparationibus ex libro undecimo Aristidis de rebus Italicis in hunc modum: *Tiberinus amnis per medium forum Romanum devolutus Jovis ira magno convulso aggere complures aedes & extirpavit & obruit. Mox oraculo intellectum hujusmodi calamitatem finiri posse, si pretiosissimum quiddam illuc conjiceretur. Caeteris igitur aurum atque argentum congerentibus, Curtius insignis adolescens, cum pretiosissimam hominis animam intelligeret, sese in hiatum terrae praecipitem eques demisit: suosque tantae calamitatis immunes reddidit.* Lege, si placet, Livium lib. I. & VII. primae decadis. Varronem de Ling. Lat. & divum Augustinum IV. de Civit. Dei. Const. Fan. Ad Curtium respexit, de quo T. Livius lib. VII. in hunc modum: *Eodem anno, seu motu terrae, seu qua vi alia forum medium ferme specu vasto collapsum in immensam altitudinem dicitur. Neque eam voraginem conjectu terrae, quam pro se quisque gereret, expleri potuisse, priusquam Deûm monitu quaeri coeptum, quo plurimum populus Romanus posset. Id enim illo loco dicandum Vates canebant, si Rempublicam Romanam perpetuam esse vellent. Tum M. Curtium juvenem bello egregium castigasse ferunt dubitantes, num ullum magis Romanum bonum quam arma virtusque esset. Silentio facto templa Deorum immortalium, quae foro imminent Capitoliumque intuentem & manus nunc in coelum, & nunc in patentem terrae hiatum ad Deos manes porrigentem se devovisse. Equo deinde quam poterat maxime exornato insidentem armatum se in specum immisisse, donaque ac fruges super eum à multitudine virorum ac mulierum congestas, lacumque Curtium, non ab antiquo illo T. Tatii milite Curtio Metio, sed ab hoc appellatum.* Idem commemorant Valerius Maximus lib. V. cap. 6. Paulus O-

rosius

Sidoniâ jactis Graja per arva manu.
Et quae Penthides fecit, fraterque Medusae,
Eveniant capiti vota sinistra tuo.

Et

rosius lib. III. cap. 5. & obiter Minutius in Octavio. Salvagn. Simile prorsus Aegilei Midae filii factum narrat Apostol. Cent. I. Adag. 79. in proverbio Ἀγχέλαυ Πήδημα. quod etiam habet Stobaeus Serm. VII. pag. 93. Fabulam vero esse Curtii hujus saltum in voraginem constat. & Livius ipse dubitat. sed Poëtis jus est tam falsis, quam veris historiis uti, si modo vulgo credantur. Burm.

446. *Facti tui.*] *Fati* duo veteres. Heins. *Facti* rectius. magnam enim laudem hinc retulit Curtius. *nomina vera* Moreti. *mergere* etiam priori versu Regius.

447. *Atque utinam pereas.*] Fabula nota est, Interpres. Cadmus Agenoris Phoenicum Regis filius Europam sororem, à Jove sub Tauri forma raptam & in Cretam abductam, frustra quaerens, oraculi monitu substitit in Phocide urbem conditurus, ubi bos occurrens in herbam se submitteret. Sed cum Draconem insignis magnitudinis in specu delitentem, & socios aquatum missos enecantem occidisset, Palladis consilio dentes ejus seminavit, è quibus nata manus armatorum, qui sese mutuis vulneribus confecerunt, quinque tantum superstitibus, qui novae urbis constructionem adjuverunt. Fabula nota ex Ovidio latius illam prosequente lib. III. Metamorph. Euripide in Phoenissis, Apollonio Rhodio ejusque Scholiaste libro IV. Argonaut. Seneca in Oedipo. *Sidonia* vero *manu satos* dentes Ovidius dixit à patria Cadmi, quem propterea *Sidonium hospitem* vocat lib. laudato Metamorph. Salvagn.

448. *Sidonia jactis.*] Lib. Mss. *sparsis.* Ciofan. *Sparsis* multi veteres cum libro Jureti. Heins. *jacti* & *sparsi* etiam nonnulli. *grata per arma* unus Heinsii.

448. *Grata per arva.*] Emenda, *Graja.* Const. Fan.

449. *Et quae Penthides.*] Penthides Poëta, filius Abali, Hipponactem, fratrem Medusae vel Melissae, suum inimicum devovit. Interpres. *Battiaden* quidem legendum esse commentatores contendunt. Sed quod supra circa Pityocampten monui, idem hic me movet, quod non facile credam, de eadem persona, eademque omnino re, eodem loco poëtam bis dicere voluisse. Nam si praesens locus de Callimachi imprecationibus ac votis, quibus Apollonium execratus fuit, accipiendus erat, quorsum attinebat de iisdem iterum sequenti statim disticho meminisse, eandemque, ut dicitur, cantilenam bis canere? Proinde neque ipse ab illis dissentio, qui alium, quam Callimachum, hoc loco intelligendum putant: sive *Pentheiden* legas, ut & Aldina editio habet: sive quis melius ac potius nomen reponat. Nam & in eo, quod alii *Pentheiden* legunt, & de Hipponacte patronymicum illud exponunt, duplex difficultas objicitur: altera, quod de Hipponactis imprecationibus aut votis alibi nihil traditur: nisi quis convicia & amarulentiam illius, quae tanta fuit, ut etiam in proverbium abierit, pro votis & imprecationibus accipienda esse contendat. Altera autem, quod ipse Hipponax non *Pentheides*, sed *Pytheides* patronymicôs dicendus magis erat, ἀπὸ τοῦ Πύθου, quo nomine patrem illius Suidas appellat. *Pentheidas* autem nomen etiam de Menoeceo accipi poterat, qui se pro patria in bello Thebano devovit. Nam Penthei filius Odasus traditur, Odasi Menoeceus, hujus Creon & Jocasta, porro Creontis Haemon & Menoeceus, qui se de turri praecipitavit, ut est in Comment. Eurip. in Phoenissis. Quare hunc locum doctioribus judicandum relinquo. Mycyll. Verisimile est his quatuor versibus, Ovidium ea omnia Ibidi suo imprecari, quae Hipponax Bupalo & Atheni, Archilochus Lycambi, Callimachus Apollonio Rhodio imprecati sunt. Hipponax enim Pythei filius erat, authore Suida. *Illi notabilis foeditas vultus erat,* inquit Plinius lib. XXXVI. cap. 5. *Quamobrem imaginem ejus lascivia jocorum Bupalus & Athenis sculptores fratres proposuere ridentium oculis. Quod Hipponax indignatus amaritudinem carminum distrinxit in tantum, ut credatur aliquibus ad laqueum eos compulisse; quod falsum est. Complura enim in finitimis insulis simulacra postea fecere. Sicut in Delo, quibus subjecerunt carmen, non vitibus tantum censeri Chium, sed ex operibus Athenis filiorum.* Haec Plinius, quibus fere consentanea refert Suidas. Hinc elegans Epigramma lib. III. Anthol.

Ὦ ξεῖνε, φεῦγε τὸν χαλαζεπῆ τάφον,
Τὸ φρικτὸν Ἱππώνακτος, οὗ τε χ᾽ ἁ τέφρα
Ἰαμβιάζει Βουπάλειον ἐς στύγος·

Id est, *ô hospes, fuge Hipponactis sepulcrum, horrendum, verborum grandine refertum, cujus etiam cinis jambos intorquet in odium Bupali.* Hinc & Horatius Ode 6. Epod.

Cave, cave, namque in malos asperrimus
Parata tollo cornua,
Qualis Lycambae spretus infido gener,
Aut acer hostis Bupalo.

Meminit etiam Cicero lib. III. de Natura Deorum. unde Proverbium, *Hipponacteum praeconium,* ab eodem Cicerone usurpatum lib. VII. Epistol. De eodem etiam dicemus ad versum 523. Quid sile-

[illegible]

Et quibus exiguo volucris devota libello est,

Cor-

gerus hoc loco, *Pitheidis*, cum aliquibus editionibus, ut Thesei Pithei nepos intelligatur; Pithens enim Aethræ pater, *Aethra* Thesei mater fuit, auctore Plutarcho in Theseo, Hygino fab. 14. Apollodoro lib. III. Biblioth. Pausania in Corinthiacis, unde Amaine apud Ovidium nostrum Epistola ad Tiseum:

Nec Pater ipse Deum, nec tu Pitheidis Aethræ
Filius, audaces fecit, primus ipse mei.

Ubi secunda penoaymidi syllaba producitur, cumque hoc loco consentatur, quemadmodum lib. XI. Metamorph. versu 296.

Est prope Pitheiam tumulus Troezenia.

Et versu 308.

Pitheidem petit ipse novem Troezenia jubam.

Thesius Hippolytum filium diris & execrationibus devovit. Cum enim Phaedra Hippolytum pertinacem laesorem cubiculum fuisse delaciasset, ab eo in interpellatam fuisse, & apud patrem Thesium accusavit. Ille filium tube cum detestatione expulit, quem fugiens in conspectum pontum ab mari emergentis aspectu contentis per [illegible] rapuerunt. De quibus diris [illegible] ad [illegible] Thesius igitur ab [illegible] *Pitheides* dictus. Interdum enim & [illegible] Pitheidis [illegible] Mercurius *Atlantides*, Epaphus *Inachides*, appellatur. Veteres editiones habent *Pitheidis*, quod Hercules tribui posse Mycenis [illegible] *Sum vestibi filius Telephus Tirynthius*, inquit, *Oedipi Mycenis, Argos & Jovis Argos, Cretam vero Europa & Minoxenus, qui Delphis Tripos, Argos quoque dicunt, & a suori principiorum, ut author est Sophocles Euripides in Phoenissis.* Nihil tamen potest videri hoc interpretatio, quae tamen Valerio non displicet SALVAGN. *Sapiebat enim plus patrium labores, deferens unus, mediatus verbis nemini necessarius.* Hinc *Spondes* Gallicus, *de patre Pelop.* nihil hic intelligo.

459. *Perque Medusae.*] Non minor autem difficultas & in hoc loco est, qui sequitur. Nam neque ejus frater Medusae fuerit, alii plane aliter: & qui de Apollonio dictum accipiunt, illa idem Eschinus capitur, quod supra de Hippocrene intelligentur. Nam neque de Apollonii votis aut imprecationibus quicquam extat: & quas Callimachus fecit, de Apollonio passive, non active accipiuntur. Quod si autem veterum mentem, de mutulentia quoque & concitis intelligendum aliquis putet, id quod illi faciunt, qui Hippocrene de Hippocrene interpretantur, malim hoc loco Arcanhoeum, aut similem aliquem accipere. Nam & Archilochi maledicentia in proverbium abiit, quo *edicta Archilochia*, & *patria Archilochi*, dicuntur. Sed de hac re certi nihil habeo quod afferam. Quare & hunc locum aliorum judicio relinquo. MICYLL. Archilochum innuere videtur, qui virulentis carminibus Lycambem ad laqueum adegit, ut supra diximus ad vers. 54. Verum illi sororem fuisse nomine Medusam nusquam mihi lectum. An Eurysthenes intelligendus Medusae frater ex Sthenelo & Nicippe parentibus, ut author est Apollodorus lib. II. Is enim multa vota sinistra in Hercules exitium fecit, dum illi gravissimos labores imperavit perdendi ejus desiderio. An pro vulgata lectione *fraterque Medusae* reliribendum, *materque Medusae*. Certe in membranis San-Victorianis adeo prore litera exaratum inveni, *aterque Medusae*. Pet Medusam autem non illam intellexerim, quae subito visos homines in saxa convertebat; sed aliam, cujus Priamus pater, Hecuba mater fuit, ut proditum est à Pausania in Phocicis, his verbis: ἐφεξῆς δὲ τῇ Λαοδίκῃ ὑποστάτας τι λίθω, ἐξ οὗπερ ἐστὶν ἐπὶ τῇ ὑποστάτῃ γράμματα, Μέδουσα δὲ κεφαλὴ τοῦτο χρῆμα ἐμφέρειαν τῇ ὑποστάτῃ ἐπὶ τοῦ ἐδάφους κεῖται]. Ἐν δὲ τοῖς Πρίαμος θυγατέρων ἀριθμεῖται τὰς τε τοῦ πατρὸς κατὰ τοῦ Ἰμαρίου τοῦ ὕδατος. Post Laodicen est fulcrum lapideum, cui annexum laberum impositum est: *Medusa utraque manu fulcrum id sustinens in imo solo sedet. Hunc etiam inter Priami filias numeraverit, qui Himeraei Poetae Cantiscum audierit.* Hecuba vero Medusae mater, cum in Thraciam captiva adduceretur, ibique prae nimio dolore Graecos omnes diris & maledictis impetet, lapidibus obruta est. Et quia perpetuo Graecis allaterat, eam post obitum in canem verum finxerunt. Plautus Menaechmis de ipsa:

Omnia mala ingerebat quemquam aspexerat,
Itaque adeo jure coepta est apellari canis.

Tullius lib. III. Tusculan. *Hecubam quoque paenae finis propter animi acerbitatem quandam & rabiem in canem convertam, ob tantas & tam multiplices calamitates opinor.* Idemque Lycophron in Cassandra, Nisio ipse lib. XIII. Metamorph. Hyginus fab. III. prodiderunt. Quamobrem Parri Hecubae filius *πίτυωρα κυνὸς* vocatur Dotiadae in Ara secunda. Hinc tumulus Hecubae *κυνὸς σῆμα* dictus, cujus meminit Strabo lib. XIII. Plinius lib. IV. cap. 11. Solinus cap. 16. Mela lib. II. cap. 2. Pollux lib. V. cap. 5. Ammianus Marcellinus lib. XXII. Thucydides, Sabinus Sophista, Suidas, & Ausonius hoc Epigrammate:

Quae Regina fui, quae claro nata Dynastis,
Quae Priami conjux, Hectora quae genui.

Hic

Corpora projectà quae sua purgat aquâ.

Vul-

Hic Hecuba injectis perii super obruta saxis,
Sed rabies linguae me tamen ulta prius.
Ibidis ne regnis & prole & stirpe parentum,
Quicumque hoc nostrum cernat, vovet legitis.

Ovidius autem, quo tenebras offunderet, Medusam minus obviam de tot Priami & Hecubae liberis nominandam elegit. Sunt qui Medusam inter nothos Priami filias numerent. In his Apollodorus lib. III. ubi postquam nonnullos è legitimis Priami liberis recensuit, & ἐκ δὲ ἄλλων γυναικῶν Πρίαμος πολλοὺς γίνεται], subjicit. Μελάνιππος, Γόργυθος, Βιάλιππος τοῦ Δυσπάρεως ἐξ Μιδόνης, Μαδάνικος, Δικόμαχος, Δορυφόνος. Constat enim ex Homero ultimo Iliados. Priamum quinquaginta quidem liberos suscepisse, sed decem & novem duntaxat ex legitima uxore, à quo non dissentit Theocritus, qui Eidyll. 15. Hecubam viginti liberorum matrem fuisse dicit. Quare puto Ciceronem vel memoria lapsum, vel depravatum, cum ait lib. I. Tusculan. *At quinquaginta Priamus, è quibus decem & septem è justa uxore nati.* Legendum enim, *decem & novem.* Sed etsi Hecuba Medusae noverca fuerit, tamen ejus mater dici potuit. Vitricus enim & noverca parentum; privignus & privigna liberorum loco habentur §. *adoptatis*, & §. *socerum*, Institut. de nupt. & l. Anillo. ff. de ritu nup., Philo μητρυιὰς καὶ μητρὸς οὖσαι ὅμως συγγενεῖς. Et paulo post: δυνάμει δὲ τοῦτο πατρὸς καὶ πατρὸς ἀδελφὰ τῶν ἐκ τῆς γυναικὸς ἐν τάξει συγγενῶν νενόμικεν, Phocylides de noverca, μητρυιὰν δ' ὡς τίμα τὸν μητέρος ἰσχυρὰ βάβιν, Ovidius noster lib. de Ponto:

Nam tibi quae conjux, eadem mihi filia prope est,
Et quae te generum, me vocat illa virum.

Quod etiam observatum est Jacobo Cujacio Iurisconsultorum memoriae notrae facile principi, lib. IX. Observationum cap. 28. Cum igitur Theseus Pithei nepos, & Hecuba Medusae mater, aut noverca, haec Graecos, ille filium diris devoverunt, Ovidius imprecatur ut eorum vota in Ibidis caput retorqueantur. SALVAG.

450. *Funiam capiti.*] *Capiti* dictum est, quia in hunc partem hominis vota dirigebantur. Cicero ad Atticum lib. VIII. *Multa mala cum dixisset suo capiti, ut aiunt.* Virgilius lib. VIII. Æneid.

—— *Di capiti illius generique reservent.*

Idque Poëtis familiare fuit, ut ex hoc Aeliani loco patet lib. II. cap. 13. var. Histor. Ἐπειδὴ οὖν ὁ Μακεδὼν ἐπιστρέψας τὸν δίκαιον, οὐκ ἐπὶ τῇ ἰσοτελείᾳ τῇ ὁ γυναικὸς, ἀλλ' ἐπὶ τῇ τῶν παίδων φορᾷ, Macedo igitur non immeritam poenam dederit, juxta Poëtarum illud, *sito ipsius uxoriique & liberorum capiti.* SALVAGN.

451. *Et quibus exiguo.*] Callimachi vota in Ibin avem Ægyptiam, quae rostro, projecta aqua, alvum purgare solet. SALVAGN. Jodocus Badius Ascensius hunc locum de cornice exponens inepte cornicatur. Tu cum eruditis intellige eas ipsas imprecationes, quibus Apollonium Rhodium à Callimacho sub Ibidis nomine devotum esse diximus in Prolegomenis. Ovidius enim planius describere non potuit Ibidis naturam: quam ventrem rostro purgare solitam prodiderunt Plinius lib. VIII. cap. 32. Philo Sapiens libro de proprietatibus animalium, Plutarchus *libro περὶ τῶν ἐν ζῴοις φρονιμώτερα τὰ χερσαῖα, ἢ τὰ ὑδρία.* Isidorus Hispalensis Episcopus originum lib. XII. cap. 7. Inde Clysteris usus emanavit, unde Georgius Pisidas in opere sex dierum, Ibin Galeno doctiorem eleganter vocat his versibus:

Ἶβις δὲ πάνυ ἰατρικῆς διδασκαλίαν,
Καὶ τῶν Γαλαινῶν δίκαιον ἐκφεύξεται.
Τῶν γὰρ κλυστῆρα ἐμφορουμένου ἐξίδε,
Ἀναχωρίσας πᾶς κύκλῳ τὸν ὄχετον
Τὸ μακρὸν ἐπίσκοπον λεῖος αὐχένα,
Σίφωνα γοργὸν εἰσδύσει τὸ σῶμα,
Καὶ χυλὸν ἄλμης ἐμβαλοῦσα τοῖς ἔντο,
Τὰ ἔνδον ῥυσμοῖς ἐξεφόρησεν βάρη.

Quales et ibis nigra doctores habet,
Quae ipso Galeno in hoc videtur doctior,
Quod clausus est quoties meatus infimus,
Inserta quo pabulo reflexa haud jaculum,
Oblongum in obliquum latus collum exserit
Sipunculi in modum funm rostrum fruens,
Salsumque fundens alvo fucum in intimo;
Ita arida his fluxit onera trudit foras.

Multa praeterea de Ibide scitu digna tradunt Ornithologi. Hic autem Albertus Magnus obiter à quorumdam reprehensione vindicandus, quod ipse lib. XXIII. de Animalibus, Ibes licet aquaticas, nunquam tamen aquas ingredi scripserit. Unde Joannes Camers, aliisque doctissimus, Commentariis ad Solinum, Albertum Magnum falso mendacii insimulat. Id enim Petrus Damiani lib. II. Epist. testatur his verbis: *Sed quem Draco figunt, eundem & Ibis indicat. Ipse enim volatile luridum & immundum, & obscenos secretorum sordium squalore pellitum. Nam morticinis semper cadaveribus & prope littera sive flagnorum, sive fluviorum jugiter commoratur. Quaerit enim si quid putridum sive corruptum ab aquis cadaver ejiatur, ut illo, quia se inter fluctibus crebro, fatietur; & quia natare nescius, nequaquam se gurgitibus audet immergere, quibuslibet immunditiis fluctis vomere projectis avidissimus suae rabiem consumit est satiatur.* Itaque Andreas Alciatus non frustra Ibin,

Ni-

Vulnera totque feras, quot dicitur ille tulisse,
Cujus ab inferiis culter abesse solet.
455 Attonitusque feces, ut quos Cybeleïa mater
Incitat, ad Phrygios vilia membra modos.

Deque

Silliaris Eurydice regulam dixit. Emblemate 87. in hunc modum:

Quas vestro displicere volui filii proluit alvum,
Isis Siliaris exquisita literatura.
Transfixi corpori in xenium, quo Pallas hostium
Nafe suum appellat, Bastia hispa suum.

Salvagn. *Ex quibus tres, e quibus unus, dignata* Mediol. codex Palatinus: *quae sua projecta corpora* Idem & Iunti. *projecta* vero illa *aqua* nescio quaenam sit. an pro injecta per vestibum in alvum? nam illam aquam injicere solitum, ex Pindaro vestibulo pedi, in quibus Ἐμβάλλειν. Verum ne quid mendae latere in *projecta* pro demissa? ut in Persio. *Cunctaque projecta vapet*, quae ante collecta erat alvus. Rutg.

453. *Vulnera totque feras.*] Callimachus dicit in Cybele. Mendacium hoc fuit sine fero, quia in Tejano bello plurimos vulneratos cultrorum interfecit Typhoeus. Dorotheus et Sanchius Osyrin dilaceratum volunt, qui à Typhone fratre in viginti centum partes discerptus, & per campos Ægyptiorum projectus fuit, in cujus inferiis ab uxore inventum membrum fit gladium sive cultrum esse. Sed hunc has Auctor. Salvagn. *Ab exequiis* Palatinus codex, *ab exequiis* Norati.

454. *Attonitusque feces.*] Cybele mater Deorum. Interpres. Sic Tibullus lib. 1. Eleg. 4.

Et feret ad Phrygios vilia membra modos.

Galli nimirum Matris Idaeae Sacerdotes ad Phrygios modos sibi vasa virilitatis partem amputabant. Iisque in Aprili mensi Megalensibus festis celebrabant, usque dum in Antonio Livio matrem Idaeam hausissent. Tum enim Dea deposito furore & mordacibus litibus videbatur, & ipsi candidum linteum concipiebant. Unde Valerius Flaccus:

Sic ubi Mycenaeis plaustris faces ablatus Atreus,
Lacrymaque jam Cyclas, fulgentque per oppida taedae;
Quis modo jam sacros adytis fluxisse cruores
Cernis, aut ipsi qui vom mecaimere ministri.

Id enim cum fiebat, invitio matris Deum dicebatur. Arnobius. *Lavatis*, inquit, *Deum matris est hostis.* Tum autem ceu divino spiritu afflati & furiis quodam modo percisi caput jactare solebant. Ovidius lib. IV. Fastorum:

——— *mollisque ministri*
Cadunt jactatis vilia membra comis.

Vero Eudemonibus apud Nonium: *Tibi nunc famulis, secretum tonsam jactant illi Galli.* Lucanus lib. 1.

——— *crinemque rotantes*
Sanguineos populis cecinerunt tristia Galli.

Dio oratione 1. de Regno, ταῦτα δὲ ἔλεγον, οὐχ ὅτι καὶ οἱ πολλοὶ τῶν λογοποιῶν ἐκείνων τῶν ἀνδρῶν τῶν γυναικῶν, ἐκδεδυμένων τὴν ἐσθῆτα τὴν κεφαλῆς. Quamobrem Livio lib. XXXVI. Juvenali Satyr. II. Ulpiano lib. 1. §. apud Vivianum. ff. de Edilitio edicto, Prudentio in Roma, *fanatici* appellantur, & Lampridio *praecipi fanatici*, cum ait in Heliogabalo: *Jactavit autem caput inter praecipi fanaticos, & genitalia sibi decinxit.* Cui vocabulo faciunt illud Nasonis *attonitus*, quamvis minus proprie: Nam *attonitus*, ut ait Servius, proprie dicitur, cui casus vicini fulminis & sonitus tonitruum dant stuporem, aut ut Cornelius Celsus exponit, cujus corpus & mens stupet. Graecis ἐκβεβλημένος & ἐκβεβροντημένος, quod quidem verbum per metaphoram ad alia transfertur, interdumque vesanum atque animi impotem significat, ut hoc loco *attonitus*. Demosthenes περὶ τοῦ στεφάνου, ἐκβεβροντημένος ὑπὸ τῶν λόγων. Hinc ἐκβεβροντησία Hesychio est μανία & φρενοβλαβεία. Salvagn.

456. *Quis Cybeleïa mater.*] *Quas* scripti. Heins. in Palatino erat, *quas*, ut hos semivirros tanquam feminas habent. vid. Heins. ad Ep. IV. 49. Rutg.

456. *Ad Phrygios modos.*] Quatuor fuisse modos sive concentus cuivis mediocriter literis tincto notum est, nimirum Phrygium, Lydium, Dorium, Ionicum, de quorum natura & proprietate sic Lucianus in Hermonide: Τῆς ἁρμονίας ἑκάστης διαφέρειν τὸ ἦθος, τῆς Φρυγίας τὸ ἐνθεον, τῆς Λυδίας τὸ βακχικόν, τῆς Δωρίας τὸ σεμνόν, τῆς Ἰωνικῆς τὸ γλαφυρόν. *Uniuscujusque harmoniae suum est observare proprietatem. Phrygius impetum divinum, Lydius Bacchicum, Dorius gravem, Ionicus jucundum.* Pro eo vero quod Lucianus τὸ ἐνθεον, Apulejus *religiosum* dixit lib. I Floridorum, ubi etiam pro Ionico modo, Æolicum & Iasium enumerat, ut quinque sint. *Tibicen quidem fuit Antigenidas*, inquit, *omnis vocalis melleos modulatur, seu tu velles Aeolizare simplex, seu Jasium varium, seu Lydium querulum, seu Phrygium religiosum, seu Dorium bellicosum.* Ex his patet, cur Galli matris Deum Sacerdotes Phrygios modos usurpaverint, ut concitatiores & fanaticis maniae congruentes. Quin etiam carmina canebantur in honorem Cybeles, quae propterea Galliambi dicebantur, cujusmodi carmen est apud Catullum. Sic & Dithyrambici, qui Bacchi laudes, quasi furore perciti, concinebant, Phrygios modis utebantur, ut Author est Aristoteles lib. VIII. Politic. cap. 8. & Proclus in Chrestomathia, ubi non solum Phrygios, sed etiam Hypophrygios modos nominat. Et vero Flaccus Ode 2. lib. IV. Pindari Dithyrambos vocat *audaces*: ideo quod vocabulis insolitis & inflatis usus, numeris lege Poëtica solutis, quasi furibundus ac torrentis instar ferretur. Hinc adagium διθυραμβοποιῶν νοῦν ἔχειν ἐλάττονα, *habere quam Dithyrambici mentis minus.* Certe Pindarus ipse Olymp. 2. gloriatur se natura carmen scribere non arte, ut alii, unde se aquilae, illos corvis comparabat. Phrygiorum autem modulorum inventor creditur Marsyas Phryx, Lydiorum Amphion, Doriorum Thamyras Thrax, authore Plinio lib. VII. cap. 56. Salvagn.

456 *Vilia membra.*] Aut virilia, aut frusta carnis interpretarer, quae sibi Cybeles sacerdotes gladiis morbusque secabant. Const. Fan.

457. *Deque viro fias.*] Ut Atys, id est, Sacerdos ejusdem, qui sibi virilia abscidit. Interpres. Ita plerumque vocantur, qui nec eas partes habent, quibus vir à muliere, vel contra mulier à viro dignoscuntur. Sic enim Ovidius noster alibi:

Hei mihi, quod dominam nec vir nec femina servas.

Et ejus imitatione Lactantius lib. I. de Falsa Religione, cap. 21. *Ab hoc genere sacrorum non minoris insaniae judicanda sunt publica illa sacra, quorum alia sunt matris Deûm, in quibus homines suis ipsi virilibus lisant, amputato enim sexu, non viros se nec feminas faciunt.* Ideo sic Hermitimus Pedaeensis apud Herodotum in Urania de Panionio Chio quaeritur à quo juvenis exsectus fuerat. Τί σε ἐγὼ πεποίηκα ἢ κακὸς, ἢ τῶν ἐμῶν τίς σε προγόνων ἐκύρησεν, ἢ σε, ἢ τῶν σῶν τίνα, ὅτι σε ἐνεῦ ἀνδρὸς ἐποίησε τὸ μηδὲν εἶναι. *Quid aut ipse ego, aut majorum quispiam vel tibi vel avorum cuiquam mali fecit, quod ex viro neutrum me reddidisti.* Vel ut ad verbum reddatur, *quod ex viro me nihil esse fecisti.* Diocles pariter apud Lucianum in Eunucho, seu Pamphilo, de Eunuchis differens ait, eos non solum ab omni Philosophiae commercio secludi oportere, verum ab ipsis etiam sacris, ac vasis puris; denique ab omnibus publicis coetibus ejici, ostendens inauspicatum quoddam & occultu infaustum spectaculum fore, si quis mane domo egressus videat ejusmodi quippiam, si quidem Eunuchum οὔτε ἀνδρα, οὔτε γυναῖκα εἶναι, *neque virum esse, neque mulierem*; sed quiddam utrinque compositum & conflatum planeque monstrum ab hominum natura specieque alienum. Sic & Prudentius Romano:

Mas esse cessat ille, nec sit femina.

Nec minus eleganter Claudianus in Eutropium lib. 1. versu 466.

Linquite feminaeas infelix turba latebras,
Alter quos populis sexus, nec suscipis alter,
Exsulis Veneris stimulos & vulnere casti,
Misla duplex aetas; inter puerumque senemque
Nil medium.

Itaque non minus gravi quam venusto dicterio *tertium genus hominum* illos nominat Alexander Severus, ut Lampridius in ejus vita refert; meritoque Mamerci Aemilii Lepidi consulis decretum commendatur, de quo Valerius Maximus lib. VII. cap. de Testamentis rescissis, haec memoriae prodidit: *Genutius quidam, Matris magnae Gallus, à Cn. Oreste Praetore urbis inspectaverat, ut restitui se in bona Naeviani juberet, quorum possessionem secundum tabulas testamenti ab ipso acceperat. Appellatus Mamercus à Sardino, cujus liberum Genutium haeredem fecerat, Praetoriam jurisdictionem abrogavit, quod diceret Genutium amputatis sui ipsius genitalibus corporis partibus neque virorum neque mulierum numero haberi debere. Convenimus Mamerco, convenimus Principi Senatus decretum, quo provisum est, ut obscoena Genutii praesentia, inquinataque voce, tribunalia magistratuum sub specie petitii juris polluerentur.* Talis fuit Atys, aut Attis, ut marmora quaedam praeferunt, de quo videndi Ovidius noster lib. IV. Fast. Catullus in Galliambo, Diodorus Siculus lib. III. Lucianus in Dea Syria, Pausanias in Achaicis, Arnobius adversus Gentes, lib. V. S. Augustinus lib. VII. de Civitate Dei, ex authoritate Porphyrii. Neanthem vero de mysteriis & arcanis Attios scripsisse tradit Harpocration. Salvagn.

457. *Ut Atys.*] Et ex lib. calamo notatis, & ex antiquis inscriptionibus, quarum una est in Aedibus Ioannis Donati Cardinalis Caesii, *Attis*, per duplex *tt* scribendum. Ejus autem inscriptionis principium est:

Qui colitis Cybelen, & qui Phryga plangitis Attin,
Dum vatat & tacita Dindyma nocte silent.

Deque viro fias nec femina, nec vir, ut Attys;
Et quatias molli tympana rauca manu.
Inque pecus subito Magnae vertare Parentis:
460 Victor ut est celeri victaque versa pede.

Sola.

Solaque Limone poenam ne senserit illam,
Et tua dente fero viscera carpat equus.
Aut, ut Cassandreus, domino non mitior illo,

Sau-

[illegible] de hac re plura in Observat., in Metamorpho-[illegible]. Ciofan.

[illegible]. *[illegible] molli.*] Cybeles Sacerdotes crotalis, tympanis, tibiis, & cymbalis usos esse praeter Auctores modo laudatos Varro, Lucretius, Virgilius, Claudianus & alii testantur. At *molli* [illegible] eidem est, quod illi quasi peculiari nomine *molles* ob evirationem dicerentur. Ovidius [illegible]:

——— *Molliaque ministri*
Credunt, &c.

[illegible] Augustinus lib. VII. de Civitate Dei: *De mollibus eidem Matri Magnae contra virorum mulierumque verecundiam consecratis, qui usque in hesternum diem madidis capillis, facie dealbata, fluentibus membris, incessu femineo per plateas vicosque Carthaginis etiam a populis, unde turpiter viverent, exigebant.* Sed & exsecti omnes *molles* appellati. Salvianus lib. VII. *Abstulerunt de omni Africa fordes virorum mollium.* Salvag.

[illegible]. *Juges pecus Magnae.*] Id est, leones, qui ducuntur tanto currum Cybeles. Hippomenes autem & Atalanta, quoniam sacrificium Veneri non fecerant, in leones mutati sunt. Interpres. Hippomenes & Atalanta, de quibus egimus ad versum 372. ii quod in templo magnae Matris nulla habita Deae reverentia intempestivam Venerem exercuissent, in leones conversi sunt, Ovidio narrante lib. VII. Metam. Leones autem *pecus magnae Matris* appellat, quia, ut ait Lucretius lib. II. 600.

Hanc veteres Grajûm docti cecinere Poëtae
Sublimem in curru bijugos agitare leones.

[illegible] & Sophocles in Philoctete Rheam λεόντων ἐφέδρον vocat. Salvagn. *Pecus* sine dubio etiam majores bestias Poëtis appellare licet: & Noster [illegible] vestigia pressit, qui in Atti car. LXIV. dicens, *Dindymenae dominae vaga pecora,* non Leones, sed ipsos Gallos intelligit, quia gestabant [illegible] magnae Matris. vide Vossium. De equis hoc nomen usurpasse Statium lib. IV. Theb. 733. & VII. 66. videbis, ubi Barthius, & ejus Scholiastes consuli possunt. de Elephanto etiam Martialis [illegible]. 38. de beluis marinis Horatium I. Od. 2. Claudianum I. Rufin. 181. & II. in Eutr. 527. & alios, ut jam dudum observarunt viri docti. sed ne [illegible] Poëtas ad testimonium citem, ecce Curtium lib. VI. cap. 2. de Bucephalo, quem Alexander non vehens, *quo ceteras pecudes, animo aestimabat.* [illegible] Graeci Poëtae μῆλα et ὄρεβας a dixisse omnia animalia quae pascuntur, & quatuor pedibus incedunt, notarunt veteres Grammatici ad Theocr. Idyl. IV. 10. Sophocl. Ajac. 603. & Ill. Spanh. ad Callim. in Apoll. 51. Burm.

461. *Solaque Limone.*] Haec fabula supra exposita est, ibi causa adulteri dilacerati, hic causa ipsius Limones, quae ab equo consumpta est. Interpres. Hippomenes filiam, de qua supra, Limonem appellavit, quod fame, quae λιμὸς a Graecis dicitur, cum equo à patre intra domum inclusa perierit, qui postea locus Athenis ab ipsa puella & equo nomen habuit. De hac Aelianus XIV. omnimodae historiae sic scribit: *Hippomenes unus ex his, qui à Codro originem ducebant, cum calumniae impatiens esset, quod filia Limone adulterium commisisset, illum quidem cum filia curru alligatum dilaniandum curavit, filiam vero cum equo domi inclusit, quoad fame periit.* Unde Graecis proverbialis locutio, *Hippomene magis impius.* Diogenianus. Egnatius. Hanc historiam, suppresso tamen nomine, allegat etiam Aeschines, in oratione contra Timarchum, his verbis: Τοιγάρτοι ἡμῶν οἱ πρόγονοι [illegible] ... [illegible] Reliqua apud Suidam vide, & in Annotat. Bap. Ignatii. Micyll. Historiam Limones Hippomenis filiae retulimus ad versum 337. Salvagn.

462. *Et tua.*] *Ut tua* tres codices. *pascat equus* unus Heinsii.

463. *Aut ut Cassandreus.*] Cassandra Potidaea Thessaliae pars est, ubi Cassandrus dominatum dicitur habuisse, qui in suos nimis saeviens, ab eis saxis obrutus est. Vel dic. Cassandrus homines suos vivos terra infodiebat, & idem passus est, unde Propertius.

Infodiebat humo vivos Cassandrus, idemque,
Et non immerito, passus ab ipse fuit.

Interpr. *Cassandri* lego, ut & in Aldinis habetur, non *Cassandreus*, ut alii quidam. Intelligere autem Herculem Alexandri Magni filium videtur, quem, ut Justin. scribit lib. XV. *Cassander, una cum matre Barsine, tacite occidi jussit, corporaque eorum terra obrui, ne caedes sepultura proderetur.* *Dominum* autem vocat Cassandri, quia filius Alexandri, & haeres paterni regni, eoque etiam dominus Macedonum erat, annos jam natus circa quatuordecim. Occidit autem idem Cassander etiam alterum Alexandri filium, ejusdem nominis cum patre, ex Rhoxane natum, pari fraude, ut idem Justinus ait, *quasi regnum Macedoniae, quod affectabat, aliter quam scelere consequi non posset.* Licet ergo vel de hoc, vel de illo intelligere, nisi quod de illius sepultura, & terra corpori ingesta, apertis verbis traditur. Porro quod in eodem versu sequitur, *Non mitior illo*, ad Ibidem refero, ut sit sensus: Tu Ibi, saucius ingesta contumuleris humo, perinde ut dominus Cassandri, non mitior illo, hoc est, Cassandro, existens. Ut enim ille crudelis in dominos suos, ita tu in me, &c. Micyll. Cassandra Potidaea, inquit vetus Interpres, Thessaliae pars est, ubi Cassandrus dominatum dicitur habuisse, qui in suos nimis saeviens, ab eis saxis obrutus est. Nugae sunt, & Naevii buttubata, Domitius Harpocratem agit. Verum Micyllus, Sanctius, & Valerius ita legendum putant, *Aut ut Cassandri dominus*, ut ille sit Hercules filius Alexandri Magni, haeres paterni Regni, proindeque Macedonum & Cassandri dominus, quem Cassander *Regni aemulus, ne favore paterni nominis in Regnum Macedoniae vocaretur, occidi tacite cum matre Barsine jussit, corporaque eorum terra obrui, ne caedes sepultura proderetur: & quasi parum facinoris in ipso primum Rege, mox in matre ejus Olympiade ac filio admisisset, alterum quoque filium, cum matre Roxane pari fraude interfecit, quasi Regnum Macedoniae, quod affectabat, aliter consequi quam scelere non posset.* Ut iisdem verbis retulit Justinus lib. XV. Pausanias autem Boeoticis, pag. 287. Olympiadem quidem lapidibus obrutam, sed Alexandri filios Herculem ex Barsine, Alexandrum ex Roxane veneno sublatos esse prodidit. Quare tantum abest, ut Micyllo & sequacibus calculum meum tradam, ut etiam eorum sententiam longe aliam ab Ovidiana existimem: neque enim Hercules Alexandi filius crudelem unquam se gessisse legitur, ut cum Hippomene, cujus priore distichо mentionem habuit Ovidius, conferri debeat, scilicet hoc significatur, his verbis, *non mitior illo.* Quamobrem ego, donec melius quid occurrat, hunc locum de Cassandro illo interpretor, cujus Ovidius ipse meminit lib. II. de Ponto, Eleg. 9.

Non tibi Cassandrus pater est, durusque Cephareus,
Quique repertorem torruit arte sua.

Ad quem locum Bartholomaeus Merula, *Cassandrum*, inquit, *à quo Cassandrea Colonia in Macedonia appellata, quae olim Potidaea dicebatur, ferunt vivos homines sepelisse, unde postea à suis defossus eodem genere mortis periit.* Ovidius. *Aut sicuti periit parcas Cassandreus ille, quem sua gens multo dispersit cinere.* Sed, amabo, Merula profer in primis somnii tui authorem, deinde locum Ovidianum, unde tuum distichon inelegans & plane Ovidio indignum prompseris: neque enim illud ego uspiam comperio. Imo neminem lectorum eo ignorantiae devenisse arbitror, ut putidos tuos versus unquam Nasoni tribuerit. Praeterea viderint eruditi, num forte Apollodorus Cassandrae Tyrannus intelligatur, de quo Pausanias in Messenicis, lib. IV. cap. 5. hunc modum: Διαφθορὰ ἐγένετο τῆς Ἀπολλοδώρου τυραννίδος, ἧς τε τὰς συμφορὰς οὐ πολλῷ νῦν ἀπωδέει ἢ οἱ Κασσανδρεῖς πεπόνθασι. *In Apollodori quidem tyrannide tollenda, etsi neque tamdiu neque tanto animi ardore bellatum est, Cassandrensium tamen calamitates facile Messeniorum infortunia adaequarunt.* Quibus verbis Apollodorum à Cassandrensibus interemptum Pausanias innuit. Is enim tam atrocem tyrannidem exercuit, ut cum Phalaride conferatur. Seneca lib. VII. de Beneficiis. cap. 19. *Quid si non tantum malus factus est, sed ferus, sed immanis, qualis Apollodorus aut Phalaris, & huic beneficium, quod acceperis, reddes.* Idem lib. II. de Ira, cap. 4. *Hi qui vulgo saeviunt & sanguine humano gaudent, an irascuntur, cum eos occidunt, à quibus nec acceperunt injuriam, nec accepisse se existimant, qualis fuit Apollodorus, aut Phalaris.* Plutarchus libro, quo docet Philosophum vel maxime cum Principibus viris disputare debere: Τοὺς δὲ Ἀπολλοδώρου τοῦ τυράννου, καὶ Φαλάριδος, καὶ Διονυσίου φίλους, καὶ συνήθεις ἀπετυμπάνιζον, ἐστρέβλουν καὶ ἐνεπίμπρασαν. *Apollodori autem Tyranni, Phalaridis, ac Dionysii familiares & amicos mactarunt, torserunt, inusserunt, & execrabiles ac devotos reddiderunt.* Suidas etiam de Hieronymo Tyranno differens ait, neque Phalarin, neque Apollodorum, neque alium fuisse ullum Tyrannum illo saeviorem. Unde Naso de Hippomene saevissimo locutus, merito subjecerit de Apollodoro, *non mitior illo.* Si tamen Hercules Alexandri Magni filius intelligendus: pro *non mitior illo*, scribendum, *non mitius illo*, quae verba ad Limonem referuntur. Salvagn. Libri multi veteres, *Cassandreae.* quidam, *Cassandrus domino non mitior illo*, vel, *Cassandrus.* ut Apollodorum Cassandriae Tyrannum intelligat. de quo Pont. l. II. Eleg. IX. ubi monuimus scribendum videri:

Saucius ingestâ contumuleris humo.
Aut, ut Abantiades, aut ut Cygneius heros,
Clausus in aequoreas praecipiteris aquas.

Victi-

Ast

Victima vel Phoebo sacras macteris ad aras,
Quam tulit à saevo Theudotus hoste necem.

Aut

Aut Cassandreae domino non mitior urbis.

[illegible], *Cassandrei domino* mavult Heinsi. *Cassandrei*, vel *Cassandreae* Meroti. mox, *injecto* Regius. *in* [illegible].

465. Aut ut Abantiades.] Proetus, filius Abantis filii Jovis & Europae, frater Acrisii, quem Perseus, quia Acrisio avo suo regnum dolo subtraxerat, incitatum in mare praecipitavit. *Lyrnesius heros*, est Nauplius, filius Ligdae Nymphae, quem Acrisius nepos, quia matrem Clementem stuprare voluit, in mare projecit, unde Propertius:

Nauplius Aegaeas [illegible] patris tusa [illegible],
Et voluit natum esse parente prior.

[illegible]. Fabula plane conturbata. Ad versus [illegible], [illegible] Propertii nos credas. Salvagn. Duo Abantes a poëtis celebrantur. Alter Euboicus, [illegible] Neptuni & Arethusae, ut Porphyrius: [illegible], Abantes, ejus, qui fuit Pandori ejus, qui [illegible], ut Eustath. Iliad. 2. Hujus Abantis filius Chalcodon fuit, à quo Chalcodontiades [illegible] dicti: perinde ut Abantes, ab Abante patre: hunc Amphitryon occidit bello, quod Teleboae cum Thebanis gessere, ut Pausanias in Boeoticis autor est. Alter Abas Argivus fuit, filius Lyncei, ejus, qui fuit Aegypti. Hic Acrisium genuit, cujus filia Danaë fuit, ex qua Perseus natus, de quo [illegible] accipiunt Commentatores. Micyll. Hoc distichon Perseus & Tenes intelligendi. Prior Abantiades dictus, ut & lib. iv. Metamorph. ab Abante proavo materno, Acrisii patre, qui cum ab oraculo responsum [illegible], se occisum iri a nepote, qui ex filia Danaë nasceretur, nepotem Perseum & filiam in arcula inclusos in mare projecit, ut scribunt Hyginus fab. 63. Apollodorus lib. ii. Apollonii Scholiastes lib. iv. num. 63. Tzetzes in Lycophronem, [illegible] ad Iliad. xiv. Zenobius in [illegible]. Similiter & Tenes, sive Tennes, Cygni filius, Philonomae novercae vim intulisse [illegible], una cum Hemithea sorore in [illegible] inclusus, & in mare abjectus est. Author Heraclides Ponticus & [illegible] Tenedum. Lycophron in Cassandra, Pausanias in Phocicis, Homeri Scholiastes Iliad. α. Sunt qui pro *Cygneius Heros* legunt, *Lyrnesius Heros*, per quem Telephus intelligatur, qui Lyrnessum urbem sub ditione habuit: nam & illum una cum Auge matre ab Aleo avo in arca impositum, & in mare abjectum prodit Strabo lib. xiii. ex Euripide. Salvagn.

465. Lyrnesius heros.] Quod si *Cygneius* legatur, & Tenes, unde Tenedos insula dicta, arcae à patre inclusus intelligatur. De Tene autem & Securi Tenedia plura alias. Egnatius. *Lyrnesius* a Domitio emendatur, quod non displicet. Sed quia in aliis codicibus *Cygneius* legitur, te monitum volo, *Cygneius* etiam posse emendari, ut intelligatur Tenes Cygni filius, a patre in arca clausus, dejectus in mare. quam fabulam in fine sexti bibliotheces Diodorus enarrat. & Zenobius sub compendio tangit. Si vero de Perseo & Telepho vel Tene intelligis, non *caesus*, sed *clausus* legi debet. Const. Fan. Lyrnesus una ex undecim Trojanis civitatibus fuit, quam Achilles cepit, occiso ibi Minete, & abducta Briseide illius uxore, ut Homerus Iliad. β. & Iliad. τ. Hanc sub imperio Telephi aliquando fuisse, eoque *Lyrnesium heroem* a poëta hic dici, Commentatores volunt. Sed hoc quia alibi aperte, ita nusquam traditur. alii pro *Lyrnesio*, *Cygneium* legunt, ut de Tene intelligatur, Cygni filio, à quo Tenedos postea appellata fuit. Quanquam ipsa verba neutrius sane historiae satis conveniunt, quando de utroque dicitur, *Caesus in aequoreas praecipitatus aquas.* Unde & hoc corrigentes quidam, legunt *Clausus* pro *caesus*. Vide annotationes Egnatii, & Constantii Fanensis. Poterat autem idem hic locus etiam de Chalcodonte & Minete accipi, quando caesorum mentio fit: nisi repugnaret, quod illos nusquam legimus in mare abjectos fuisse. Micyll. *Cygneius* cum Sarraviano. multi, *Ligneius* & *Leneius*. pro *Caesus* etiam *Clausus* reponendum. Perseus enim & Tenes arcae inclusi fuerunt, cum in mare praecipitabantur. Nos plura de hoc loco notis uberioribus in medium proferemus. Heins.

467. Victima vel Phoebo.] Theodotus Poëta fuit, qui cum liberius in Maesarchum Regem scripsisset, ab eo crudeliter in Apollinis aede caesus est. Alii dicunt, Tyrrhenos, cum cepissent Liparium castrum, fortissimum illorum de castro Phoebo mactasse, unde Gallus:

Theudotus in bello Phoebo datur hostia, quamvis
Nequaquam sit homo victima grata Deo.

Interpres. Infulsum plane distichon, falso itidem adscriptum Gallo. ego *sacras aras* interpretor sceleftas & execrandas, quomodo Virgilio dicitur, *auri sacra fames*, Horatio *sacer nepotibus cruor*, Catullo, *sacer libellus*. Recte vero *Theudotus*, pro *Theodotus* editiones quaedam habent. Sic enim *Theudosius* passim Claudianus & Sidonius, ut & vetus inscriptio Constantinopoli supra portam Auream:

Haec loca Theudosius decorat post fata Tyranni,
Aurea saecla gerit, qui portam construit auro.

Quod

Aut te devoveat certis Abdera diebus,
Saxaque devotum grandine plura petant.

Aut

Quod non tantum metri causa scribebant, sed quia Latinis frequens erat o in u mutatio, sic *Laumonte*, pro *Laomedonte* apud vetustissimum Poëtam Livium, *Laumedon* pro *Laomedon*, *Laudice* pro *Laodice* apud Justinum. *Laucoon* pro *Laocoon* apud Petronium. *Boudicea* pro *Boodicea* apud Tacitum. Verum quis ille sit Theodotus Apollini mactatus, hercle nescio. Quod enim vetus Interpres de Theodoto quodam Poëta recitat, qui cum liberius in Mnesarchum Regem scripsisset, ab eodem crudeliter in aede Apollinis caesus sit, cras credam, hodie nihil. Quare Domitius in hunc modum: *Quidquid ab aliis hoc loco traditum est, nondum comperi. Illud unum invenio Theodotum Bactrianorum Regem ab Arsace Rege Parthorum fuisse mactatum.* Sed nae lepidus est Domitius, qui figmentum aliorum professus ipse verba dare non erubescit. Vellem enim locum indicasset, ubi se legisse ait, Theodotum ab Arsace mactatum. Siquidem Justinus Trogi mutilator haec tantum de Theodoto illo retulit lib. xli. *Eodem tempore etiam Theodotum* (is Straboni Διόδοτος) *mille urbium Bactrianarum Praefectus defecit, Regemque se appellari jussit. Quod exemplum secuti totius Orientis populi a Macedonibus defecere. Erat eo tempore Arsaces vir, sicut incertae originis, ita virtutis expertae. Hic solitus latrociniis & rapto vivere, accepta opinione Seleucum à Gallis in Asia victum, solutus Regis metu cum praedonum manu Parthos ingressus Praefectum eorum Andragoram oppressit, sublatoque eo imperium gentis invasit. Non magno deinde post tempore, Hircanorum quoque regnum occupavit. Atque ita duarum civitatum imperio praeditus grandem exercitum parat metu Seleuci & Theodoti, Bactrianorum Regis. Sed cito morte Theodoti metu liberatus cum filio ejus, & ipso Theodoto*, (id est, qui patri cognominis erat, quod Valerius Andreas non intellexit) *foedus ac pacem fecit.* Hactenus Justinus, qui Theodotum ab Arsace mactatum sine dubio non tacuisset, si res ita se haberet. Quamobrem amplius quaerendum. Salvagn. Varii *Theodoti* quidem memorantur, sed de quo hic locus intelligendus, vix apparet. Bactrianorum Regem hic intelligi non posse recte Salvagnius docet, & tamen non rejecit hoc Vir doctissimus Fabricius in Bibl. Graeca. lib. ii. cap. xix. pag. 659. ubi Delrionem refutat, qui de Theodoto, a Mnesarcho occiso, fabulam adoptaverat. Idem tamen Vir doctus lib. v. cap. 34. pag. 273. ex Salvagnio rectius sentire videtur. quo loco etiam varios Theodotos videre licet enumeratos. Itaque alii quaerendi. *Theodotum* quendam ab Hieronymo, Hieronis filio, crudelissimis tormentis, enectum memorat Livius xxiv. Sed nihil est, unde in Apollinis templo occisum efficere liceat. *Theodotum Cassandrensem*, qui Apollodori in gratiam satellites ipsi dandos esse censebat, refert Polyaen. Strateg. vi. 7. qui potuit postea ab hoc saevo Tyranno mactatus esse. quod verosimile facit cum inaudita ejus crudelitas, tum singulare saevitiae exemplum; nam narratur in Excerptis Peirescianis Polybii pag. 265. cum adolescentem per Sacrificii speciem evocatum, immolasse, & concisi viscera & sanguinem conjuratis dedisse edenda & potanda. Forte etiam *Theodotus Chius*, quo auctore Pompejum magnum interfectum scribit Plutarch. in Pompejo circa finem, posset intelligi. Hic enim postea a Bruto in Asia apprehensus, & occisus fuit & potuit ille ad Apollinis aras (res enim acta in Lycia Pataris, ubi Apollinis celeberrimum templum) ut victima manibus Pompejanis esse mactatus. fateor, si hic intelligatur, non recte *saevum hostem* vocari Brutum, qui justissimas a scelesto homine poenas exegit. sed potuit hoc Augusti in gratiam fecisse, cui laudes Bruti gratae esse non poterant. Si quis alium poterit *Theodotum* reperire, facile hos omnes abjiciam. *Theudotum* vero pro *Theodotum* sollemni more dixit, ut in aliis vocabulis jam notavit Scaliger in Festum in *Alumento*. sic *Theudosius* Claudiano i. in Rufin. 51. ubi vide Claverium. Burm.

469. Aut te devoveat.] Abdera, urbs est, in qua certis diebus victima humana pro salute populi immolatur. Interpres. Papinianus interpres in x. Theb. hunc morem humana hostia civitatem lustrandi a Gallis emanasse testatur: apud eos enim de egentissimis quidam praemiis conducebatur, ut se ad hoc venderet, qui toto anno publico sumptu purioribus cibis alebatur, ac certo & sollemni die per totam ductus civitatem extra eam in pomoerio saxis a populo occidebatur. Const. Fan. Abderitis in Thracia pro more fuit quotannis primo quoque die hominem pro incolumitate sua devovere, eique lapidibus obruto, omnia mala urbi impendentia imprecari, ut exponit vetus interpres, quod alibi non memini me legere. Equidem stolidos fuisse testatur Martialis hoc versu, lib. x. Epigr. 25.

Abderitanae pectora plebis habes.

Sic & Ephesii mendico sene lapidibus obruto civitatem suam gravi pestilentia laborantem Apollonii Thianei monitu expiarunt, ut Philostratus & Eusebius memoriae prodiderunt. Graeci καθάρματα vocant, teste Aristophanis Scholiaste in Plutum. Videndus praeterea de hoc loco Andreas Alciatus Parergon Juris lib. ix. cap. 22. De Abderitis hoc non legi, sed multis aliis populis usitatem fuisse ex iis, quae viri docti ad ultimum Petronii caput,

ubi

Aut Jovis infesti telo feriare trisulco,
Ut satus Hipponoo, Dosithoesque pater,
Ut soror Autonoës, ut cui matertera Maia est,
Ut temere optatos qui male rexit equos.

475 Ut

Ut ferus Aeolides, ut sanguine cretus eodem,
Quo genita est, liquidis quae caret Arctos aquis.
Ut Macedo rapidis icta est cum conjuge flammis,
Sic, precor, aetherii vindicis igne cadas.

Prae-

[illegible] Massiliensibus idem narratur, adnotarunt, [illegible]. vid. & Herodot. VII. 197. & quae de Al[illegible] narrat Strabo lib. XI. multa etiam collegit [illegible] Ferdinandus de Cordoua in Didascalia multiplici cap. XVIII. ubi hunc Ovidii locum citans *Abderas Thessalas* civitatem facit: pro *certis diebus*, [illegible] Peraviam. Sed hoc Glossatori reddendum. vid. ad II. Amor. XIII. 17. ubi videtur Heinsius significare & hic *festis* quosdam codices habere, quod non repperi. BURM.

471. *Aut Jovis infesti.*] Capaneus, à Jove fulminatus. Item Atrax Thessalus, qui, cum filiam Dosithoen à Jove compressam dimisisset, fulmine ictus est. INTERPRES. Diximus Bellerophontem antea Hipponoum appellatum, ut melius & hic, *Hipponoo*, qualiscumque hic sit. [illegible]. Lege, *infesti*. CONST. FAN. Capaneum intellige, qui in oppugnatione Thebarum fulmine praecipitatus fuit, propter arrogantiam; [illegible Greek] ut inquit Aeschylus, in Septem Theb. Hic autem Hipponoi filius dictus à Pausania in Boeoticis, cujus verba sunt haec: [illegible Greek] &c. Item in Commentariis Pindari, Ode 9. ubi & genealogia ejusdem recensetur hoc modo: [illegible Greek]. Et apud Hyginum in Catalogo ducum, qui filium Hipponoi ex Astynome Talai filia, Adrasti sorore, dicit [illegible]. Hisce octo versibus enumerantur totidem fulmine percussi. Primus est Capaneus Hipponoi filius, quem in oppugnatione Thebarum Jovis igne conflagrasse produnt Euripides Phoenissis, Aeschylus in [illegible], Diodorus lib. V. Pausanias in Boeoticis, qui & Hipponoi filium dicit, Hyginus in catalogo Ducum, Philostratus aliique multi. Hinc Papinius librum XI. Thebaidos sic ordiatur:

Postquam magnanimus furias virtutis iniquae
Consumpsit Capaneus, expirantique receptum
Fulmen, & ad terras longe comitata cadentem
Signavit muros ultricis semita flammae.

Ab ipso primum scalarum oppugnationem inventam scribit Vegetius lib. IV. cap. 21. his verbis: *Sed per scalas vitantur frequenter periculum sustinent, exemplo Capanei, a quo primum scalarum oppugnatio perhibetur inventa, qui tanta vi occisus est à Thebanis, ut extinctus fulmine diceretur.* Qua vero de causa Jovi attributum sit fulmen, docet Plinius lib. 2. cap. 20. *Latet plerumque magna coeli affectatione compertum principibus doctrinae viris, superiorum trium siderum ignes esse, qui decidui ad terras fulminum nomen habeant, sed maxime ex iis medio loco siti, fortassis, quia contagium nimii humoris ex superiore circulo, atque ardoris ex subjecto per hunc modum egerat, ideoque dictum Jovem fulmina jaculari.* Quam verè non est hujus loci dispicere. Nec vero praetermittendum diurna fulmina Jovi tributa fuisse, nocturna Summano, ut notant Festus, Plinius lib. II. cap. 52. S. Augustinus lib. IX. cap. 23. de Civitate Dei, cujus verba sunt: *Romani veteres nescio quem Summanum, cui nocturna fulmina tribuebant, coluerunt magis quam Jovem, ad quem diurna fulmina pertinerent.* Provorsum autem fulmen dicebant, quod incertum erat, noctu an interdiu factum esset. SALVAGN. *Hipponi* legunt Alciatus & alii. vide Valerii notas.

471. *Infesti.*] *Infensi* unus Gallicus codex, ut toties *iratus* Jupiter dictus. sed nihil tamen muto. I. Trist. I. 82.

Me reor infesto, cum tonat, igne peti.

BURM.

472. *Dosithoesque pater.*] *Thesiphilesque* pater. Atrax Thessaliae rex, pater Hippocratiae (*Hippodamiae*) quam Pirithous duxit uxorem, primus apud Atracas artem magicam docuit, unde Atracia scientia magica est appellata. ideo Statius, *Atracia rubet arte labor.* is igitur cum filiam ejus Jupiter compressisset Thesiphilen, quae etiam Thyon est appellata, unde Aristarchus *Thyades* sacrificantes Bacchodictas ait, & ab Orpheo Myse nuncupata, & ob eam causam à se rejecisset, Jovis ictus fulmine obiit. ut Lactantius & vetus interpres scribunt. ZAROT. Atracis & alii meminerunt, & Stephanus de Urbibus, qui filium Penei fui. dicit, ex Bura nympha: ab eoque Atraciam urbem Thessaliae appellatam. Sed de *Dosithoe* (sive ut Zarottus legit, *Thesiphile*) praeterquam quae hic citantur, alias nihil reperio. Fulmine autem periisse traduntur, praeter eosquorum mentionem Ovidius hic facit, cum alii complures, tum & Aesculapius, eo quod Hippolytum in vitam revocasset medicandi arte, & Erechtheus Atheniensium rex, in bello contra Eumolpum & Thraces, Neptuni impulsu, ut Hyginus annotat. Item Orpheus, quorundam sententia, quod sacrorum arcana evulgasset, ut Pausanias in Boeoticis & Laertius tradidere. De hoc enim & Epigramma illud extat: Θρήικα χρυσολύρην τῇδ' Ὀρφέα Μοῦσαι ἔθαψαν, Ὃν κτάνεν ὑψιμέδων Ζεὺς ψολόεντι βέλει. Quae eo hic subjicio, ut lectori amplius cogitandi occasio praebeatur. MICYLL. Vetus Interpres Atracem Thessalum intelligit, qui cum filiam Dosithoën sive Thesiphilen, ut Zarottus legit, à Jove compressam dimisisset, fulmine ictus sit. Alium Authorem desidero. SALVAGN.

473. *Ut soror Autonoes.*] Id est, Semele. *Ut cui matertera Maia est*, id est, Teucer, qui fuit filius Electrae sororis Maiae, à Jove fulminatus. *Et temere optatos*, id est, Phaëton. INTERPRES. Haec est Semele Bacchi Mater, Autonoës & Inus soror ex parentibus Cadmo & Hermione. Illi Jovis compressu gravidae etiam ad pariendum vicinae, Juno, quae sibi illam disperdendam decreverat, in anum conversa, persuaserat, ut à Jove, per Stygiam paludem jurato, complexus eosdem peteret, quibus ipse Junonem beare soleret. Itaque Jupiter, qui ei pollicitus erat se quidquid illa peteret concessurum, invitus ad ipsam fulmineis manubiis armatus accessit, statimque Semele fulminis vim non sustinens, in cinerem conversa est. Fabula notissima ex Ovidio lib. III. Metamorph. SALVAGN. In Mss. legitur, *Desitoes, Dexitoes, Dosiodes, Theophiles, Dexiroes, Dexitheos* &c. nomina ignorabilia *Dexitheam* Minois uxorem memorat Apollodor. lib. III. Bibl. §. 2. Sed quis ejus pater fuerit non addit. Atracis filiam Damasippen, Cassandri Thracii regis uxorem vocat Plutarch de Fluvin. in *Hebro.* BURM.

473. *Ut cui matertera Maia est.*] Alii alios hoc loco, ego Jasionem Electrae & Jovis filium, Dardani fratrem intelligo, qui quod Cererem violasset, fulmine ictus traditur, ut Comment. Apollonii, ex Hellanico & Idomeneo autoribus annotat. Fuit autem Electra Atlantis filia, soror Majae. MICYLL. Jasion Jovis & Electrae filius, cujus Maia matertera, cum ipsa & Electra sorores fuerint ex Atlante. Illum à Jove percussum fulmine, quod cum Cerere consuesset, author est Homerus libro quinto Odyss. Diodorus Siculus, Hyginus, Tzetzes in Lycophronem. XI. 29. Scribit autem Apollonii Scholiastes in libro primo Argonaut. ℣. 916. ex Hellanico & Idomeneo Jasionem fulmine ictum, quod imagini Cereris injuriam fecisset. SALVAGN. Vid. de Jasione ad IX. Met. 422. adde Conon. Narrat. XX.

474. *Ut temere optatos.*] Phaëton nimirum, cujus fabulam adducit Cicero lib. III. de Officiis, ubi docet non esse servanda promissa, quae nihil conducunt quibus promiseris. *Sol, ait, Phaëtonti se facturum esse dixit quidquid optasset. Optavit ut in currum patris tolleretur. Sublatus est, atque insanus antequam constitit ictu fulminis conflagravit. Quanto melius fuerat in hoc promissum patris non esse servatum.* Fuse Naso lib. II. Metamorph. Sunt qui putant fabulosam illam aurigationem à Graecis ex historiae Heliae IV. Regum cap. 2. desumptam, ubi ille curru igneo in Coelum raptus narratur. Nec abludunt nomina Ἠλίας Ἥλιος. Tertullianus à Pentapolis incendio, de quo in Genesi, natam existimat. Alii aliter. SALVAGN.

475. *Ut ferus Aeolides.*] Salmoneus filius Aeoli. *Ut sanguine natus eodem.* Id est, Lycaon, qui genuit Calistonem à Jove compressam. INTERPRES. Salmoneus Aeoli filius, quod super aereo ponte currus agitaret, quibus Jovem fulminantem imitaretur, ab ipso fulmine percussus est. Authores Virgilius lib. VI. Aeneid. Manilius lib. V. Astronom. Valerius Flaccus lib. I. Argonaut. Claudianus in Epigrammatis, Joannes Tzetzes chiliad. VII. Histor. 107. Hinc Adagium, *Salmoneus alter*, de quo Paroemiographi. Ferus autem à Nasone dicitur, quod superbia & impietate subditorum odia sibi conflarit, teste Diodoro Siculo. SALVAGN.

475. *Ut nati sanguine eodem.*] Qui libelli hujus interpretationem primi susceperunt, nescio quid de Ismeneo Lycaonis filio comminiscuntur, qui cum Deos floccifaceret, fulmine percussus interiit. Sanctius de ipso Lycaone interpretatur. Valerio haeret aqua, ut ipse fatetur his verbis: *Equidem certe de hoc afferre nihil possum, auctoritate omni destitutus.* Ego hanc libri San Victoriani lectionem sequor, *ut nati sanguine eodem*, qua liberos Lycaonis intelligo. Eos enim partim in lupos conversos, partim fulmine percussos, author est Hecataeus Milesius lib. II. Genealogiarum, idemque tradunt Hyginus fab. 176. Suidas in Λυκάων, Tzetzes in Lycophronem, pag. 83. Germanicus Caesar in Aratum, Apollodorus autem lib. III. Biblioth. ipsum etiam Lycaona cum liberis, praeter Nyctimum, natu minimum, fulmine conflagrasse dicit. Horum soror fuit Callisto in Ursam mutata & in Coelum translata, quam liquidis aquis carere dicit Ovidius, propterea quod Sidus illud nunquam occidit ob poli elevationem cui vicinum est, ideoque sub horisontem, seu finitorem nunquam labitur, quod ad fabulam traduxit Ovidius lib. II. Metamorph. Hinc Virgilius *Oceani metuentes aequore tingi.* SALVAGN. *Sanguine cretus eodem* tres scripti. HEINS.

477. *Ut Macedo rapidis.*] Nicander dicit Mace-

[illegible]

Praedaque sis illis, quibus est Latonia Delos
Ante diem, rapto non adeunda Thaso.
Quique verecundae speculantem labra Dianae;
Quique Crotopiaden diripuere Linon.

Ne-

[illegible] Dunatis cum leonibus fusse. Harum hospitio Jupiter susceptus, cum Tiselonios, quorum Sic Dunro Princeps erat, corrumpentes venerit succensis omnium fructuum, fulmine interfectus, servatus est. Sed Macelo cum vino propinaret, periit. Ad alias vero servatas cum venisset Minos, cum Desithone concubuit, ex qua natus Eufantinus, unde Eufantine fuerunt. Interpres. *Macelo*, quae & *Macedonia* dicta fuit, nata Iasione Jove & Thya Deucalionis filia, ut autor est Stephanus. Const. Fan. *Macelo*, legendum puto nominativo casu, ut sit foemininum. Nam *Macedo* viri nomen est, Jovis & Thyae, qui qui fuit Deucalionis, filii, à quo Macedonia nomen. Quanquam equidem, quae nam haec Macelo fuerit, & quomodo perierit, nihil omnino legi. Micyll. Vetus interpret pro *Macelo*, legit *Mecelo*, quod sic enarrat: *Nicander* [illegible] *Macelo* fuit. Idem alio ponens auctorem. Salvagn. *Macelo illa est regulo Sarmat. ut Macedon* [illegible] *alter*, Petavianus alter, & unus Heinsii, *Macelo illa est regulo primi* editio. *Macelo regulo* [illegible] Moreti, ut *Macelo illa est* [illegible] Regis [illegible] corrupit. nec *Macelo* mu[illegible], quae cum Petaviano & Heinsiano *illius* [illegible], *redditi*, *redditi Illacum conjuge*, [illegible] *Macelo* Lycaonis filia, qui ruinae pa[illegible] domus [illegible] fuit cum conjuge. Hujus [illegible] meminiit Stephanus in Oropo. & Tzetz. Chiliad. iv. ℣. 332. qui filium Lycaonis & patrem [illegible] fecit. Ille Lycaon an idem sit, qui Arcadiae Rex [illegible]. Pelasgi ille filius dicitur, atque Justin. vii. dicit Macedonia fuisse popolum Pelasgum. & Tzetzes Lycaona Emathiae regem facit. Sed haec conjecturae. Burm.

470. *Praedaque sis illis.*] Sacerdos Apollinis Delphici fuit, ut quem cum venisset per noctem Thasii, à canibus laniatus est, unde nullus canis Delon accedit, autore Callimacho. Interpres. Micyllus veteres interpretes de Thaso. Idem enim refert Hyginus, ut notavimus in Commentariis nostris. Salvagn. *Thasus*, sive ut alii, *Thasus*, Anii Sacerdotis filius fuit, de quo apud Hyginum [illegible] legitur. *A canibus consumpti sunt, Aetaeon Aristaei filius, Thasus Delo, Anii sacerdotis Apollinis filius, ne in Delo nullus canis est, etc.* Micyll. Nonnulli pertinaxit, qui à canibus discerpti sunt. De Thaso sic Hyginus fab. 247. cui Lemnia. *Qui à canibus consumpti sunt. Aetaeon Aristaei filius &c.* Ex Hyginus quidem solus hunc locum sic esse putat, nemine praeter eum historiam prodente. Quamvis enim Strabo scribat lib. x. nefas esse canes in Delo alere, de Thaso ne verbum quidem. Salvagn. Quidam *Thaso. Thasius* Hygino est fab. CCXLVII. mox *Linon* pro *Linum* tres scripti. Heins. *Thasus* quis fuerit ignoro, & *Thaso* jam vindicavit Jac. Nic. Loënsi, Misc. Epiph. x. 3. *Thasus* vero dicitur Agenoris filius, Cadmi frater, conditor insulae Thasi. vid. Conon. narrat. XXXVII. & Stephan. in Θάσος. ubi & Telephassa, mater Europae, dicitur obiisse, quae in Mss. vocatur Τελέφη, quod an melius sit inde dubitari posset, quia Harpocrat. in Τελεφὴς dicit, Calaepsum Thasi & Telephes filiam; quae Telephe forte etiam Agenoris filia, nomen a matre potuit habere. nihil vero obstat, quod Noster hic in *Thaso* primam corripiat, cum Stephano Θάσος dicatur. nam & Θάσος prima brevi Eustath. Perieg. ℣. 522. Ὀγυγίη τε Θάσος. ubi Eustath. Thasum facit Neptuni filium, sed & *Phoenicem* vocat, qui cum aliis Europam ut quaerent, eo venerunt & confederunt. In Hygino vero *Thasus* legitur. quo nomine filius Aglaophontis memoratur Hesychio in Θάσος. Burm.

471. *Quique verecundae.*] Actaeon. Interpres. Actaeon Aristaei & Autonoës filius, quod Dianam se lavantem nudam vidisset in cervum mutatus, & à propriis canibus laceratus est. Fabulam copiose pertractat Ovidius lib. III. Metamorph. Nonnus libro quinto Dionysiac. Diodorus Siculus libro IV. Pausanias in Boeoticis, Hyginus fab. 180. & 171. Palaephatus περὶ ἀπίστων. Fulgentius lib. III. Mytholog. qui duo postremi rem ἀλληγορικῶς exponunt. Salvagn.

472. *Membra Dianae.*] *Labra* citat recte, ut est in scriptis, Heins. ad IV. Fast. 761. de labris vid. Phil. à Turre de Diis Aquilej. p. 323. Burm.

473. *Quique Crotopiaden.*] Linum nepotem Crotopi, filium Phamathes & Phoebi, à canibus dilaceratum tangit, quod dicit Statius. Interpres. Crotopum octavum fuisse Argivorum regem Eusebius decimo Praeparationis Evangelicae tradit. Const. Fan. De hoc Lino Apollinis & Phamathes filio, Crotopi nepote, Pausaniam vide in fine Atticorum, & in Corinthiacis. De altero Amphinari, ejus qui fuit Neptuni & Uraniae, filio, qui ab Apolline fugitis confixus fuit, eo quod se illi arte Musices comparasset: & de tertio hujus filio, quem Hercules adhuc puer interfecisse dicitur, idem Pausanias in Boeoticis. Micyll. Hic est Linus ille, quem cum Phamathe Crotopi Argivorum Regis filia ex occulto Apollinis concubitu peperisset, & Regii pecoris custodibus ob metum patris clam educandum tradidisset, negligentia pastorum à canibus dilaceratum refert Pausanias in Atticis:

——— Viridis nam caespite terrae
Projectum temere, & patulo caelum ore trahentem
Dira canum rabies morsu depasta cruento
Discidit.

ut canit Statius, qui luculenter historiam prosequitur lib. I. Thebaidos. Memini autem me legere Linum appellatum, quod antiquâ Argivorum linguâ, Linus spurium significat. Ad eandem historiam pertinet versus 575. cum tribus sequentibus. Salvagn. Illustravit hoc idem doctissimus Loënsis x Misc. Epiph. 3. adde Conon. Narrat. XIX.

Neve venenato levius feriaris ab angue,
Quam senis Oeagri Calliopesque nurus;
Quam puer Hypsipyles: quam qui cava primus acutâ
Cuspide suspecti robora fixit equi.

Neve

483. *Neve venenato.*] Eurydicen, uxorem Orphei, ab angue percussam, tangit. Interpres. Eurydice uxor Orphei, quae morsu serpentis interiit, ut late prosequitur Virgilius lib. IV. Georgic. Ovidius ipse lib. x. Metamorph. Joannes Tzetzes chil. II. Histor. 54. ἀλληγορικῶς. Fulgentius lib. III. Mytholog. Nurum dixit Oeagri & Calliopes, quorum filius Orpheus Apollonio teste lib. I. Argonaut. Apollodoro lib. I. Pausanias in Boeoticis, & aliis passim. Salvagn.

485. *Quam puer Hypsipyles.*] Archemorum tangit, filium Lycurgi, quem nutrivit Hypsipyle, à serpente interfectum, quod dicit Statius. Interpres. Fuit is Ophelites Lycurgi filius, Archemorus postea dictus, quem parum diligenter ab Hypsipyle nutrice custoditum coluber interemit, ut narrant Apollodorus lib. III. Hyginus fab. 74. Pausanias in Corinthiacis, & fuse Papinius lib. V. Thebaid. in ejus honorem ludi Nemei instituti. Salvagn.

486. *Cuspide suspecti.*] Laocoon Trojanus Sacerdos primus percussit equum Palladis, quem Graeci construxerant, & à serpentibus dilaniatus est, dum sacrificaret Diis in Tenedo insula juxta Trojam. Interpr. Laocoon Apollinis Sacerdos, qui quod primus equum durateum Palladi sacrum ferro violare ausus esset, à duobus serpentibus è Tenedo advenientibus, una cum filiis Antiphante & Thymbraeo, devoratus est. Unde Virgilius lib. II. Aeneid. quo Nasonem respexisse non dubito.

——— Scelus expendisse merentem
Laocoonta ferunt, sacrum qui cuspide robur
Laeserit, & tergo sceleratam intorserit hastam.

Narrant item Petronius in Satyrico, Calaber κεραλεκτρυόνος, qui serpentes Porcen & Charibaeam nominat. Lycophron solius Porcae meminit. Salvag.

487. *Neve gradus.*] Elpenor nimium potus de tecto cecidit. Interpr. Elpenor unus sociorum Ulyssis, cum apud Circen ad ebrietatem usque bibisset, de scalis lapsus fractis cervicibus extinctus est. Ex Homero Odyss. κ. & λ. Quod & Ovidius tetigit lib. XIV. Metamorph. & Eleg. 4. lib. III. Trist. quo loco debilem umbram Elpenoris dicit à scalarum lapsu in his:

At miser Elpenor, tecto delapsus ab alto,
Occurrit domino debilis umbra suo.

Salvag. *Cautior* Moreti. & unus Heinsii.

489. *Tamque cadat.*] Dryops populus, cum Thiodamante Rege ab Hercule profligatus. Interpr. Herculem ferunt, cum aliquando Dryopum regionem, quae est juxta Parnassum, peragraret, & maxima inedia premeretur, forte in Regem Thiodamantem bobus terram arantem incidisse, & modicum ab illo cibum petiisse, quod cum ille denegasset, Herculem unum de bobus aratoribus corripuisse, eumque adeo integre devorasse, ut ne quidem ossa superfuerint. Qua injuria permotum Thiodamantem Dryopas ad arma vocasse, quibus profligatis Hercules ipsum Thiodamantem occiderit. Ex Apollonio lib. I. Argonaut. ℣. 1212. ejusque Scholiaste. Obiter meminit Callimachus Hymno in Dianam, ℣. 161. Apollodorus lib. II. Ab hoc deinde gulose facinore Hercules *Buphagus*, *Pamphagus*, *Addephagus* est appellatus, de quibus cognomentis L. Gyraldus Syntagmate 10. Salvagn. Vide Serv. ad Virg. Aeneid. IV. 146. & Nonnii Expositionem Historiarum a Nazianzeno in prima invectiva in Julianum memoratarum n. 41. p. 141. Edit. Montacutianae. Thyodamanta, ut Noster *inhumanum* ita *agrestem* hominem Lindium vocat Ammian. Marc. lib. XXII. 12. ubi vide Commentat. quidam codices hic vitiose, *Therodamanta*, vel *Theodamanta* habent. sed de Therodamante supra ℣. 385. egit. pro *juvit* etiam plurimi, *vidit*: & prima editio, *ludit inhumane*. Burm.

491. *Quam senis.*] Cacum tangit ab Hercule interfectum, propter vaccas, quas ei furatus erat. Interpr. Historiam Caci prosequitur Livius lib. I. in hunc modum: *Herculem in ea loca memorant, ac prope Tiberim fluvium, qua prae se armentum agens*

Neve gradus adeas Elpenore cautius altos:
Vimque feras vini, quo tulit ille modo.
Tamque cadas domitus, quam quisquis ad arma vocantem
Juvit inhumanum Thiodamanta Dryops.
Quam ferus ipse suo perit mactatus in antro
Proditus inclusae Cacus ab ore bovis.
Quam qui dona tulit, Lernaeo tincta veneno,
Euboicasque suo sanguine tinxit aquas.
Vel de praecipiti venias in Tartara saxo,

Ut

aguas mando trajecerat loco herboso, ut quinto & sabulo latere reficeret boves, & ipsum fessum via protulisse. Ei cum eum cibo vinoque gravatum saepe oppressisset, pastor accola ejus loci, nomine Cacus, ferox viribus, captus pulcritudine boum, cum avertere eam praedam vellet, quia se agendo armentum in speluncam compulisset, ipsa vestigia quaerentem dominum ab deductura erant, aversos boves extimis quibusque pulcritudine, caudis in speluncam traxit. Herculis ad primam Auroram somno excitus, cum gregem perlustrasset oculis, & partem abesse numero sensisset, pergit ad proximam speluncam, si forte ea vestigia ferrent, quae ubi omnia foras versa vidit, nec in partem aliam ferre, confusus atque incertus animi ex loco insolito agere porro armentum coepit. Inde cum octoo boves quaedam ad desiderium, ut fit, reditiorum mugissent, reddita inclusarum ex spelunca boum vox Herculem convertit, quem cum eadem ad speluncam Cacus vi prohibere conatus esset, illius clava, fidem pastorum nequaquam invocans, mortem ecbibit. Eadem narrat Dionysius Halicarnassensis lib. I. Ἀγγελικῶν. Justinus lib. XLIV. Solinus, Joannes Tzetzes chiliade V. Historia 21. & graphice Virgilius lib. VIII. Aeneid. Ovidius ipse lib. I. Fastor. Propertius lib. IV. Eleg. 10. qui Caco tribuit, quod erat Geryonis, triplicem tria ora, dubium morene poëtica an confichone personarum. Aurelius Victor lib. de facundiis Romanorum. Allegorice vero Fulgentius lib. II. & Joannes Gerundensis lib. I. Paralipomenon Hispaniae, cujus verba referre non piguerit: *Cacus in Hispania a Carpetanis, sub nova Carthagine Toletum usque & Tarraconam & Oscam imperavit, & nomen monti indidit, quem hodie montem Cacum vulgus appellat, efficiumque ipsi ut terribili facie ac dira conversatione & aspero cultu facinoris appellaretur. Sic autem primus omnium dicitur invenisse ignem ex diverso compositum pulvere, quo lapides iactabat in alium modo laeti inculto, quo nos bombardis utimur in hodiernum. Oscam condidit urbem, quam ejus incolae Oscari semisari appellabant. Hic Cacus fugatus ab Hercule, Geryone exstincto, in vindictam aspirans more patrio, qui ad vindictas ab omni aevo promptissimi fuerunt, intellecto recessu Herculis ab Hispania, illum usque in Italiam secutus, quum ad Tiburina ostia quaesisset ipsius Herculis boves rapuisset, comprehensus ab Hercule in spelunca, in qua latitabat, peremptus est, maximo igne evomito; propter quem fuxere Poëtae Vulcani filium.* Salvagn.

492. *Proditus inclusae.*] *Proditus* ex scripti Heins.

493. *Quam qui dona tulit.*] Lichas interfectus ab Hercule, atque in mare praecipitatus, quia dedit ei vestem Nessco tinctam sanguine. Interpres. sunt qui hujus viri nomen hoc modo scribunt, Λυχας, cum scribi sic debeat, *Lichas*. Quem Apollonii commentator in lib. I. ait, Hyli Herculis filii praedagogum fuisse. Const. Fan. Lycas lib. IX. Metamorphos. ubi quaedam ad hanc rem pertinentia notavi. Ciofan. Tangunturmodo qui praecipitio vitam finierunt. Lichas Herculis famulus ab ipso in mare Euboicum praecipitatus, quod ei sacrificaturo tunicam Nessi cruore tinctam attulisset, munus scilicet Deianirae mittere se philtrum ratae. Fabula nota, ex lib. IX. Metamorph. Hygino cap. 36. Seneca *Hercule Oetaeo.* Hacio Tzetz in Lycophronem. De hoc Deianirae dono, sic Horatius in Epod. Ode 3.

Nec munus humeris efficacis Herculis
Inarsit aestuosus.

Salvagn.

493. *Lerneo.*] *Nesso* omnes fere scripti, quod sciri potest. vid. ad Epist. IX. 163. & IX. Met. 153. Burm.

495. *Vel de praecipiti.*] Invidi Socratis post mortem ejus libros ipsius in ignem conjecerunt, quos quoniam quidam ejus amicus reservare voluit, ab iisdem invidis de saxo praecipitatus est. Interpres. O rem ridiculam, Cato, & jocosam! Non alius intelligendus, quam Cleombrotus, de quo videndus Commentarius noster. Cleombrotus Academicae sectae Philosophus, qui lecto Platonis de animae immortalitate libro, qui Phaedon inscribitur, è muro se in mare abjecit, ut Callimachus, Epigrammate, quod apud Sextum Philosophum cap. 5. adversus Mathematicos, & Antho-

logiae

Ut qui Socraticum de nece legit opus.
Ut qui Theseae fallacia vela carinae
Vidit: ut Iliacâ missus ab arce puer.
Ut teneri nutrix, eadem matertera, Bacchi:
Ut cui causa necis serra reperta fuit.
Lydia se scopulis ut virgo misit ab altis,
Dixerat invito quae mala verba deo.
Foeta tibi occurrat patrio popularis in arvo,
Sitque Phayllaeae causa leaena necis.

505 Qui-

logiae lib. III. legitur, Cicero lib. I. Tusculan. quaest. Lactantius Firmianus lib. VIII. cap. 18. S. Augustinus lib. I. de Civitate Dei, cap. 22. memoriae prodiderunt. Per *opus* vero *Socraticum*, cave putes aliquid à Socrate scriptum, sed intellige Platonis Phaedonem. Sic apud Horatium in Arte Poëtica:

Nem tibi Socraticae poterunt ostendere chartae.

Per Socraticas enim chartas non libri à Socrate scripti significantur, cum nihil ille scripserit, teste Arilide in prima Platonica pro Rhetorica. Sed à Platone, Æschine, Xenophonte, & caeteris ejus auditoribus, quos idem Flaccus Ode 29. lib. I. *Socraticam domum* vocat. Quas autem nomine Socratis Epistolas edidit Leo Allatius homo Graecus, supposititias esse non dubito. Salvagnius. hanc quoque historiam Nonnus in Synagoge habet n. 15. vide doctissimum Daviesium ad Cicer. I. Tusc. Disputat. cap 34.

497. *Ut qui Theseae.*] Tangit Aegeum patrem Thesei, qui se in mare praecipitavit. Interpres. Aegeus Athenarum Rex Thesei pater, quo regnante Minos Cretensium Rex bellum Atheniensibus intulit ob caedem Androgeo filii, legesque durissimas imposuit, ut scilicet quotanis septem juvenes nobiles in Cretam ad Minotaurum mitterentur, qui tribus annis sorte missi sunt, quarto autem sors obigit Theseo, qui magno patris dolore navem conscendit, & cum omnia navigii ornamenta nigra essent, habuit in mandatis à patre, ut si contingeret in agendis eum felicem fortiri exitum, rediens navi album poneret velum, amoto nigro, ut eminus eventum noscceret, Theseus Ariadnae consilio victor, mandatorum patris immemor, non amoto velo nigro redibat. Ægeus excelsa turri prospectans nigrum velum, quod proinde Naso fallax vocat, filium mortuum arbitratus ex turre se dejecit in mare, quod ab ipso vocatum est Aegeum. Ex Plutarcho in Theseo, Catullo de Nuptiis Pelei & Thetidos, & aliis. Verum Simonides apud eundem Plutarchum negat album velum ab Aegeo datum, sed puniceum, quod insigne esset incolumitatis Thesei. Salvagn. *Fallentia* Petavianus alter.

498. *Iliaca.*] Id est Astyanax filius Hectoris, qui in destructione Troiae ab Ulysse praecipitatus de turre est. Interpres. Astyanax, Hectoris & Andromachae filiolus, ab alta turri ab Ulixe praeceps datus. Vide que collegi lib. XIII. Metamorph. Ciofan. Astyanax Hectoris filius, quem pater Scamandrium à fluvio praetelabente nominare solitus erat, ab Ulysse praecipitio extinctus est, ne quis de stirpe Regia superesset, qui majorum injurias ulciscereturur, Ovidius ipse lib. XIII. Metamorph.

Mittitur Astyanax illis de turribus, unde
Pugnantem pro se, prouvitaque Regna tuentem,
Saepe videre patrem mensratum à matre solebat.

Ejusdem iterum mentio fiet versu 565. Salvagn.

499. *Ut teneri nutrix.*] Fabula de Ino uxore Athamantis nota est. Interpres. Ino Athamantis uxor, eademque Bacchi nutrix & matertera, cujus nimirum soror fuerit Semele Bacchi mater, viso Learcho filio, ab Athamante furente ad saxum allisso, sese cum altero filio Melicerta in mare praecipitem misit; Dea postmodum habita, quam Graeci Leucothcam, Latini Matutam vocant. Ex Ovidio lib IV. Metamorph. item lib. VI. Fastor. Apollodoro lib. III. Hygino fab. 11. Arilide in Isthmica, tomo I. Seneca in Oedipo, Nonno Dionysiacôn lib. VIII. Zenobio Proverbio Γυνὴ ἄχρη. Salvagn. *Eadem &*, vel *ac*, *matertera* nonnulli codices.

500. *Ut cui causa.*] Perdicem tangit, Daedali ex sorore nepotem, qui cum serram & circinum adinvenisset, ab avunculo Daedalo, invidia ducto, ex Arce Minervae praecipitatus est. Interpres. Hunc Pausanias & Diodorus *Talum*, Ovidius *Perdita* appellat. Const. Fan. Is fuit Perdix, quem Daedalus avunculus invidia ductus, quod ex consideratione spinae dorsi in piscibus serram ferream primus excogitasset, ex Arce Minervae praecipitem egit, in avem sibi cognominem à Minerva transformatum, ut canit Ovidius lib. VIII.

Quique Lycurgiden letavit, & arbore natum,

Id.

Metamorph. qui & Circinum ab eodem inventum refert. Verum Diodorus lib. iv. inventorem serrae non Perdicem vocat, sed Talum, Pausanias in Atticis, Calum, Joannes Tzetzes chil. i. histor. 19. Attalum. SALVAGN.

501. *Lydia se fecerit.*] Hec intelligitur, Ibici Lydi filia, quae cum Dianae auxilio vim Martis effugisset, contumeliose in ipsum invecta est, ex quo Mars commotus Ibicum morte affecit, illa prae dolore è scopulo se demisit. INTERPRES. Recte Janus Parrhasius, vir avorum nostrorum memoria doctissimus, lib. de Rebus per Epistolam Quaesitis, Epist. 47. Aglauron intelligit, unam è Cecropis filiabus, quae Mercurio ad Hersen sororem accedenti convicium fecit, eumque tectis excedere coegit. *Livida* vocatur, quod invidiae à Pallade immissae livore suffecta felicitate sororis Deo nuptiae cruciaretur, ut pulcre describitur ab Ovidio lib. ii. Metamorph. Hanc autem quod cistam, in qua Erichthonius abditus erat, contra Palladis mandatum resignasset, furiis agitatam sese cum Herse sorore ex Athenarum arce, quà maxime praeruptus locus erat, praecipitem misisse prodidit Apollodorus lib. iii. Bibliothecae, & Pausanias in Atticis. Sed Ovidius hoc loco totam rem in Aglauron contulit, quam libro laudato Metamorphoseon, in saxum à Mercurio mutatam canit. In ea vero parte rupis templum illi positum eandem scribit Herodotus lib. viii. Frustra vetus Interpres & alii eum secuti, pro *Livida* legunt *Lydia*, & fabulam de nescio quadam Ibici Lydi filia comminiscuntur. SALVAGN. *Lindia* sex scripti. deinde, *dixerat invisso* Sarrav. *invisso* quatuor. Heinsius in ora legebat, *invisa*.

502. *Dixerat invito.*] Lego, *invicto* (nam id epithetum Marti convenientissimum, qui deus est belli) vel *invisa*: id est ab ipsa odio habito. CONST. FAN.

503. *Fera tibi occurrat.*] Phalaecus Epirotes cum circumsideret urbem Ambraciam, venatum exivit, et leaenae catulum nactus, ab ea interfectus [illegible], authore Callimacho. INTERPRES. Phayllus Ambraciae Tyrannus fuit, quem obvia [illegible] leaena discerpsit. Quamobrem Ambracienses eam consecraverunt, ut libertatis suae vindicem. Author Aelianus lib. xii. de Animalibus. Sed mihi, [illegible], historiam fusiorem, quam nos alibi reperies, ex Antonino Liberali [illegible] Itaque sic in ille in Collectione Metamorphoseon. *Cum Phalaecus* (Graeca [illegible]), *Ambraciam tyrannide premeret, metuque [illegible] omnes detineret, Dianae venanti [illegible], quem cum is in manum sumpsisset, leaena mater à sylva erupit, & in Phalaecum impetu facto pectus ejus dilaniavit. Hoc [illegible] Dianam Propi-pem placarunt, venatricisque Dianae simulacro facto, feram ei apposuerunt.* Hinc dubium oritur, *Phalaecusne*, cum Liberali, an *Phayllus*, cum Aeliano, tyrannus hic dici debeat. Certe Janus Parrhasius Epistola 9. primus emendandum putavit *Phayllum* pro *Paphageo*, quod omnes editiones invaserat. Sequitur *patrio popularis in agro*, quod à nemine interpretum excussum esse demiror. Hic enim Ovidius patriam Ibidis subinde indicat, unde nos eo capite, quo Ibidis nomen investigavimus, eum ex Libya, aut ex vicina regione oriundum esse ostendimus. Etenim leonibus, quos *Ibidis populares* Naso vocat, adeo Libya scatet, ut quaedam civitates teste Diodoro Siculo lib. iii. Biblioth. cap. 3. leonum vi ex desertis locis adventantium desertae sint, nec sine causa Flaccus Ode 22. lib. i. ad Aristium Fuscum, Mauritaniam Libyae regionem *Leonum nutricem* appellavit, ubi de lupo, qui sibi in silva Sabina occurrerat, ita canit:

Quale portentum neque militaris
Daunia in latis alit esculetis,
Nec Jubae tellus generat, leonum
Arida nutrix.

SALVAGN. Lege *Phalaecus* ex Antonino Liberali Fab. iv. Parrhasius ex Aeliano *Phayllum* scribebat. HEINS. *Phaylli* cujusdam meminit Athen. viii. 4. helluonis piscium ex Alexi. *Phayllum* Phocensium tyrannum, fratrem Onomarchi, Harpocration in Φάϋλλος & Parthen. Erotic. cap. xxv. sed hunc lenta tabe extinctum narrat Diodor. Sic. lib. xvi. pag. 530. & *Phayllum* Crotoniatam, qui praeerat navi, quam bello Persico Crotoniatae miserant Graecis in auxilium, memorat Eustath. ad Dionys. Perieg. 569. pro *foeta* vero hic duo codices, *dira*. BURM.

405. *Quique Lycurgiden.*] Tangit Buten Lycurgi filium, quem ex arbore tractum aper laceravit. INTERPR. Treis hic intellexit Ovidius ab apris occisos, & primum quidem Ancaeum Lycurgi, & Antinoës filium, de quo sic Apollon. i. 163.

—— *Τρίτατός γε μὲν ἕσπετ' ἰοῦσιν*
Ἀγκαῖος, τὸν μέν ῥα πατὴρ Λυκόοργος ἔπεμπε.

Hic vero ab apro Calydonio in summo inguine percussus cecidit. Ovid. viii. 399. *Quaque est via proxima leto, Summa ferus geminos direxit ab inguine dentes; Concidit Ancaeus.* Alter vero est Adonis Cynarae ex Myrrha filia genitus, quem fabulantur intra corticem matris, jam in arborem Myrrham mutatae educatum & suo tempore inde emissum. nam Idmon Asteriae, & Apollinis proles apud Maryandinos ab apro necabatur, clarus praecipue vaticinio: hunc tamen morbo periisse prodit Balbus in quinto. Quid est autem quod *audacem*

Idmonaque audacem, te quoque rumpat aper.

Isque

cem Idmona vates ingeniosissimus appellat? an quod sciret in expeditione illa se moriturum, certae morti pro laude se exposuit: quod summae audaciae censetur opus? quod & Apollonius & Balbus noster ita in primo canit:

—— *Lacrymae cecidere canenti,*
Quod tibi jam clausos invenis in ignibus Argos.

Ancaeum dicit Lycurgi filium, quem ab apro interfectum fuisse memoriae tradunt. Seneca in Medea: *Stravit Ancaeum violentus ictu Setiger.* Sed advertendum est, quod duo fuerunt Ancaei, unus Lycurgi & Antinoes filius ex Arcadia, quem Statii Interpres quinto commentario Lycurgo & Salamine genitum dicit: alter Neptuni & Astypaleae, genere Samius, quem Apollon. ii Arg. & ejus interpres, testimonio Simonidis, post obitum Tiphys argi navis rectorem fuisse ostendunt. Nonnulli praeterea hunc, nonnulli illum volunt apri vulnere interemptum fuisse. Atque aprum alii Calydonium, alii ab eo diversum existimant. lege collectanea nostra primae hecatostys capite xv. CONST. FAN. Hunc locum Codrus explicat in i. Sermonum, & post eum Egnatius, & Fanensis in Annotationibus. Intelligitur autem Ancaeus Lycurgi & Antinoes filius, Arcas, de quo Pausanias in Arcadicis ita scribit: *Μετὰ δὲ Ἀλέου τελευτήσαντα, Λυκοῦργος ὁ Ἀλεοῦ ὄντι βασιλείαν ἔσχε, γενομένων δὲ αὐτῷ παίδων Ἀγκαίου καὶ Ἐπόχου, τὸν μὲν νοσήσαντα ἐπιλαμβάνει τὸ χρεών. Ἀγκαῖος δὲ Ἰάσονί τε τοῦ πλοῦ μετέσχεν ἐς Κόλχους, καὶ ὕστερον ὁμοῦ Μελεάγρῳ τὸ ἐν Καλυδῶνι κατεργαζόμενος θηρίον, ἀπέθανεν ὑπὸ τοῦ ὑός*, &c. Illud obiter notandum quoque, in Aldinis legi, *letavit*, pro *laceravit*, à leto videlicet, quod mortem significat. MICYLL. Felicissime hunc locum ab aliis interpretibus non intellectum exponit doctissimus Egnatius. Superiorem versum ita, ut ego posui, legit & citat Eutychus, qui fuit Prisciani Grammaticorum principis auditor. In quibusdam libris male legitur, *litavit*. Ancaei Lycurgi filii, quem hic intelligit poëta noster, meminit etiam Apollodorus lib. i. his verbis: *Πύλος μὲν, καὶ Ἀγκαῖος, ὑπὸ τοῦ θηρὸς διεφθάρησαν. Pyleus, atque Ancaeus à bellua* (apro) *crudeliter vulnerati interierunt.* Et paullo supra: *Ἀγκαῖος, καὶ Κηφεὺς Λυκούργου ἐξ Ἀρκαδίας. Ancaeus, ac Cepheus Lycurgi ex Arcadia.* Hujus etiam Ancaei mentio est apud Senecam in Medea:

Stravit Ancaeum violentus ictu
Setiger. ——

Quem locum indicavit mihi vir ingenio, & eruditione singulari Vespasianus Pandolphus Aquilanus. Hyginus capite CCXLIIX. de iis qui ab apro percussi interierunt. Ubi ita est: *Adonis Cinyrae filius à Calydonio, Idmon Apollinis filius, qui extra metam exierat cum Argonautis apud Lycum Regem.* Quibus ex verbis habes, cur poëta noster Idmonem *audacem* vocaverit, quod hic quaeritat idem Egnatius. *Letavit* Leto dedit, interfecit. CIOFAN. Sequentibus sex versibus conglomerat historias eorum, qui ab apris interempti sunt. Per *Lycurgidem* non alius intelligendus, quam Ancaeus Lycurgi filius, ab apro Calydonio laceratus, de quo Naso noster lib. viii. Metamorph. Apollodorus lib. i. Pausanias in Arcadicis, Hyginus fab. 247. Seneca *Medea*, Philostratus junior in imaginibus, Apollonii Scholiastes ex Pherecyde in lib. i. Argonaut. ex quo natum proverbium:

Πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου.
Multa cadunt inter calicem supremaque labra.

Cujus quidem proverbii meminit Lycophron in Cassandra, Didymus ex Aristotele ad lib. xxii. Odyss. Apollonii Scholiastes. Quamquam Festus aliam originem refert. *Lethavit* pro interemit prisco verbo, sed minus usitato. Eutychus lib. ii. adduxit hunc Ovidii versum super verbo *Lethare*, cum isto lib. iii. Metamorph.

Ut nemus intravit lethataque corpora vidit.

Quo loco Pontanus hoc verbi nusquam lectum notavit. Sed ipso etiam Virgilius usus est in Culice, ubi de Achille:

Rursus acerba fremunt, Paris hunc quod lethat.

Illudque Barthius existimat restituendum apud Gratium in Cynegetico, versu 63. ubi de Heroïbus, qui ab apris, aut aliis feris armatis, perempti sunt, cum sola virtute illas aggressi essent. Sic enim Gratius, ex Barthii emendatione:

Nonne vides veterum quos prodit fabula rerum
Semideos; illi aggressus lethare superbos,
Tres feraeamatores ausae tractare Dearum,
Quam magna mercede.

Lethum à Graeca voce ductum scribit Varro cum ait: *Alterum apparet in funeribus indictivis, cum dicitur Ollus letho datus est, quod Graecus dicit λήθῃ, id est oblivioni:* nam, *ollus letho datus est*, veteres usurpabant pro, *ille mortem obiit.* Hinc Tullius lib. ii. de Legibus: *Deorum Manium jura sancta sunto. Hos letho datos Divos habento.* Priscianus deducit à verbo *leo*, pro quo nunc *deleo*. Alii à *luo*. SALVAGN. Scribe, *letavit & arbore natum* cum Jureti libro, aliisque nonnullis, atque ita citat Eutyches Grammaticus. *Letandi* verbo usus Noster Metam. iii. & Virgilius in Culice: *Paris hunc quoque letat.* Adonin autem intelligit. HEINS. De Ancaeo nos pluribus ad Valerii Flac-

ci

Isque vel exanimis faciat tibi vulnus: ut illi,
Ora super fixi quem cecidere suis.

Sive

d Argonautas egregius, in Catalogo Argonautarum.

505. *Ad arborem natum.* Corrige, *& arbore natum*, ut Colinus admonuit: Adonin enim intelligit, à Myrrha in arborem mutata lucem editum, quod ut Mantum his verbis declaratur:

At nato conscrus sub robore crescerat infans,
Quem matrem vidam, quia se genitrice relicta
Exercet, media gravidam tumet arbore venator.

Et paulo post:

Arbor agit vimen: et fusso cortice vivum
Infelix mater; vagitus pueri.

Const. Fas. *Arbore natum*, Adonin intellige. Is enim ex Myrrhain arborem conversa natus traditur. Cujus fabulae & Fulgentius meminit in Mythologicis. Fuit autem & hic ab apro percussus in venatione, cujus fabulae & Apollonius meminit in Praecursoribus. Micyll. Adonin Myrrhae filium ab apro interfectum author Ovidius ipse, lib. 7. Metamorph. Lycophrone in Cassandra, Theocrito Idyllio notissimo, Luciano in Dea Syria, sive Dionte invidia, ut voluit Apollodorus lib. 111. sive Martem odio, ut canit Bion Idyllio 2, sive denique zelotypia Martis irati in aprum mutati, ut ferunt Apollonius Progymn. Author γενεσιακῶν lib. 11. Nonnus Dionysiacon lib. 41. Julius Firmicus de Errore profanarum Religionum. Arbore vero natus Adonis dicitur, Myrrha matrem arborem sui nominis conversa. Tetes idem Nasone citato, Lycophron, Antoninus Liberalis, Plutarchus in Parall. Plinius lib. XII. cap. 13. Salvagn.

506. *Idmonaque audacem.* Idmon Vates, unus Argonautarum, ab apro discerptus est, cum tamen se in ea expeditione periturum scivisset, quamobrem audax appellatur. Interpres. Hic Idmon Abantis Coronii filia & Apollinis genitus fuit, ut Pherecydes teste Apollonii commentario Scholiastae, quem Asclepiadis & Tisaeni Calchantis patrem fuisse. Const. Fas. Idmon Vates, unus ex Argonautis, qui apud Maryandinos ab apro percussus interiit. Author Apollonius lib. 11. Argonaut. Hygiinus cap. 247. Audacem dicit, quia cum Vates esset, utique sciret se in expeditione Colchica periturum, nihilominus expeditionem non detrectavit. Hinc Seneca Medea:

Idmonem quamvis bona fata nossent.

Et vero Vatem fuisse nomen indicat, unde Ausonius:

Idmonem quod vatem, medicum quod Iasona dicunt
Defendas artes nomine praecaimus.

Quin etiam Virgilius, ut Grammatici notant, *audacem* plerumque dicit, quotiès aliquem frustra nitentem inducit, sic enim de Pallante lib. VIII.

——— *audax quos rumpere Pallas*
Sacra vetat.

Et lib. IX. de Turno:

Iriis de caelo missi Saturnia Juno
Audacem ad Turnum.

Item lib. XII. de Juturna, quae Turno fratri ensem frustra restituerat:

Quod Venus audaci Nymphae indignata licere,
Ire quoque rumpit aper.

Rumpere & *frangere* frequenter usurpatum pro interimere, Turnebus observavit Adversariorum lib. XXIV. cap. 21. & lib. XXVIII. cap. 31. sic enim Martialis lib. I. Epigramm. 50.

Leporemque forti calidum rumpit equo.

Ex lib. XII. Epigr. 14.

Saepius est Equitem rumpere quam leporem.

Ex cujus verbi notione ductum mihi videtur acumen Epigrammatis 99. lib. IX. quod ita claudit Martialis:

Rumpitur invidia quod amamur, quodque probamur,
Rumpatur, quisquis rumpitur invidia.

Alioquin non difficile Epigrammatis acumen, nisi Virgilianum illud in animo habuerit, *rumpantur ut ilia Codro.* Sic & Valerius Flaccus, lib. II. Argonauticon, verbo *frangere* eadem significatione usus est:

Ille, velut refugi quem contigit improba Mauri
Lantea, sanguineus vasto Leo murmure fertur,
Frangit & absentem vatum sub dentibus hostem.

Ut & Solinus cap. 20. *Apud hos populos nati canes omnibus feris antegrediuntur, frangunt tauros, leones perimunt.* Salvagn. *Audacem* vocat, quia in aprum ire non dubitabat, etsi se periturum sciret. Ita Adonidi Venus apud Ovid. X. Met. 544.

In audaces non est audacia tuta.

De *Idmone* vide Catalogum Argonautarum. Burm.

507. *Isque vel exanimis.* In Andragathia regione venator quidam nomine Thoas, insolenter locutus in Dianam, capite immanis apri, quod in pinu suspenderat, cadente est interemptus. Interpres. In Adragathia regione venator erat, qui pedes & capita ferarum, quas ceperat, Dianae dicata arboribus affigere solebat. Sed enim cum forte aprum ingentem protraxisset, neglecta Dea, se caput duntaxat dicaturum dixit, tum eo arbori affixo sub eadem meridiani aestus vitandi causa quiescens in somnum incidit: Ecce vero caput aprinum ligaculis sua sponte dissolutis decidens

Sive idem simili pinus quem morte peremit:
510 Phryx & venator sis Berecynthiades.

Si

dens, venatorem dormientem perimit, ut iisdem propemodum verbis, sed Graecis, memoriae prodidit Diodorus Siculus lib. IV. cap. 2. Bibliothecae. Idque jam viderat vetus Interpres, qui Thoanti nomen illi fuisse refert. Hinc autem venatoribus moris fuisse conjicimus, ut Dianae partem praedae pollicerentur, ac finita venatione caput, aut exuvias arboribus appenderent, velut testantur Xenophon & Arrianus in Cynegeticis, & Aristophanis Scholiastes in Pluto his verbis: Εἴς τὸ τοὺς θηρᾶσας τινὰ ἄγραν, μέρος τι τοῦ θηρεύματος, κεφαλὴν, ἢ πόδα προσηλοῦν πανάλω ἐπὶ δένδρου εἰς ἀνάθημα τῶν ὕλων τῇδε τῇ τιμῇ τῆς Ἀρτέμιδος. *Consuetudo fuit venatoribus partem praedae, vel caput vel pedem, affigere clavo in quadam arbore in hac ipsa silva in honorem Dianae.* Hinc Virgilius Eclogo 7.

Saepe caput hoc apri tibi Delia parvus
Et ramosa Mycon vivacis cornua cervi.

Salvagn.

508. *Ora super fixi.* Rectius in aliis impressis & Mss. *Ora super fixi.* Ciofan.

509. *Atque idem simili &c. Venator Phrygia.* Atis in Berecyntho monte, ubi Cybeles sacra fiebant, cum venaretur, lassitudine oppressus, sub pinu somnum capiens, pinei pomi casu obrutus est. Interpres. Ita quidem plerique codices habent, cum tamen nomen *Phrygia*, sive nominativo sive ablativo casu donatur, merito suspectum esse debebat. Nam si de venatore Phrygio aliquo accipiendum, legendum *Phrygius*, vel *Phrygiae* certe, fuerit. Exponunt autem commentatores hunc locum de Aty. quod si vere fit, de alio, quam de eo qui à Cybele amatus fuit, intelligendum videtur. Illum enim & Nicandri interpres, & Pausan. in Achaicis, ab apro percussum, interiisse tradunt. Diodorus autem etiam jussu patris Cybeles, quam ipse impraegnarat, occisum dicit. Itaque & hic amplius quaerendum. Fuit autem & alius Atys, Croesi filius, qui & ipse in venatione apri periit, sed ab Adrasto comite, per errorem, dum aprum petit, hasta transfixus. de quo Herod. lib. I. Sed hoc nihil ad rem praesentem. Micyll. Non dubium, quin Attis Calai Phrygis filius, à Berecynthia Dea sive Cybele adamatus, intelligi debeat, nam & illum ab apro discerptum scribunt Hermesianax Elegorum Scriptor. Pausanias in Achaicis, Nicandri Scholiastes initio Alexipharmacon. Verum prior versus omnino depravatus est. Quis enim sensus elici potest ex his verbis: *Simili pinus quem morte peremit.* Vetus Interpres ait, Attin in Berecyntho monte à venatione lassum obdormivisse, atque arboris illius pomis interiisse. Ineptias: An scribendum ex conjectura Sanctii, *Atque idem simili vivus quem morte peremit.* Ut τὸ *vivus* opponatur *exanimis*, quod est in priore distichо. An pro *peremit* corrigendum, *redemit.* Attis enim in arborem pinum conversus fingitur ab Ovidio lib. 101. Metamorph. his versibus:

Et succinctae comas hirsutaque vertice pinus,
Grata Deûm matri, siquidem Cybelius Attis
Exuit hac hominem, truncoque induvit illo.

Quasi dicatur pinus Attim redemisse à morte, qui hodieque vivat in ea arbore. Frigida certe omnia, ut ingenue fateat, suspectum ideo mihi de spurio distichon. Salvagn. Non constant sibi codices. plerique:

Frigida venator sis Berecynthiades,

Vel *Frigia*, vel *Frixia.* forte, *Phryx tu venator sis Berecynthiades.* Nam interpretes ad Attin Berecynthium a Cybele amatum referunt, quem ab apro occisum Hermesianax aliique adseverent. vide tamen, ne Naso intellexerit de Aty filio Croesi Lydorum regis, quem Adrastus Midae filius imprudens inter venandum, dum aprum insectatur, jaculo confodit. Diodorus Siculus in Excerptis Valesianis p. 239. Οὗτος Ἀδράστος τὸν Φρύγα τὸν τοῦ βασιλέως Κρόισου τοῦ Λυδίου υἱὸν πρὸς κυνηγέσιον ἀναπείσας, ἐξαπατήσας, καταστὰς, ἀστοχαλούμενον, πλήξας ἀπέκτεινεν. Ut scribendum videatur:

Phryx venator Atys ut Berecyntiades.

Phryx venator Adrastus, qui postea ad Atyos tumulum se interemit ipsum, teste eodem Diodoro. ad eam certe historiam Naso videtur allusisse. rem omnem operose persecutus est Herodotus libro I. praecedentem versum refer ad casum nucis pinaeae, ut Naso fortasse nobis reliquerit:

Idaea, aut simili pinu quem morte peremit.

Ob arboris enim pinaeae frequentiam *pinifera* Ida poetis passim dicitur. Heins. Aliquis hic quaerendus, qui casu arboris pinus est occisus, diversus ab Aty, ad quem pentameter pertinet: *simili* enim *morte* dixit, quia, ut ille venator prior casu suis periit, sic alter arboris ruina oppressus. De Aty etiam exposuit Alcjat. Parerg. VI. 2. Antiquus quidam Scholiastes, cujus specimen in paucos versus transmisit mihi ex Anglia, flos juvenum Batavorum J.P. Dorville, cum jam huc usque fere operae in Ibide excudenda processissent, memorat hic Archonta quemdam venatorem, qui insolenter locutus in Dianam, eadem morte periit, qua Thoas. sed quis nugacibus illis commentatoribus credat? forte nomen proprium latet in illis, *sive idem*, vel *atque idem simili.* pro *peremit* vero in uno Regio erat, *peregit*, forte rectius: vid. ad Val. Flac. I. 146. Burm.

Si tua contigerit Minôas puppis arenas,
Te Corcyreum Cresia turba putet.
Lapfuramque domum fubeas, ut fanguis Aleuae,

Stel-

511. *Si tua contigerit.*] Cretenses Minois offa ex Sicilia referentes Corcyram venerant, quos Corcyrei vexaverunt, & offa quae ferebant fparserunt. Quare quicunque Corcyrei Cretam veniebant, occidebantur. INTERPRES. Rege Minoe, ut fuperius expofuimus, à Cocalo in Sicilia interempto, ejus Cretenses offa in patriam transportarunt, ac tempeftate in Corcyram infulam venerunt, qui male à Corcyreis tractati, quoscunque eorum in Cretam venientium in vindictam occiderunt. Si vero legas *Corcyreum*, oppidum in Sicilia Corcyreum, ubi male habiti funt Cretenses, qui deinde, ut meritas redderent vices, in Creta inventi necabantur, ut vetus eft autor interpres. ZAROT. *Corcyreum* recte puto legi. Nam locus Siciliae, ubi Minos & Cretenses à Cocalo & ejus filiabus male accepti fuere, *Camicus* ab autoribus dicitur, ut in Comm. Pind. 4. Nem. Bellum autem Corcyreum cum Cretensibus fuiffe aliquando, etiam ex Pyrrho Plutarchi patet. Et Talum, ferreum cuftodem Cretae, Medeae incantationibus, quae nuper ex Corcyra venerat, interfectum, Apollon. tradit lib. IV. quod & ipfum odium aliquod inter hos infulares generaffe, videri poffet. MICYLL. Vetus Interpres in hunc locum, *Cretenfes* &c. Corcyra Infula Homero dicta *Scheria* Phaeacum fedes, Callimacho *Drepane*, aliis etiam *Macris*, hodie *Corfu*. SALVAGN. *Puppis Minoidas undas* SARRAV. forte recte. *Minoas puppis ad undas* duo alii. *turba petat* olim editi & quatuor fcripti. *Crefia* etiam melius, quam *Creffia* fcribi cenfet doctiffimus Emmeneffius ad Vir. IV. Aeneid. 70. Graecis enim Κρῆσσα; vide Stephanum in Κρήτη.

513. *Lapfuramque domum.*] Alcidice Aleuae Larifsei filia domus ruina cum Lycoride viro obruta eft. INTERPRES. Videtur poeta hiftoriam Simonidae fignificare voluiffe, cujus meminere Suidas & Valerius Max. lib. I. cap. 8. de Miraculis. & Cicero item lib. II. de Oratore cap. 86. hujus verba funt haec: *Dicunt enim cum coenaret Cranone in Theffalia Simonides apud Scopam, fortunatum hominem, & nobilem, cecinissetque id carmen, quod in eum fcripfiffet, in quo multa ornandi caufa poetarum more in Caftorem fcripta & Pollucem fuiffent, nimis illum fordide Simonidi dixiffe, fe dimidium ejus, ei quod pactus effet, pro illo carmine daturum: reliquum à fuis Tyndaridis, quos aeque laudaffet, peteret, fi ei videretur. Paulo poft ferunt effe nunciatum Simonidi, ut prodiret: juvenes ftare ad januam duos quosdam, qui eum magnopere evocarent. furrexiffe illum ipfum, prodiffe, vidiffe neminem. Hoc interim fpatio conclave illud, ubi epularetur Scopas, concidiffe; ea ruina ipfum oppreffum cum fuis interiiffe*, &c. Fuit enim Scopas Aleuae fanguis, hoc eft, ex illius progenie, Creontis & Echecratiae filius, ut interpres Theocriti tradit. Per *ftellam* ergo Caftorem & Pollucem, qui Geminorum fidus conftituunt, intelligo: per *Lycoridem* autem virum, Simonidem. tametfi hujus appellationis certam rationem non habeam, cum patrem Simonidis apud Suidam quidem, *Theoprepem*, apud ceteros autem *Ariftrepem* vocari fciam, ut in Epigrammate de novem Lyricis:

Ἠδ' ὁ Σιμωνίδεω Κεῖου δωριστὶ λαλεῦντες
Τὸν παῖδ' ἀνέσης ἔσω Λεωπρέπεος.

Itaque cum multi hoc nomine fuerint, dubito; utrum uni nomen pro altero pofitum fit. Nam & Suidas alterum Simonidem Antiochi res geftas fcripfiffe, alterum Lyricum fuiffe dicit: cum tamen eidem, & de Scopa fcripta, & de Antiocho, Theocritus affignare videatur. Aut certe *Lycoridae* nomen aliundequam à parente tractatum. MICYLL. Per *Aleuae fanguinem*, Scopas Theffalus, per *virum Leoprepida* Simonides Ceus, per *Stellam* Caftor & Pollux intelligendi. Hiftoria petenda ex Cicerone lib. II. de Oratore: *Dicunt enim cum coenaret Cranone &c.* Eadem narrat Valerius Maximus lib. I. cap. 9. Scopas autem dictus *Aleuae fanguis*, five quod Creontis & Echecratiae filius effet ex Aleuae progenie, ut Theocriti Scholiaftes author eft, five quod Theffali omnes dicti *Aleuadae* ab Aleua eorum Rege, ut fupra diximus ad verfum 325. Simonides Leoprepei filius, ut ipfemet fcripfit, & à Suida traditur. Hinc Leoprepides appellatus ex conjectura Jofephi Scaligeri in Aufonianis lectionibus lib. II. cap. 30. Pleraeque tamen editiones habent *Stella Lycoritae*, quaedam *Lycoridae*, quam lectionem tuentur & exponunt Andreas Alciatus lib. VI. cap. 21. Parergon juris. Adrianus Turnebus lib. IX. cap. 21. Adverfariorum, Andreas Schottus lib. II. cap. 32. Obfervationum humanarum. *Proculdubio*, inquit Turnebus, *de Simonide locus eft explicandus, quem Lycoridem virum, ut opinor, vocat, ut & Meliceum Poëtam & Apollinium. Nam ut Amphryfia Vates Sibylla dicitur, quia ad Amphryfum paverat pecus Apollo, quidni & ab Apolline, qui Λυκωρεὺς vocatur, ut apud Callimachum Λυκώρειος ἔνθεν Φοῖβον, Lycorides dicatur. Fortaffe etiam à Lycoreo, qui Delphis vicum condidit, genus ducebat, quod & verius puto.* Notum vero cur appellatione Stellae Caftor & Pollux fignificantur. Sic apud Horatium lib. I. Ode 3.

Sic te Diva potens Cypri,
Sic fratres Helenae lucida fidera:
Ventorumque regat pater.

Et Ode 12.

Dicam & Alciden, puerosque Ledae,
Hunc equis, illum fuperare pugnis
Nobilem, quorum fimul alba nautis
Stella refulfit,
Defluit faxis, &c.

Haec enim ftella nautis amica & Salutaris eft, periculumque abeffe fignificat. Caeterum notatu dignum eft, quod ait Strabo lib. I. veteres longiora mari terraque feciffe itinera, quam pofteros, ideoque Caftorem & Pollucem maris procuratores, ac navigantium fervatores effe dictos, quod longiffime latiffimeque navigarint. SALVAGN.

514. *Stella Lycoridae.*] Recte *Leoprepidae* Scaliger in Aufonianis Lectionibus, infiftens veftigiis veterum exemplarium. Leoprepis filius Simonides: ita paffim auctores. HEINS. *Alebae* quidam fcripti. *Alebae Regis.* vide de Aleuis fupr. ad ℣. 325. & de hac Simonidis hiftoria Phaedr. lib. IV. fab. 24. & quae ibi viri docti adnotarunt. Leoprepes vero pater Simonidis memoratur ab Aeliano lib. IV. 14. unde firmatur Scaligeri correctio. Mff. *Leoridae*, *Lypparidae*, *Leoquoridae*, *Leotopidae*, *Leporidae* &c. cui fuit etiam SARRAV. BURM.

515. *Utque vel Euenus.*] Euenus in Lycormam, Tiberinus in Albulam demerfi funt, ex quo fluvii dicti funt, Euenus & Tiberinus. INTERPRES. De Eueno ita Plutarchus in Paralellis: *Euenus Martis & Steropes filius ex Alcippa Oenomai filia in uxorem ducta Marpiffam fufcepit filiam; quam virginem accurate fervabat. Caeterum Aphareus vifam ex choreae rapuit; pater autem infequens fugientem cum prendere non poffet, in Lycormam fe precipitavit, ut in primo rerum italicarum Dofitheus refert.* CONST. FAN. Fuit Euenus Martis filius, Aetoliae Rex, qui cum Idam Apharei filium Marpiffae filiae raptorem fruftra infecutus effet, prae dolore in Lycormam Aetoliae fluvium fe conjecit, qui ab eo dictus eft Euenus. Sic Apollodorus lib. I. Plutarchus in Parallelis, Hift. 40. Item libro de fluminibus, in Lycorma. Didymus in Euftathium Iliad. 9 SALVAGN. *Hebenus* multi fcripti. *Ebenus* tres. vid. Loenf. Mifcel. Epiph. II. 19.

515. *Torrenti flumine.*] Torrens eft fluvius vel coeleftibus aquis vel folutis nivibus auctus, qui ex montibus praeceps in campos, vel maria, vel flumina defertur. Ufurpatur nunc abfolute pro fluvio, nunc ἐπιθέτως, ut hoc loco, item apud Virgilium lib. II. Aeneid.

—— aut rapidus montano flumine torrens.

Stella Leoprepidae cum fuit aequa viro.
Utque vel Euenus torrenti flumine merfus
Nomina des rapidae, vel Tiberinus, aquae.

Afta-

Graecus χείμαῤῥος ποταμὸς, ut Homero 5. Iliad. Herodoto lib. III. Artemidoro lib. II. cap. 27. SALVAGN.

516. *Rapidae vel Tiberinus aquae.*] Tiberinus Albanorum Rex, qui in trajectu Albulae fubmerfus celebre ad pofteros nomen fluvio dedit. Authores T. Livius lib. I. Ovidius ipfe lib. II. Faftorum, Aurelius Victor in Origine Gentis Romanae, qui non *Tiberinum*, fed *Tiberium* ipfum nominat, ut & Euftathius in Dionyfium, pag. 50. editionis Stephaneae, & Ado Viennenfis in Chronicis aetate 4. longe aliae de Tiberis nomine rationes afferuntur à Virgilio, & ejus Interprete Servio, qui praeterea tradit ipfum in facris *Tiberinum*, in Coenolexia *Tiberim* nominari. SALVAGN.

517. *Hyrtacidaeque modo.*] Euryalum tangit, focium Nifi, filium Hyrtaci, quem Rutuli interfecerunt noctu, quemadmodum canit Virgilius. INTERP. Nugae, velut illa, quae fuperiore difticho de Alcidice Alevae filia dicta funt. *Aftacidaeque modo* legendum ex felici Francifci Sanctii conjectura, qui hoc distichon antea depravatiffimum nitori fuo reftituit. A qua lectione San-Victorianus Codex optimae notae non longe recedit. Nafonis enim mens effe videtur, ut Ibidis caput à fuo corpore foede truncato diffiffum, non fecus ac Menalippi corrodatur, quamvis à feris potius devorari deberet. Siquidem Tydeus Oenei Calidoniae Regis & Euryboeae, five Periboeae filius, in bello Thebano lethaliter à Menalippo vulneratus, caput ejus ad fe deferri juffit, quod cum tandem per quaeque pericula defectum Amphiaraus attuliffet, ille mordicus arripiens cervicibus non aliter, ac rabidus canis, dentes infixit. Authores Apollodorus lib. III. Bibliothecae, Sextus Empyricus Hypotypofeon Pyrrhoniarum, lib. III. Ovidius ipfe verfu 430. & Papinius lib. VIII. Thebaidos ℣. 718. unde Lycophron in Caffandra, Diomedem τοῦ κρατοβρῶτος filium vocat, Dofiades in Ara fecunda, filium τοῦ ἀνδροβοῦ, genitivo fcilicet Dorico, pro ἀνδροβρῶτος. Menalippum autem Aftaci filium effe teftatur Aefchylus Tragoedia de Thebis; Herodotus Terpficore. Hinc *Aftacides* Ovidio dictus, ut & Papinio libro citato Thebaidos, *Aftacides Menalippus erat.* SALVAGN. *Melanippum* vocat Pindarus Od. Nem. XI. 47. ubi Scholiaftes hiftoriam refert: quem & vide ad od. X. 12. *Melanippum* alium Thefei filium memorat Harpocration. Eadem diverfitas in *Menalippe* Amazone, quam alii *Melanippen* vocant. vid. Mahr. ad Val. Flac. IV. 138. & notas ad Gell. V. 11. *Aftacum* quemdam Neptuni & Olbiae Nymphae

R pha-

Aeacidaeque modo decisa cadavere trunco
Digna feris, homini sit caput esca tuum.
Quodque ferunt Brotean fecisse cupidine mortis,
Des tua succensae membra cremanda pyrae.

In-

[illegible] *Aeacidea* Crotoniatem celebrat Callimachus Epigram. xxiii. Burm.

519. *Digna cadavere.*] *Decisa* duo veteres, lege, *[illegible] cadavere trunco &c. Aeacidaeque modo* [illegible] codice, quod et alii viderunt. Heins. [illegible]

518. *Digna feris homini.*] *Digna feris* scripti [illegible] etiam probe [illegible]. & [illegible] meliores. Heins. *Hominis* [illegible]

519. *Quodque ferunt Brotheum.*] Brotheus Jovis filius à sua turpitudine nomen habuit, [illegible] non potuit; unde prae dolore, & quia se contemni videbat, in ardente pyra mori voluit. Interpres. Hic locus plane mihi chamaeleonte mutabilior videtur, adeo sibi non constat, aliterque subinde atque aliam interpretationem sumit: mirum enim quam varie à praestantissimis viris invertatur ac sollicitetur. Interpres *Brotheum Jovis filium* [illegible]. Domitius Calderinus, *Brotheum Vulcani & Minervae filium, propter deformitatem oris contemptum, se in pyram ardentem conjecisse. Alio nomine Erichthonius dicebatur ab Homero, ut scribit Eusebius.* Paria de Brotheo refert Natalis Comes Mythologiae lib. ii. cap. 6. Ambo [illegible] Auctore. Alciatus autem, vir acerrimo ingenio, lib. [illegible] cap. 4. Parergon juris, hoc [illegible] Ovidio demere non [illegible], & de Peregrino Pariano Philosopho, cognomento Proteo, capiendum contendit, qui [illegible] Olympiorum in pyram hac causa [illegible] [illegible] totius Graeciae conventu se [illegible], ut scribit Agellius in Noctibus lib. xxii. cap. xi. & Lucianus peculiari libello, quo dementiam ejus explodit, obiterque Tertullianus lib. ad Martyres. Ideo putat Alciatus, aliquem ejus temporis [illegible], Luciani exemplo, hominis memoriae [illegible], Ovidiano carmini in Ibin [illegible] distichon. Nam, quae Interpretes de Brotheo Vulcani & Minervae filio prodiderunt, inquit, nullis idoneis authoribus [illegible], apparetque ab eis id confictum impostorum [illegible], ut [illegible] eo in libro. Alciato [illegible] videtur. Paulus autem Leopardus in Miscellaneis lib. i. cap. 10. hos versus ad Axiotheam sive Brotheam refert, de cujus interitu, praeter Diodorum Siculum, Polyaenus lib. viii. Strategematum. Ita scribit, sed Graece: *Axiothea Nicoclis Regis uxor, magna militum multitudine [illegible] ab Ptolemaeo Aegypti Rege ad disturbandum Regnum, cum Nicocles vitam [illegible], sororesque ejus sibi ipsis mortem conscivissent, ipsa mortuorum virtutem aemulata est, sororesque earum ac matres uxoresque convocavit, & iis persuasit, ne quid genere indignum committerent. Illae persuasae, portis aulae muliebris januas concluserunt, recurrentesque ad tecta multitudine civium confluente, quos liberos in ulnis ferebant, interfecerunt, & igne tectis injecto, aliae gladiis se ipsas occiderunt, aliae confidenter in flammam insilientes perierunt, Axiothea vero ducem se in periculis optimam praestabat: cum enim videret omnes egregie jacere, tum & ipsa summisso gladio per caedem se in flammam conjecit, ut ne mortuo quidem corpore hostes potirentur.* In aliquibus exemplaribus pro *Axiothea*, legitur *Biothea*, unde nata Leopardi conjectura. Verum Janus Parrhasius Epist. 9. *Brotum* legit: nam *Brotus*, inquit, *indignus fuit ac terrae filius, ut scribit Evemerus, ut Hesiodus Aetheris & Aurorae. Natus hic erat immortalis, sed cum tantum lucis odium cepit, ut novo exemplo omnium primus vitam cum morte commutarit, unde Graecis βρότος mortalis ab eo dictus homo.* Idem in additamento ad eandem Epistolam, hanc historiam è Collectaneis historiarum refert. Βροτέας κυνηγὸς τὴν Ἄρτεμιν οὐκ ἐτίμα, ἔλεγε καλῶς οὐδ' ὑπὸ πυρὸς τι παθεῖν. Ἐμμανὴς δὲ γενόμενος ἐβάλεν ἐς πῦρ ἑαυτόν. *Proteus erat venator. Is nullo honore Dianam dignabatur, aususque dicere est nullam sibi noxam ab igne afferri posse. Itaque furore correptus in ardentem rogum praecipitem se misit, & periit.* Elige lector, fortassis enim, saepe jaciendo, Venerem jecimus. Salvagn. *Protean* unus Heinsii. *Brotean* plurimi. *Broteas* inter Tantali filios recensetur a Scholiast. Euripid. Orest. 5. & qui eum fere exscripsit ad verbum, Apostol. cent. xviii. Proverb. 7. Inter Lapithas etiam *Broteum* memorat Ovid. xii. Met. 262. sed de hujus Broteae morte & fatis nihil me novisse fateor. *Protean* Licinnae nutricis Alexandri filium & Avo cognominem memorat Athen. lib. iv. cap. i. [illegible] x. 9. & nomen illud Graecis plurimis fuit. pro *cremanda* in Petaviano erat, *tremanda*. Burm.

521. *Inclususque necem.*] Callisthenes historiae Alexandri Magni scriptor, ejus jussu cavea inclusus inedia periit. Interpres Non justum opus hoc scribimus, sed studiosis tantum & indoctis prodesse contendimus, atque ideo quanto brevius fieri potest, rem ipsam perstringimus. Domitius hoc in loco nescio quid de Choerillo, malo illo rerum Alexandri scriptore, confingit, nullo satis auctore certo, cum de Callisthene Philosopho & comite Alexandri sentiendum sit. Hic Aristotelis ex sorore nepos, dum ferre Regis insolentiam non posset,

pos-

Inclususque necem caveâ patiaris, ut ille
Non profecturae conditor historiae.
Utque repertori nocuit pugnacis Iämbi,
Sic sit in exitium lingua proterva tuum.

Ut.

posset, qui sibi Ammonem patrem assereret, in odium ejus incidens, tanquam conjurationis Macedoniae concitator inedia mori coactus est, caveae cum cane inclusus, & ad ludibrium diu gestatus. illi vero excellens ingenii vis, aut historiae a se conditae de Alexandri rebus monimenta parum profuere, Justino, Seneca, Curtio & aliis. Egnatius. Callisthenem innuit Philosophum patria Olynthium, rerum Alexandri magni scriptorem: quem Plutarchus in Alexandro Hyerone Aristotelis consobrina natum testatur, & in cavea cum cane clausum. Justinus veneno obiisse in xv Epitomarum scribit: ut caeteras transeam opiniones, quae ab eodem Plutarcho recensentur. lege Abstemii nostri libellum de locis obscuris, ubi is hunc Ovidii locum diligenter (ut caetera consuevit) enarrat. lege & Senecae primum controversiarum librum, ubi Callisthenem Alexandri magni etiam praeceptorem, & veram ejus mortis causam explicatam invenies. Const. Fan. De Callisthene intellige, rerum Alexandri magni scriptore, de quo Suidas: Καλλισθένης Δαμοτίμου, οἱ δὲ Καλλισθένης, Ὀλύνθιος, μαθητὴς Ἀριστοτέλους καὶ ἀνεψιός. ὃς ἠκολούθησεν Ἀλεξάνδρῳ τῷ Μακεδόνι ὃ δ' ἐν γαλεάγρᾳ σιδηρᾷ βαλὼν, ἀνεῖλεν, ἅμα Νεάρχῳ, τῷ Τραγικῷ, ὅτι αὐτῷ συνεβούλευε μὴ προσκυνεῖσθαι ὑπὸ Μακεδόνων καλεῖσθαι δεσπότης. τινὲς δὲ αὐτὸν ὡς ἐπιβουλεύσαντα Ἀλεξάνδρῳ ἀναιρεθῆναί φασιν, ἅμα Νεάρχῳ τῷ [illegible] [illegible] καὶ φθειριάσει τελευτῆσαι. καὶ φέρεται λόγος ὡς ὁ Καλλισθένης ὑπὸ φθειρῶν [illegible] ἑλκώσεως δὲ ἰσχυρᾶς τὸν βίον κατέστρεψε. Justinus autem addit, etiam canem una cum illo in cavea inclusum, truncatum antea crudeliter membris, abscissisque auribus ac naso illius. Vide lib. xv. Annotarunt autem de eodem Egnatius quoque, & Constant. Fanensis. Micyll. Recte Vetus Interpres, & post eum Parrhasius, Egnatius, Abstemius, explosa Domitii de Choerilo enarratione, Callisthenem Alexandri Magni Comitem, rerumque ab illo gestarum scriptorem intelligunt, de cujus morte varia produntur. Sic eam refert Justinus lib. xv. cap. 3. *Quippe cum Alexander Magnus Callisthenem Philosophum propter salutationis Persicae interpellatum morem, insidiarum, quae sibi paratae fuerant, conscium fuisse iratus finxisset, eumque truncatis crudeliter omnibus membris, abscissisque auribus ac naso, labiisque deforme ac miserandum spectaculum reddidisset. Insuper cum cane in cavea clausum, ad metum caeterorum circumferret. Tunc Lysimachus, audire Callisthenem, & praecepta virtutis ab eo accipere solitus, miseratus tanti viri non culpae, sed libertatis, poenas pendentis, venenum ei in remedia calamitatum dedit. Quod adeo aegre Alexander tulit, ut eum objici ferocissimo leoni juberet.* Diogenes Laërtius in vita Aristotelis, in cavea circumductum ad spectaculum, morboque pediculari correptum, ac demum leoni objectum scribit. Suidas etiam cavea inclusum una cum Nearcho, & phthiriasi absumptum. Quo etiam morbo periisse Plutarchus in Sulla prodidit. Seneca pater prima Suasoriâ praeceptorem Alexandri vocat, & lancea trajectum ait. Philostratus lib. vii. de vita Apollonii, interfectum à Macedonibus, quod ipsos vituperasset. Aristobulus apud Arrianum compedibus vinctum, ac postea morbo extinctum refert. Curtius lib. viii. tortum interiisse. Adeo Scriptores de Callisthenis nece dissentiunt: *Nullius autem caedes*, ait Curtius, *majorem apud Graecos Alexandro excitavit invidiam, quod praeditum optimis moribus artibusque, à quo revocatus ad vitam erat, cum interfecto Clito mori perseveraret, non tantum occiderit, sed etiam torserit, indicta quidem causa, quam crudelitatem sera poenitentia consecuta est.* Hinc Seneca lib. v. cap. 23. Naturalium Quaestionum, quo loco de terrae motibus ex sententia Callisthenis disputat: *Rara terrae natura est, multumque habens vacui, per has raritates spiritus fertur, qui ubi major influxit, nec emittitur, concutit terram. Haec placet & aliis, ut paulo ante retuli, causa. Si quid apud te profectura testium turba est. Hanc etiam Callisthenes probat non contemptus vir; fuit enim illi nobile ingenium, & furibundi Regis impatiens; hoc est Alexandri crimen aeternum, quod nulla virtus, nulla bellorum felicitas redimit: nam quoties quis dixerit, occidit Persarum multa millia, opponitur & Callisthenem; quoties dictum erit, occidit Darium, penes quem tunc magnum Regnum erat, opponitur & Callisthenem; quoties dictum erit, omnia Oceano tenus vicit, ipsum quoque tentavit novis classibus, & imperium ex angulo Thraciae usque ad Orientis terminos protulit, dicitur, sed Callisthenem occidit: omnia licet antiqua Ducum Regumque exempla transierit, ex his quae fecit, nihil tam magnum erit, quam scelus Callisthenis.* De Callisthenis autem historia Tullius ita scribit lib. ii. de Oratore: *A Philosophia profectus Princeps Xenophon Socraticus ille, post ab Aristotele Callisthenes, Comes Alexandri, scripsit historiam. Et hic quidem rhetorico pene more. Ille autem superior leniore quodam sono est usus.* Is Alexandrum, ut est apud Arrianum lib. iv. ejusque facta omnia, suis scriptis inferiora censebat, &

parum

Utque parum stabili qui carmine laesit Athenas,

In-

parum modeste scripserit. Existimarunt quidam Callisthenis [illegible] in Vaticana Bibliotheca Romae, in Regia Lutetiae, in Medicea Florentiae asservari. Sed haec [illegible], falsa, & suppositum est, fabulisque referta. SALVAGN. Menag. ad Laert. v. 5. citat, *non profuturae*, sive mendose, sive operarum lapsus sit. de Callisthene [illegible] Plura ad Plauti Mostell. III. II. 85. BURM.

523. *Utque repertori.*] Archilochus, jambici carminis inventor, cui maledicentia exitio fuit. INTERPRES. Non ego is sum, qui Domitii ingenium non probem, dignumque viri propositum non maxime admirer, qui, cum ea aetate esset (quartum enim et trigesimum vitae annum agens obiit) tot tantaque edidit, quot quantaque in hoc genere ad hanc diem nemo: in quibus si ille lapsus est interdum, ut facile omnes labimur, non tamen non dignitatem omnem laude & commendatione [illegible] praecipue, quae primus aut invenit, aut explicavit. Fuit ille, quod negare non possumus, aliquanto audacior, quod comparatam sibi auctoritatem, & gratiam multorum favore conciliatam retinere quavis ratione & arte contendit, ut multa etiam praecipitare coactus sit, quae si diutius vixisset, fortasse emendasset: ut hunc ipsum, de quo agimus, in quo loco partim brevior est, quam tanta res expostulabat: partim etiam quaedam, quae sustineri non possunt, interserit. Nam de Archilocho intelligi certum est, qui ex Paro insula jambici carminis autor apud Graecos celeberrimus, qui tanta carminis acerbitate in Lycamben socerum invectus est, ejusque filias, ut ad laquei nexum utrosque compulerit: sed quod solus maledicus sit, quod Domitius ait, non invenias: quin contra a Calonda quodam, cui Corax cognomentum fuit, in acie fortiter pugnans occiditur, quem Pythium oraculum prodere arguit, quod & Plin. lib. VII. prodidit, nec prius expiari a caede potuit, quam exculta caede, eaque in necessitatem rejecta, illi ad Taenarum parentasset, unde proverbium Graecis Ἀρχίλοχον πατεῖς in maledicos. Sed ad hunc locum meus haec ferunt, cum Ovid. non ejus caedem, sed id potius sensisse videatur, quod Lacedaemonii libros Archilochi e civitate sua asportari jusserint, quod eorum parum pudicam ac verecundam lectionem arbitrabantur plus moribus obesse, quam ingenio prodesse posse. Quod igitur ille domum sibi invisam maledictis infecerat, adeo ut nec sibi ipsi parceret, bene ab Ovidio dictus linguam habuisse in suum exitium promptam. ERASMUS. Plutarchus in Laconicis Apophthegmatibus: *Ἀρχίλοχον τὸν ποιητὴν*, inquit, *ἐν Λακεδαίμονι γενόμενον αὐτῆς ὥρας ἐδίωξαν, διότι ἐπέγνωσαν αὐτὸν πεποιηκότα, ὡς κρεῖττόν ἐστιν ἀποβαλεῖν τὰ ὅπλα, ἢ ἀποθανεῖν.* Ejus epigrammatis fragmentum partim apud eundem Plutarchum, eodemque loco, partim apud Aristophanem in Pace, tale ponitur:

Ἀσπίδι μὲν Σαΐων τις ἀγάλλεται, ἣν παρὰ θάμνῳ
Ἔντος ἀμώμητον κάλλιπον, οὐκ ἐθέλων.
Ψυχὴν δ' ἐξεσάωσα. ἀλλ' ἀσπὶς ἐκείνη
Ἐῤῥέτω, ἐξαῦθις κτήσομαι οὐ κακίω.

Valerius autem lib. VI. capite de Severitate, addit etiam libros ejusdem poetae Lacedaemonios è civitate sua exportari jussisse, quod eorum parum verecundam ac pudicam lectionem arbitrabantur. De morte Archilochi autem, & de Calonda, percussore ejus, tradit Suidas. Illud addendum quoque, esse, qui pro *exitio*, *exilium* legant: quoniam ob protervitatem linguae non occisus, sed urbe tantum ejectus fuerit Archilochus. Sed hujus rei judicium penes alios sit. MICYLL. Archilochus intelligendus Jambici carminis inventor, cui maledicentiam exitio fuisse docet Pindarus Od. β. Pyth. his verbis, ad quae Naso respectum habuisse videtur:

——— *ἐμὲ δὲ χρεὼν*
Φεύγειν δάκος ἀδινὸν κακαγοριᾶν.
Εἶδον γὰρ ἑκὰς ἐὼν τὰ πόλλ' ἐν ἀμαχανίᾳ
Ψογερὸν Ἀρχίλοχον βαρυλόγοις ἔχθεσιν πιαινόμενον.

Id est: *At me opus est fugere morsum tristem maledicentiam. Vidi enim, cum procul abessem, saepe famelicum inopem maledicum Archilochum, dum maledictis odiis pinguesceret.* Enimvero primum *Lacedaemonii libros Archilochi è civitate sua exportari jusserunt* (Verba sunt Valerii Maximi lib. VI. cap. 3. de Severitate) *quod eorum parum verecundam ac pudicam lectionem arbitrabantur: noluerunt enim ea liberorum suorum animos imbui, ne plus moribus noceret quam ingeniis prodesset. Itaque maximum Poëtam, aut certe summo proximum, quia domum sibi invisam obscoenis maledictis laceraverat, carminum exilio multarunt.* Eadem iisdem verbis refert Joannes Sarisberiensis lib. VIII. cap. 2 Policratici. Deinde vero ipsum Archilochum urbe sua ejecerunt, ob eam maxime causam, quod is in carmine quodam scripsisset, *ὡς κρεῖττον ἐστιν ἀποβαλεῖν τὰ ὅπλα, ἢ ἀποθανεῖν*· *Satius est abjicere arma, quam mori*, ut author est Plutarchus in Institutis Laconicis. Nota vero est illius maledicentia in Lycamben, Neobulen, Chidum & Periclen; unde nata proverbia, *Archilochi patria*, *Archilochia edicta*, *Archilochum teris*. Illudque de eo tradit Lucianus libro *περὶ Ἀποφράδος*, quod cum à quodam contumeliose appellatus esset, ita respon-

Invisus pereas, deficiente cibo.

Ut-

respondit, *τὸν τέττιγα πτεροῦ συνείληφας*, *Cicadam ala comprehendisti.* Quod autem Jambici carminis inventor fuerit, Horatius Epistola 9. lib. I. & libello de Arte Poëtica, ut & Vellejus Paterculus lib. I. diserte produnt. Nonnulli primum hunc Jambum fuisse scripserunt, *ἄνθρωπ' ἄπελθε τὴν σκάφην ἀνατρέπεις*, & à muliere lavante pannos dictum in Archilochum, quem etiam primum epodon excitasse Marius Victorinus ait. Fuit in illo summa vis elocutionis, cum validae tum breves vibrantesque sententiae, plurimum sanguinis ac nervorum, ita sentiente Quintiliano lib. X. Perperam Domitius & Andreas Alciatus lib. V. cap. 18. Parergôn Juris, hunc Ovidii locum exposuerunt. SALVAGN. *In exilium* Regius & Ms. Bersm. a quo non abhorret Valer. Andr. sed an aeque dicatur Latine, *lingua fit in exilium*, atque *in exitium* dubito. vide de Archilocho, & lingua ejus mala, quae neque de se male loqui abstinere poterat, Aelian. X. 13. & ibi commentarios. & Brodae. ad Anthol. II. cap. 47. pag. 252. BURM.

525. *Utque parum stabili.*] Maevius Poëta Athenienses carmine laceraverat, à quibus in carcerem conjectus inedia mori coactus est. INTERPRES. Vetus interpres, & ex eo Lilius Giraldus Dialogo IV. de Poëtarum historia, hoc distichon de Maevio exponunt, qui cum Athenas petulantissimo carmine proscidisset, ab Atheniensibus in vincula conjectus inedia mori coactus est. Domitius Aristophanem quendam fingit, qui cum laudes Athenarum ab Oratoribus editas, libris, qui *Panathenaici* inscribuntur, carmine infectaretur, inedia extinctus est publico decreto. Alciatus lib. V. cap. 18. Parergôn Juris, legendum *Athenin* & de Hipponacte intelligendum asserit, qui primus, inquit, Jambum claudicare fecit, & Scazonta in Bupalum & Athenin composuit, ut est apud Suidam, ut recte Ovidius *parum stabile*, id est, claudum carmen ei tribuit. Alciato subscribit Adrianus Turnebus Adversariorum lib. IX. cap. 25. *Videtur enim*, inquit, *de Hipponacte intelligi, qui claudicante & parum stabili versu, id est Scazonte, in Bupalum & Athenin invectus est Athenienses, quo in carmine ne Athenis quidem pepercerat. Quid tamen si, pro Athenas, Athenin legamus, quem ab eo probris incessitum accepimus. Ne hanc quidem lectionem improbarim, etsi alteram delere non ausim.* Sanctius & Valerius ipsis assentiuntur. Et ego lubens in eorum sententiam pedibus eo, quod verisimile sit Nasonem duos Jambici carminis inventores, eosdemque maledicos & obtrectatores, jungere voluisse, quemadmodum Horatius utrumque conjunxit Epod. 6. in his:

Qualis Lycambae spretus infido gener,
Aut acer hostis Bupalo.

Item Cicero lib. III. de Natura Deorum, cap. 38. *Neque enim quem Hipponactis Jambus laeserat, aut qui erat Archilochi versu vulneratus, à Deo immissum dolorem, non conceptum à seipso continebat*, &c. Hipponactem enim Scazontis authorem esse Dionysius Halicarnasseus lib. de Interpretatione, Clemens Alexandrinus Stromatum lib. I. Rufinus de Metris Comicis, tradunt, ut & Sulpitia Poëtria, Satyra de Reipublicae statu, his versibus:

Nec trimetro Jambo, nec qui pede fractus eodem
Fortiter irasci didicit duce Clazomenio.

Hipponacti notabilis foeditas vultus erat, ait Plinius lib. XXXVI. cap. 5. quamobrem imaginem ejus lascivia jocorum Bupalus & Athenis sculptores fratres proposuere ridentium circulis: quod Hipponax indignatus amaritudinem carminum distrinxit in tantum, ut credatur aliquibus ad laqueum eos compulisse, quod falsum est. Complura enim in finitimis Insulis simulacra postea fecere, sicut in Delo, quibus subjecerant carmen non vitibus tantum censeri Chium, sed ex operibus Athenis filiorum. Haec Plinius, quibus fere consentanea refert Suidas. Hinc elegans Epigramma lib. III. Antholog.

Ὦ ξεῖνε φεῦγε τὸν χαλαζεπῆ τάφον,
Τὸν φρικτὸν, Ἱππώνακτος, οὗ τε χ' ἡ τέφρα
Ἰαμβιάζει Βουπάλειον ἐς στύγος.

Id est, *ô hospes fuge Hipponactis sepulcrum horrendum, verborum grandine refertum, cujus etiam cinis Jambos intorquet in odium Bupali.* Hinc natum proverbium *Hipponacteum praeconium*, à Cicerone usurpatum lib. V Epistolarum. Certe Zarottus hunc locum de Anaxandride Poëta interpretatur, quem fame & inedia ab Atheniensibus necatum esse dicit, quod eos sanctissimas quidem leges habere, pravissimis tamen uti scripsisset. Quod etiam refert L. Gregorius Giraldus Dialogo 6. Historiae Poëtarum. Ambo ex Eustratio vel Eustrathio Graeco Aristotelis Interprete in lib. VII. Ethicorum. Quod si ita se habeat, quaerenda profecto non est aliunde Nasonis interpretatio. Sed ita me Deus amet, si Eustratius Anaxandridem inedia periisse scriptum usquam prodidit, in ea saltem editione, quam videre mihi contigit, ut verisimile sit Lilium Giraldum non adeo Eustratio hoc retulisse, ex fide Christophori Zarotti, qui rem sine dubio commentus est Ovidianae menti accommodatissimam. SALVAGN. Vid. & Schott. II. Observ. 32. non possum non communicare cum doctis viris conjecturam Heinsii, sed cui ipse non multum fidisse videtur, quia margini codicis adscriptam postea in curas secun-

Utve lyrae vates fertur periisse severae;
 Caussa sit exitii dextera laesa tui.
Utque Agamemnonio vulnus dedit anguis Orestae;

Tu

das non retulit; suspicabatur hic Stesichorum notari, & per *carmen parum stabile* intelligi ejus vituperationem Helenae, cujus deinde Palinodiam cecinit. legebat vero:

Utque parum stabili qui carmine laesit Lacaenam,

Sed haec longius a vestigiis scriptae lectionis abeunt. De Eubaeo etiam Pario suspicabatur, qui Scazontas in Athenas scripserat. sed Athenaeus lib. xv. 16. Parodias scripsisse ait. quare ego nondum intellectum hoc distichon relinquo felicioribus ingeniis. *invitus pereat* alter Petav. Burm.

527. *Utque lyrae Vates*] Aristo Chius Poëta carmen Tragicum per silvam transiens meditabatur, cui serpens ex arbore, cujus folia percusserat, dedit mortiferum morsum, quare extremum diem obiit. Interpres. Quid si Philoxenum Cytheraeum Dithyramborum Poëtam intelligas? Quod enim de Aristophane nescio quo Domitius comminiscitur, perridiculum est. Nam & Dithyramborum Poëtae severitas Lyrae congruit: & quae sequuntur ab Historia non sunt aliena. Cum enim apud Dionysium hic ageret, nec ejus poëmata laudare posset, inepta & inconcinna, in latomias conjectus est, unde precibus amicorum extractus, cum Dionysium recitantem audiret surrexit, & Dionysio caussam percunctanti, satius, inquit, est in lapicidinis agere, quam recitantem Tyrannum audire. Cicer. in Epistola ad Atticum lib. iv. [illegible], non mehercule possum, & Philoxeno ignosco, qui reduci in carcerem maluit, quam talia. Hic tandem cum Tyrannum ausugisset, revocatus ab eodem Dionysio per literas, nihil aliud respondit, quam a *Thorum*. unde in adagium *Philoxeni libellus*, de his qui rem aliquam facere nolunt, usurpant. Et Graeci, *in latomias*, id est lapicidinas, *conjici*, cum aliquem in malam rem abigendum significare volunt. Est autem aestimatio, non judicium. Nam non satis liquet, an incorrupta sit lectio. Quid enim sibi velit, quod *laesam* erat *dexteram* exitii caussam, conjectare non aliquid possum. Illud omittere non est visum, quod variae historiae [illegible]. Aelianus prodidit, Aeschylum Tragicum ab Atheniensibus impietatis crimine fuisse damnatum, quem cum lapidibus obruere Athenienses parati jam essent, Aristeae minori natu fratri exerenti brachium, cui manus abscissa fuerat Salaminia pugna, in qua prae caeteris insignem gloriam retulerat, facile civitas fratrem donavit, memor virtutis Aristeae in navali praelio navatae. Domitius. Sentiant hoc loco alii, quidquid volunt: Ego Eupolin Comoediarum Scriptorem significari autumo, qui ob Comoediam (cui nomen *Baptas* indidit) in quosdam Athenienses editam, in mari est suffocatus, ut Platonius scribit. lego etiam apud Strabonem in xiv Grammaticum quendam, cui nomen Daphitas fuit, in Thorace monte juxta Magnesiam Aeolicam civitatem crucifixum fuisse, quod carminibus reges incesseret. Unde proverbium fuit, *cave a Thorace*, id est ab incessendo reges, ne eo afficiaris supplicio, quo is qui in Thorace paenas luit. Sed prior historia magis consonat. Const. Fan. De Alcaeo Lyrico poëta sunt qui hunc locum accipiunt: *Dextramque laesam*, pro fide laesa ac violata exponunt, quod is non solum contra patriae suae tyrannos scripserit, ob quam rem & severae lyrae poetam dici autumant, sed & sediriones ac res novas molitus fuerit: ut Strabo autor est libro decimotertio. Hinc & Horatius Ode 32. lib. 1. dixit:

—— —— age dic Latinum
Barbite carmen,
Lesbio primum modulate civi,
Qui ferox bello, tamen inter arma,
Sive jactatam religarat udo
Littore navem,
Liberum & Musas, Veneremque, & illi
Semper haerentem puerum canebat, &c.

Verisimile itaque putant, hunc à Pittaco, quem ipsum quoque maledicis versibus insectatus fuerat, posteaquam ille rerum potitus, monarchiam ac dominationem suam firmasset, ejectum ac profligatum tandem in exilio periisse. Quod ego quidem doctioribus judicandum relinquo. Micyll. Baptista Egnatius, missis Domitii nugis, Philoxenum Dithyramborum Poëtam intelligit. Alciatus lib. v. cap. 18. Parergôn Juris, Ovidium de Hesiodo loqui putat. Sanctus de Stesichoro interpretatur. Mihi tantorum virorum honorem praefato nulla de tribus illis expositionibus arridet. Sed cum aliis Alcaeum Poëtam Lyricum intelligo, qui mordacissimis versibus Pittacum, Myrsilum, Megalagyrum, Cleanactidas, aliosque Tyrannidem in patria exercentes insectatus est: teste Strabone lib. xiii. pag. 424. editionis à Casaubono recognitae, & Fabio Quintiliano lib. x. qui scribit eum in parte operis, qua Tyrannos insectatus est, aureo plectro merito donatum. Hinc Graeci quaedam ejus opera *στασιωτικὰ*, id est seditiosa, vocarunt, & Horatius Ode 9. lib. iv. ejus *Camenas minaces*, in his:

Nec si priores Maeonius tenet
Partes Homerus, Pindaricae latent,

Cae-

Tu quoque de morsu virus habente cadas.
Sit tibi conjugii nox prima novissima vitae;
 Eupolis hoc periit, & nova nupta, modo.

Utque

Caeaeque & Alcaei minaces
Stesichorique graves Camoenae.

Ut & Ovidius hoc loco ejus *Lyram severam*. In Pittacum tamen praecipue invectus est, quem *σαράποδα* & *σαράπουν* vocavit, quod latipes esset & pedes traheret, *χειροπόδην* quod scissuras in pedibus haberet, quae *χειράδες* appellantur, *γαύρηκα* quod frustra intumesceret, & superbiret, *φύσκωνα* & *γάστρωνα*, quod pingui aqualiculo esset, *ζοφοδορπίδην* quod obtusam haberet oculorum aciem, vel ut Plutarchus Problem. lib. viii. cap. 6. exponit, quod alioqui obscuris, sordidis nihilque convivis delectaretur. Porro & *ἀγάσυρτον*, quod obtrectatoribus pateret, & sordidus esset, ut est apud Diogenem Laërtium in Pittaco lib. i. de vitis Philosophorum. Pittacus tamen ea moderatione usus est, ut *Alcaeum Poëtam*, inquit Valerius Maximus lib. iv. cap. 1. *et amaritudine odii & viribus ingenii ad versus se pertinacissime usum*, *Tyrannidem à civibus delatam adeptus*, *tantummodo quid in opprimendo posset admonuerit*. Heraclitus autem apud Laërtium, illi Pittacum dixisse ait, veniam supplicio longe meliorem. Quare ego existimo Alcaeum à maledictis non cessantem, à Pittaco in exilium missum esse, quod fortasse Flaccus innuit his versibus ex Ode 13. lib. ii.

Et te sonantem plenius aureo,
Alcaee, plectro dura navis,
Dura fugae mala, dura belli.

Graeci enim exilium *φυγὴν*, & exulare *φεύγειν* dicunt. Nisi potius Flaccus Alcaei fugam intelligat, de qua Herodotus Terpsichore pag. 205. editionis Stephaneae, & Strabo lib. xiii. pag. 412. & 413. Caeterum per *laesam dexteram*, fidem, quam Pittaco verisimiliter obstrinxerat, violatam intelligo. Jam tum enim veteres vel in amicitia concilianda, vel in foedere incundo, vel in adstringenda fide, dextras jungere solebant, ut notat Eustathius Odyss. ω. & Aristophanis Scholiastes in Nubibus, his verbis, *ἔθος καὶ ἐπὶ πίστει καὶ συνθήκαις βεβαίας τὰς δεξιὰς διδόναι ἀλλήλοις*. De quo more pleni sunt Authorum tum Graecorum tum Latinorum libri. Hinc Fides & Concordia duabus junctis dextris, interdum imagunculis duabus dextram dextrae jungentibus, fingebatur, ut in numo Balbini Imperatoris patet, cujus aversa pars duas dextras junctas prae se fert hac inscriptione, *Fides mutua Augg.* Similiter numisma Pupieni aversam quoque partem binis dextris habet, cum hac inscriptione: *Charitas mutua Augg.* unde Pythagoras ex hoc more quoslibet in amicitiam non esse admittendos admonebat, *μὴ παντὶ ἐμβάλλειν δεξιάν*. Graeci autem *δεξιοῦσθαι* pro comiter & benigne accipere dicunt, ut quendam Arriani locum Budaeus exponit, unde & apud Euripidem *δεξίωμα* est, quod leniter amplectimur, & *δεξίωσις* apud Appianum, ubi de reditu Ciceronis idem est atque gratulari. Servius etiam in lib. v. Æneid. *Jungere dextras majorum salutationem fuisse* dicit, *cujus caussam affert Varro*, *Callimachum sequutus*, *asserens omnem eorum honorem dextrae constitisse virtute*; *quamobrem hac se venerabantur corporis parte*. Hinc Grammatici *δεξιὰς* apud Homerum Iliad. β'. fidem interpretantur. Nec absimiliter *δεξιὰ* apud Xenophontem Anab. β. pro fide usurpatur, quemadmodum hic ab Ovidio *dextera*, & apud Virgilium lib. vi. Æneid,

—— Nec veriti dominorum fallere dextras.

Ideo Physici dextram fidei consecrarunt, ut genua misericordiae, aures memoriae, frontem Genio, teste Servio Grammaticorum doctissimo ad lib. iii. Æneid. ut merito Plinius lib. xi. cap. 14. ei quandam religionem inesse dixerit. Postquam enim de religione genuum tam eleganter, quam qui elegantissime scripsit. *Inest*, inquit, *& aliis partibus quaedam religio*, *sicut dextra osculis aversa appetitur*, *in fide porrigitur*, sed de his hactenus. Salvagn.

527. *Severae*] Idem liber scriptus, *sonorae*, non *severae*. Ciofan. *Dicitur utque Lyrae vates* Petav. *utve* quinque. *ut linguae vates* Regius. *sonorae* etiam unus, quod Heinsio non displicebat. mox, *femina laesa* etiam Jureti.

529. *Utque Agamemnonio.*] Orestes ictu serpentis interiit. Interpres. Hujus historiae autor Asclepiades citatur in Comment. Euripidis in Orestem, his verbis: Ὁ δὲ Ἀσκληπιάδης ἐν Ἀρκαδίᾳ φησὶ τὸν Ὀρέστην ὑπὸ ὄφεως ἀναιρεθῆναι. Micyll. Sanctius *Apud unum*, inquit, *Scholiastem Euripidis in Oreste*, *lego Orestem à serpente interiisse*. Imo Isacius Tzetzes hoc etiam tradit in Alexandram Lycophronis, ubi de Oreste loquens ait: [illegible] Euripidis Scholiastes, Ἀσκληπιάδης ἐν Ἀρκαδίᾳ φησὶ τὸν Ὀρέστην ὑπὸ ὄφεως ἀναιρεθῆναι ἑβδομήκοντα ἐτῶν. Tegeae vero sepultus est Orestes, unde postmodum ossa ejus oraculi monitu revulsa Spartam à Licha Lacedaemonio translata sunt. Cujus rei perjucundam historiam narrant Herodotus Clio, Pausanias in Laconicis, obiterque Plinius lib. vii. cap. 16. Solinus cap. 5. Salvagn.

529. *Oresti.*] *Orestae* cum uno Mediceo dixi Epist. viii. Heins. *dedit hostis* Regius.

531. *Sit tibi conjugii.*] Eupolis Atheniensis Comic-

Utque cothurnatum periisse Lycophrona narrant,
Haereat in fibris fixa sagitta tuis.
535 Aut lacer in silva manibus spargare tuorum,

Spar-

nicus Poëta, Medillam uxorem duxerat, ambo-que primo nuptiarum nocte mortui inventi sunt. Interpres. Domitius Eupolim veteris comoedi-ae scriptorem filio parat. Ego ex tertio Epigram-matis animadverti alium fuisse hoc nomine ado-lescentem Niciae filium, qui Glycerio Eudoci fi-lia uxore ducta redit lapsu cum nova nupta obru-tus est prima nocte. Graeci versus hi sunt ex lib. III. duo:

Ἐυπολὶς ὁ κωμικὸς τὸν Νικίου, ὃν ἐρώμενον
Ἔσχεν ὁ πρεσβύτης παῖς ἐπὶ λαμπάδος.

Egnatius. Eupolis hic diversus ab illo Comoedia-rum scriptore. Iste autem Niciae filius, cujus uxor Glycerium nomine (nisi, quod vereor, Graecus codex fit depravatus) patrem habuit Eudocum. Quos nocte nuptiarum cadens domus pariter ex-tinxit, ut in hexastichio incerti auctoris apparet libro. Graecorum Epigrammatum tertio, quod nos Latinum fecimus sic ex tempore fecimus:

Ilum quam fors mortem spondere virtus
Pulchrum erat: ambos aequa sors ferit.
Eupolim ut pulchrumque Glycerion horum hymenaeo
Extinxit primo nocte cadens thalamus.
Non tuos hodie talis connubio: Nicanati,
Fudens ut natas funus utrique flant.

Const. Fan. Eupolis hic Niciae fuit, alius à Comico ille. Perit autem cum nova nupta Glyce-rio nomine, Eudoci filia, collocata prima illam noctem thalamo, de qua re extat Graecum epigram-ma hoc lib. III.

Αἰ, αἰ, τοῖον πάθεσι, ἐπεὶ κλέος ἔσσεται ἀνδρῶν
Νύμφιος, ἠ τίμιος, ἔπιον ὁ πρεσβύτερος.
Ἐυπολὶς αὖ, ἀγαθὸν τὸν Γλυκέρειν, ὃν ὑμέναιος
Ἔκτανεν ἐν θαλάμοις πρώτος ἐόντα νύμφας.
Οὐ τοιόνδε τοῖς νῦν ὑμέναιος, ἀλλ' ὁ μὲν ὑμῖν
Ἔστω, ὁ δ' ἐκλαυστὸς Νίκιος ἐκφερέτω.

Antecurrunt haec eadem Codrus, Egnatius, & Fanensis. Mirra. Eupolis Atheniensis Niciae filius prima nuptiarum nocte cum Glycerio nova nupta obrutus est. Qua de re extat Epigramma lib. VI. Anthologiae cap. XXIII. pag. 377. Sic enim canonendum hunc Ovidii locum primus animad-vertit Antonius Urceus Codrus sermone I. Non absimilis historia geritur de Diogene quodam, qui cum secundam uxorem duxisset, prima nocte thalami ruina cum sponsa perit, ut Apollonides, lib. II. ejusdem Anthologiae testatur reliqui. Sic Hymenaeus die nuptiarum ruina oppressus est, unde expiationis causa nominabatur in nuptiis, & earum Deus est habitus, authore Servio in I. Æneid. & Joanne Tzetze chiliade XIII. Hiflor. 466. Ita quoque Romae Q. Sertullius prima illa nocte cum uxore suffocatus est, quorum in sepulchro etiam-num visitur hoc Epitaphium: *Aspice viator Q. Sertullii & dulcissimae sponsae meae Rameliae Virg. ac post inde quid faciat licentiosa fors legito. In ipsa florida aetate, cum acrior vis amoris ingneret, mutuo cajt. tand. socero & m. Socr. annuentibus fel. hymen. nupt. copulamur. Sed, ô fatum infelix, nocte prima cum inopert. voluptatis ex li. fac. extinguor & D. M. vota cogeremur redd. hen ipse in aetu dom. mariti. corruens ambos jam extrem. cum delicidine Latiff. complicatos oppressit funestas faces, nec novi quid fecisse. puta. non erat in fatis tam nefaria longior cora, Caripparentes nec luctu nec lacrymis misera ac larvata nostra defleatis funera ne reddatis infelicora. At vos nostris diuturniores vivite annos ocirne lector ac vive tuos.* Quod quidem mortis genus *amoenum* vocat Julius Firmicus Astron. lib. VIII. cap. 6. ubi nonnullos inter usum Veneris astrorum vi obire dicit. Salvagn.

531. *Novissima vitae.*] Vocem illam *novissima* Ciceronem vitavisse prodidit A. Gellius in noctibus Atticis lib. X cap. 21. quo judicio deceptus Lau-rentius Valla. lib. II. Elegantiarum, cap. 50. di-ctionem illam Ciceroni abjudicat. Verum quid-quid ipsi visum sit, usurpatam à Cicerone com-peri in Oratore ad Brutum, & in oratione pro Roscio Comoedo cum ait, *Brevi tempore qui ne in novissimis quidem erat Histrionibus, ad primos pervenit comoedos.* Usi sunt & illa M. Cato. C. Satullius, Ælius Stilo, apud Varronem. C. Cal-fus. D. Brutus aliique Ciceronis aequales. Sal-vagn.

533. *Utque cothurnatum.*] Lycophron Tragi-cus Poëta fuit, qui ab inimico sagitta veneno li-ta trajectus interiit. Interpres. Quare *cothur-natum* Lycophrona appellavit Ovidius à Dominio praetermissum esse miror: neque enim quod A-lexandram opus composuerit jambico carmine, quod opus, adhuc extat, cothurnatus est dictus, sed quod & tragoedias compluries, quarum maxime celebres Marathonios, Oedipus, & Nauplios. Egnatius. Lycophron Chalcidensis. Socii Gram-matici filius, sub Ptolemaeo Philadelpho Lagi filio ex Poëticae facultatis & eruditionis fama floruit, ut in-ter septem praestantissimos aetatis suae Tragicos, quibus Pleiadum nomen, pro numeri aequalitate fuit inditum, merito locum habuerit, teste Suidâ & He-

Sparsus ut est Thebis angue creatus avo.
Perque feros montes tauro rapiente traharis,
Ut tracta est conjux imperiosa Lyci.

Quod-

& Hephaestione. Ille cum multa alia, tum vigin-ti Tragoedias scripsit, quas enumerat idem Sui-das. Unde *Cothurnatus* ab Ovidio nuncupa-tus, quoniam cothurnus Tragicorum calceamen-tum erat, ut soccus Comoedorum. Ex tot au-tem ejus opusculis Alexandra sive Cassandra dun-taxat ad nos superstes enatavit, τὸ σκοτεινὸν καὶ αἰνιγματῶδες summo jure appellatum, quod Theo Grammati-cus scholiis, quae interciderunt, illustravit, ut testis est Stephanus & Isacius Tzetzes, cujus Com-mentarii superfunt, ut ex recentioribus Gulielmus Canterus, Joannes Meursius, & ante hunc, Ca-rolus Salvagnius Boëssii Toparchus, pater meus, vir non minus literarum quam militaris disciplinae peritissimus. Verum de morte Lycophronis unus Ovidius illum sagitta transfixum obisse prodidit, & post eum Faustus Andrelinus, qui avorum no-strorum memoria floruit, ille inquam, Faustus cu-jus in scriptis unicam syllabam deesse, nempe ὦν, Erasmus dictitare solebat. Sic enim lib. III. Amorum Elegia ultima, de infelicitate Poëta-rum:

Et suae obscuri transfixa Lycophronis exta;
Sitaniis pressa fauce Poëta perit.

Nam quod attinet ad Theodoretum, quem Va-lerius profert, mera est hallucinatio. De obitu enim Lycophronis ne verbum quidem apud illum. Deinde Theodoreti locus lib. VIII. de Graec affect. curat. ubi ex Zenone Lycophronem in Dianae Magnesiae templo conditum refert, plane deprava-tus est, & pro *Lycophrone*, quod etiam Parisiana-nam editionem, à Jacobo Sirmundo recognitam invasit, proculdubio reponendum, *Leucophryne*, cujus monumentum erat apud Magnetes in Dia-nae templo, ut ex eodem Zenone tradit Arno-bius lib. VI. *adversus Gentes*, in his *Leucophrynae monumentum in Eano apud Magnesiam Dianae esse Myndius profitetur ac memorat Zeno.* Eosdem enim Authores, nempe Myndium ac Zenonem, Theodoretus laudat, ut non dubitem quin ille, ta-menti Graecus scriptor, hoc ab Arnobio sumpsi-rit. Diana autem *Leucophryne* dicta apud Magne-tes maxime culta erat, cujus fanum Smyrnae fuit, magnitudine quidem & donariorum multitu-dine Ephesio cedens, at concinnitate & artificio-sa delubri fructura longe superius. Salvagn.

533. *Periisse.*] *Cecidisse* ex scriptis: nam *perire* praecessit. Heins.

535. *Aut lacer.*] Ut Pentheus. Interpr. Rex Thebanorum ex Agave Matre Cadmi nepos, qui cum Liberi Patris contemptor in Cithaeronem montem Orgia disturbatum venisset, ibidem à matre & materteris furentibus, aprum esse ratis, membratim discerptus est, ut canit Ovidius lib. III. Metamorph. juvencum matri visum esse Ca-tullus voluit in his: *Pars e divulso tractabant mem-bra juvenco*, Taurum Valerius Flaccus lib. III. Vitulum Nero apud Persium hoc versu: *Et ra-ptum vitulo caput ablaturâ superbo Maenalis.* Fabu-lam praeterea commemorant Theocritus Idyllio, quod inscribitur Ἄδωνις. Euripides Bacchis, Apol-lodorus lib. III. Hyginus fab. 184. Philostratus in imaginibus, & Poëtae passim. Addit Pausanias in Corinthiacis, arborem ascendisse Pentheum, ex qua Baccharum operta sacra specularetur, Corin-thiis autem redditum oraculum, ut arborem illam quaererent, & inventae divinos honores haberent. Penthei etymon refert Euripides, apud quem Dio-nysius audito Penthei nomine illud ei ad infeli-citatem congruere dicit:

Εἰ δυσχόλοις τάνομ' ἐπιτέθειται.

Quo etiam alludit Chaeremon hoc senario:

Πενθεὺς ἀνομίας συμφορᾶς ἐπώνυμος.

Πένθος enim Graecis *luctus* est. Caeterum Pen-theus *angue creatus avo* dicitur, Cadmo in drako-nem mutato, ut supra dictum est in illud, *genero-que draconem.* Salvagn.

535. *In Silvis.*] *In Silva* Sarrav. & quinque alii & editi quidam.

537. *Perque feros montes,*] Dirce uxor Lyci, quam Zethus & Amphion tauro discerpendam al-ligarunt. Interpres. Dirce Lyci Thebarum Re-gis uxor, quam Zethus & Amphion in ultionem matris Antiopae injuriosus tractatae feroci tauro per montes miserè distrahendam alligarunt, ut narratur ab Apollodoro lib. III. Hygino fab. 7. Apollonii Scholiaste in 4. Argonaut. & meminer-unt obiter Plautus Pseudolo, Act. I. Propertius lib. III. Eleg. 15. Seneca Thebaide, Pausanias in Boeoticis, qui Dirces fontem ab ea denominatam ait. Salvagn.

539. *Quodque suae passa est.*] Fabula de Philo-mela nota est. Interpres. *Quodque suae passa est pellex invita sororis.* Sic legendum hoc carmen sensu hujusmodi, ut lingua sic illi abscindatur, quemadmodum Philomelae contigit, quae invita pellex sororis fuerit. Egnatius. Lege, *invita.* Nam Philomela invita fuit pellex Prognes: quia per vim passa est concubitum a Tereo. Const. Fan. Philomela sororis Procnes invita pellex, quam Tereus Procnes maritus primum pudicitia, deinde lingua spoliavit, ne vim sibi allatam pro-deret, ex authoribus allatis in illud, *Tereisque pur.*

Quodque suae passa est pellex invita sorori,
Excidat ante pedes lingua resecta tuos.
Conditor ut tardae, Blaesus cognomine, Cyrrnae,
Orbis in innumeris inveniare locis.
Inque tuis opifex, vati quod fecit Achaeo,
Noxia luminibus spicula condat apis,
Fixus & in duris carparis viscera saxis,

Ut

SALVAGN. *invita* nonnulli scripti & editi. *Sorori* etiam quidam antiquiores. vide. vi. Metam. 606.

541. *Conditor ut tardae.*] Cynaras Myrrhae pater, cum qua incestu se polluit. INTERPR. Paulo Leopardo offendor, qui lib. III. emendationum, cap. 11. primus hunc locum restituit, & de Barro Cyrenes conditore interpretatus est, de quo Justini verba Commentarii vice referenda sunt ex lib. XIII. *Cyrena enim condita fuit ab Aristaeo, cui nomen Barus, propter linguae obligationem fuit.* ex quibus patet, cur Aristaeus, propter obligationem linguae *Barus*, sive *Blaesus*, cognominatus. Cyrrhen montem in Africa, ubi Cyrenem condendam erat, tardo cognoverit. Quod Justinus extrahit illo verbo: *Interpolle deinde tempore.* Sed Ovidius ait, florum varia orbis loca peragrasse, antequam oraculo fatisfactum esset; nequaquam ubi certatum esset Africa genitus erat, ut disjungam relqua Herodotus lib. IV. ubi hanc Colonia condendam operose prosequitur. Sic autem malo Nasonem interpretari, quam cum Sancto legere, *Conditor ut tardae Blaesus cognomine Libyae.* Ut per tardam Myrrham intelligatur Scythum, Sibyllinis fatidici dictum, quod nimium tarde crescit, neque Barus dictus fuit, unde proverbium, *Barus Sibylla.* Historiam Bari praeter Herodotum & Justinum prodidit Callimachus ab eodem oriundus *Hymno in Apollinem*, qui Barum non Aristaeum, sed Aristoeum vocat, quemadmodum etiam Pindarus v. Pythionicon, Heraclides περὶ πολιτείας nominant. Ipse vero deducta jam Cyrene Colonia vocis medelam reperit hoc modo. Dum Cyrenaei in extrema Africae desina excurrunt, leonem Barus conspexit. Et imperavit territus magnum & clarum necessitate cogente tollit clamorem, ut memoriae prodidit Pausanias in Atticis. SALVAGN. *Conditor ut tardae laesus* & scripti. HEINS. *Traditor* legunt Dominicus & Zarotus. *tardus* plurimi scripti. *restituit* Moreti. *Lapsus* Petav. *cognomine* Regius. *Blaesus* Hercul. & unus Medic. *orbis* & alter Petav. *urbis* prior.

543. *Inque tuis opifex.*] Achaeus Poeta fuit, cujus per hortum tumulantis capiti examen apum infedit, quod cum expellere vellet, eorum aculeis acie oculorum privatus est. INTERPRES. Homerum frustra Dominicus intelligit. de Achaeo Poeta vetus Interpres caponit, cujus per hortum ambulantis capiti examen apum infedit, quod cum expellere vellet, earum aculeis acie oculorum privatus dicitur. Eodem certe nomine Tragici duo Poëtae memorantur, unus Eretriensis Sophocle paulo junior, cujus meminerunt Athenaeus, Laërtius, Suidas. Alter Syracusius fuit, qui decem Tragoedias scripsit, ut ab eodem Suida proditum est, ut vero quidem simile videtur, hunc vel illum à Nasone significari. SALVAGN. De Achaeo Tragico & Satyricarum fabularum scriptore vid. Casaub. de Satyr. Poesi lib. I. pag. 181. & seq.

545. *Fixus & in duris.*] Prometheus frater Epimetheii: Fabula nota. INTERPRES. Prometheus, qui fratrem habuit Epimetheum, ex quo Pyrrha nata. De eodem jam facta mentio ad versum 293 SALVAGN.

547. *Ut puer Harpyages.*] Harpyages Thyestae filius fuit, quem pater absumpsit. INTERPR. *Et puer Harpagidae.* Sic & legendum, & de Harpagi filio, quem Astyages Medorum rex patri epulandum apposuit, intelligendum Justino & Herod. EGNATIUS. *Harpagides*, id est Harpagi filius: Harpagus enim amicus fuit Astyagis Medorum regis, cui rex iratus, quod Cyrum ex filia nepotem vivere comperisset, quem illi, ut sibi & arcanorum participi, necandum tradiderat, ejus filium (cujus nomen non proditur) epulandum apposuit. ut Herodotus in Clio & Justinus in lib. I. literis mandaverunt. hoc autem interpretamentum non mihi, sed Abstemio meo debes. CONST. FAN. Legendum ergo, *Ut puer Harpagides refert exempla Thyestae*, nominandi casu videlicet. ut sit sensus: Tu exemplum Thyestae repetas, perinde ut filius Harpagi, qui & ipse eodem modo, ut Thyestae filii, à patre pro epulis absumptus est. MICYLL. Domitius Calderinus, cui familiare est quidquid obvium est arripere, legebat *Harpiages*, & de Harpiage nescio quo Thyestae filio fictitiam quandam fabulam proponebat. Verum Zarotus, Egnatius, Micyllus, Sanctius, Valerius, ut & Laurentius Abstemius variarum annotationum, cap. 4. scribendum contendunt, *Harpagides*, ut Harpagi filius intelligatur, quem Astyages Medorum Rex in ultionem servati Cyri nepotis interfecit, & patri epulandum apposuit, ut Herodotus narrat lib. I. his verbis: Ἀστυάγης καὶ ἐς ὑπόπτευσε ἀστάγονα πρὸς ὀργὴν ἐλθεῖν, καὶ κατὰ μάλα ἐκλύειν, τὰ μὲν ἔκτεινε, τὰ δὲ ἥψησε τῶν ἀγαθῶν, ἔφαγε

Ut cui Pyrrha sui filia fratris erat.
Ut puer Harpagides referas exempla Thyestae;
Inque tui caesus viscera patris eas.
Trunca geras saevo mutilatis partibus ense,
Qualia Mimnermi membra fuisse ferunt.
Utque Syracosio praestrictâ fauce Poëtae,
Sic animae laqueo sit via clausa tuae.

Nu-

δὲ κατὰ ἑαυτόν· ἔπειτα δὲ τοῦς ὥρας γενομένους τοῦ δείπνου παρέθεσε τοῦ Ἅλλοι ἐκτυφλοῦνται καὶ ὁ Ἅρπαγος. τοῖσι μὲν ἄλλοισι καὶ αὐτῷ Ἀστυάγει παρεστήκεσαν, παράκοιτα ἐπιτλέα μηδίσαν τε, Ἀστυάγη δὲ, τοῦ ἑωυτοῦ παιδὸς, πλὴν τῆς κεφαλῆς τε καὶ ἀκρέων χειρῶν τε καὶ ποδῶν, τ' ἄλλα πάντα κεῖτο δὲ χωρὶς ἕκαστα ἐπὶ κανέῳ κατακεκαλυμμένα. Ita vertit Laurentius Valla, *Ejus puero filium ubi advenit Astyages jugulatum, & in frusta concisum partim torrens partim elixavit, & probe conditum, paratum habuit. Deinde sub hora cenae postquam adfuerunt cum caeteri convivae, tum vero Harpagus, convivis quidem aliis atque ipsi Astyagi mensae appositae sunt, ovilla referta carne. Harpago autem praeter caput & manus extremas & pedes, reliquis filii sui partibus, nam illa in canistro obtecta separatim seposita erant.* Idem prodit Justinus lib. I. Sed nos San-Victoriani Codicis lectionem secuti edendum curavimus *Harpalyces*, à qua veteres quaedam editiones non longe aberrant: Harpalyces enim filius à patre Clymeno consumptus intelligitur, de quo sic Hyginus fab. 206. *Clymenus Scheonei filius Rex Arcadiae amore captus, cum Harpalyce filia concubuit. Ea cum peperisset in epulis filium apposuit patri. Clymenus pater re cognita Harpalycen interfecit.* Quod etiam repetit fab. 238. 239. 242. 246. 253. 255. Apposite ad mentem Ovidii, qui Thyestis & Clymeni fabulas contulit; uterque filiam compressit. Et vero satius est fabulae jungi, quam historiam. Hic autem *puer Harpalyces* pro filio Graecorum more usurpatur, ut versu 485. *Quam puer Hypsipyle.* apud Virgilium Ecloga 8. *Crudelis mater magis, an puer improbus ille.* Et centies apud Horatium. Quapropter hunc esse Nasonis manum illos oculos tangere paratus sum. SALVAGN. *Harpagides* ex scripto. HEINS. *Harpacidae*, *Argaphiae*, *Arpagna*, *Arpagicae* variante scriptura Sarravian. *Arpagigas* Regius & duo alii. *Harpagiges* alter Petav. *Arpiagae* Regius alter. *Arpagiae* Gallicus. alii aliter. sed omnes mendose.

550. *Qualia Mamertis.*] Mamertes, unde Mamertini Siciliae populi appellantur, oppidum aedificavit. Inde oborta de regno lite à fratre membratim lacratus est. INTERPRES. Ita vetus Interpres. Alii scribunt Mamertem, quod Regni cupiditate fratris filium caecaffet, à Syiaphone fratre frustatim discerptum, utrumque sine authore. Quaedam exemplaria pro *Mamertis* habent *Mycerni*. SALVAGN. *Mimnermi* veteres plerique. HEINS. *Minervi* vel *Mamertae* Sarrav. *Nimervi* Regius. *Minervi* tres. *Minervae* Gallicus. alii *Nycerni*, *Mycerni*, *Mycreni*.

551. *Utque Syracosio.*] Id est, Theocrito Syracusio Poetae, qui cum in Hieronis Tyranni filium invectus esset, ab eo ideo est capi jussus, ut cum ad supplicium trahi simularet. Interrogatus si deinceps à maledictis desisteret, ille eo acrius etiam Regi ipsi maledicere coepit, quare indignatus non jam ad simulatum, sed ad certum supplicium rapi jussit: quidam laqueo strangulatum, quidam capite caesum prodidere. INTERPRES. Melius *Syracosio*, ob syllabae quantitatem: Συρακόσιος mediam diphthongo producit, ex qua dempta υ more Poëtarum Συρακόσιος media brevi relinquitur. nisi velis abjecto ο micron υ in υ nostrum verti & *Syracusium* eadem syllaba correpta enuntiare. CONST. FAN. Theocritum Syracusium vetus Interpres intelligit. Sed quia sine authore, putabat Andreas Alciatus Theocrito notam inusitam, quamobrem hunc locum sic interpretatur lib. IX. cap. 24. Parergon juris. *Hic vero ego celeberrimi hominis Poëtae Theocrito Syracusio adversus Ovidianos Interpretes succurram, qui eum tam atroci injuria affecerunt, ut suspendio periisse affirmarent, ex carmine illo, Utque Syracosio &c. Nemo certe veterum authorum extat, qui hoc mortis genere periisse Theocritum scribat. At quin & alii fuere ex ea urbe illustres carminibus facitandis viri, ut Heraclides, Nymphodorus, Theodoridas, Bion, Moschus, Sophron, Sosicles, Sosiphanes, Epicharmus, Phormus, cur soli Theocrito hanc notam inurunt? Satius ergo erit ita opinari, ut alluserit Ovidius ad eum amatorem qui apud Theocritum Idyllio. 28. ipsum amore dilecti pueri suspendit, hoc sibi prius condito Epitaphio:*

Τοῦτον ἔρως ἔκτεινεν, ἀδειφόνε μὴ κατάδευσας,
Ἀλλὰ σὺς τὸ δὲ λίξον, ἐπεμβὰ ἔαχεν ἐνάρον.

Hunc extinxit amor, ne transgrediare viator,
Sed siste, & dicas heudurum nacte sodalem.

Acute quidem ille more suo, sed ut opinor, praeter Ovidii mentem. Neque magis placet Valerii sententia, locum hunc de Empedocle Philosophio

&

Nudave dereptà pateant tua viscera pelle;
Ut Phrygium cujus nomina flumen habet.
Saxificae videas infelix ora Medusae,

Ce-

et Poëta insani [illegible], quem Democritus [illegible] apud Laertium lib. VIII. [illegible] [illegible] [illegible] prodidit. Tum quod Empedocles Agrigentinus, non Syracusius, fuerit, tum etiam [illegible] interitus infra tangitur ex magis recepta scriptorum sententia ut notabimus ad versum 599. SALVAGN. Syracosio, dixi lib. V. Fast. HEINS. De Theocrito etiam cepit Mirabella in vita Theocriti, post librum de Syracusarum situ. p. 275. Thesauri Siciliae. Empedoclem non posse intelligi docet Bonannus in Syrac. Antiq. lib. II. cap. 1. & [illegible] cap. 2. ubi de Theocrito agens, neque hunc intelligi posse ostendit. Sed de Antiphonte Tragico, malae linguae Poëta, explicat eruditissime. quia vero ille non Syracusius, sed Rhamnusius fuit, legit, Utque Syracosio praestricta &c. Forte Epicharmum intelligit, quem etiam simpliciter sine nomine proprio [illegible] vocat Max. Tyrius Diss. 1. pag. XI. vide Heins. notas p. 23. sed de ejus morte nihil novi: provecta aetate quos sermones habuerit de senectute refert Aelian. cap. XXXIV. ubi dicit, sibi & omnibus amicis [illegible] esse decedendum, antequam experiantur mala senectutis: quare forte sibi fauces [illegible], et voluntaria morte praevenit incommoda senectutis, nisi alius casus, nobis ignotus, morti caussam dederit. sed si nonaginta vel nonaginta septem (vide Menag. ad Laert. VIII. 78.) annos sine incommodo vixit, non immaturam fuisse mortem, si modo id fecerit. BURM.

551. *Nudave derepta.*] Marsyas, de quo fabula nota est. INTERPRES. Nota Marsyae fabula, tibiarum cantu ab Apolline provocato superati & pelle nudati, à quo *Marsyae nomen habet Phrygiae liquidissimus amnis*. Ex Ovidio lib. VI. Metamorph. item lib. VI. Fastor. Apollodoro lib. I. Diodoro, Hygino, Nonno, Palaephato & aliis. Hinc *Marsyae* [illegible] proverbio cessit, de saevissimo genere [illegible]. [illegible] vero Andreas Tiraquellus, aliquot doctissimos, Alexandrum ab Alexandro reprehendit, qui in lib. II. cap. 12. Genialium dierum, Marsyae pellem in Foro Celaenarum appensam fuisse [illegible]. Hi enim Polyhistor ille Neapolitanus [illegible], [illegible] quod illi solemne est, ab Herodoto Polyhymnia, cujus verba sunt de Celaenis urbe loquentis: Ἐν τῇ ἡ ἐκ τοῦ Σειληνοῦ Μαρσύεω ἀσκὸς ἐν τῇ πόλι ἀνακρέμαται, τὸν ὑπὸ Φρυγῶν λόγος ἔχει ὑπὸ Ἀπόλλωνος ἐκδαρέντα ἀνακρεμασθῆναι. *In qua urbe & in quo foro visitur suspensa Sileni Marsyae pellis in utrem formata, quam à Phrygibus fertur Apollo illi detractam suspendisse.* Ejus statua in foro Romano posita erat, ut ejus aspectu temere litigantes deterrerentur, de qua Horatius Sat. VI. lib. I. *obeundus Marsya*. Martialis Epigr. 64. lib. II.

—— *Fora litibus omnia fervent,*
Ipse potest fieri Marsya Causidicus.

Sidonius carmine XIII.

Marsyaeque timet manum & rudentem,
Qui Phoebi ex odio vetustiore
Nunc suspendia vatibus minatur.

Meminit etiam Plinius lib. 21. & Seneca lib. VI. de beneficiis, sed & idem Plinius *Aulocrenem* vallem fuisse scribit, sic appellatam à rei eventu, à tibiis videlicet in fontem jactis, qua valle in Phrygiam iretur, ubi & Platanus per ea tempora ostenderetur, ex qua Marsyas ab Apolline victus pependisset. Plura de Marsya L. Giraldus Dialogo IX. de Poëtarum historia, & Salmasius in Plinianis exercitationibus, pag. 83. Fluvius autem Marsyas qualis esset, cum alii tum maxime Q. Curtius enarrat lib. III. qui primus est eorum qui supersunt. Cum enim Alexandrum Celaenis exercitum promovisse prodidisset, subjunxit: *Media illa tempestate moenia interfluebat Marsya amnis, fabulosis Graecorum carminibus inclytus. Fons ejus ex summo montis cacumine in subjectam petram magno strepitu aquarum cadit. Inde diffusus circumjectos irrigat campos, liquidus & suas duntaxat undas trahens. Itaque color ejus placido mari similis locum Poëtarum mendacio fecit. Quippe traditum est Nymphas amore amnis retentas illa rupe considere.* Ex his patet cur Nasoni dicatur lib. VI. Metamorph. *liquidissimus amnis*. Caeterum pro *direpta*, quod in omnibus editionibus legitur, rescripsi, *derepta*. Aliud enim est *diripere*, aliud *deripere*, quemadmodum observavit Obertus Gifanius in Indice Lucretiano. Illudque verbum moneo restituendum apud Ovidium positum libro memorato Metamorph. ubi de Marsya:

Clamanti cutis est summos derepta per artus.

Item apud Justinum initio lib. IV. ubi sic: *Siciliam ferunt angustis quondam faucibus Italiae adhaesisse, dereptamque velut à corpore.* Quibus locis omnino legendum, *derepta* & *dereptam*. SALVAGN. *Derepta*, de quo alibi. HEINS. De Marsya vide ad Petronii cap. XXXVI.

554. *Phrygium.*] *Phrygii* plerique scripti & editiones.

555. *Saxificae videas.*] Perseus ostenso Medusae capite Cephenum populos in saxa vertit. INTERPRES. Quemadmodum Perseus objecto Medusae capite Cephenos in saxa converterit, fuse pro-

Cephenum multos quae dedit una neci.
Potniadum morsus subeas, ut Glaucus, equarum:
Inque maris salias, Glaucus ut alter, aquas.

Ut-

prosequitur Ovidius lib. IV. Metamorph. cujus est initium:

Dumque ea Cephenûm medio Danaëius Heros
Agmine commemorat.

Sunt autem *Cepheni* Asiae minoris populi, vel ut alii volunt, Aethiopiae. *Saxificam* autem Medusam vocat, ut Lycophron μαρμαρώπιδα γαλῆν. SALVAGN. *Colla Medusae* Petav. mox, *Cyniphios populos* unus codex & prima editio. *Phineum* Gallicus liber. *Cephenum populos* Mediceus. quod non displicebat Heinsio, sic lib. XII. 499. Metam. *Populus superamur ab uno*. & ita Saepe.

557. *Potniadum morsus.*] Glaucus ex Potnia civitate, cum sacrificium Veneris contemneret, equabus suis à Dea furor immissus est, à quibus dilaceratus est. INTERPRES. Non videtur ab re futurum, si Probi verba in III. Georg. hoc loco adduxero, qui sic ait, in id Virgilii carmen:

—— —— *quo tempore Glauci*
Potniades malis membra absumpsere carinae.

Potnia urbs est Boeotiae, ubi Glaucus Sisyphi filius & Meropes (ut Asclepiades in Tragodumenon lib. I. ait) habuit equas, quas assueverat humana carne alere; quo cupidius in hostes irruerent & perniciosius. Ipsum autem, cum alimenta defecissent, devoraverunt in ludis funebribus Peliae. Quidam autem has equas Diomedis fuisse, quas Hercules ad Eurysthea perduxerit, & ab Eurystheo & Sisypho distractas filio suo dederit. CONST. FAN. Hujus fabulae & Palaephatus meminit, qui Glaucum hunc Sisyphi filium vocat, ut & Pausan. Eliacis posterioribus ubi, ἔστι δὲ καὶ ἐν Ἰσθμῷ ταράξιππος, inquit, Γλαῦκος ὁ Σισύφου, γενέσθαι δὲ αὐτῷ τὴν τελευτὴν λέγουσιν ὑπὸ τῶν ἵππων, ὅτε Ἄκαστος τὰ ἆθλα ἔθηκεν ἐπὶ τῷ πατρί. De Potniis autem idem in Boeoticis ita scribit: Διαβεβηκότι δὲ ἤδη τὸν Ἀσωπὸν, καὶ τῆς πόλεως δέκα μάλιστα ἀφεστηκότι σταδίους, Ποτνιῶν ἐρείπια, καὶ ἐν αὐτοῖς ἄλσος Δήμητρος καὶ Κόρης. Et paulo post: Δείκνυται δὲ ἐν Ποτνιαῖς καὶ φρέαρ, τὰς δὲ ἵππους τὰς ἐπιχωρίους τοῦ ὕδατος πιούσας τούτου, μανῆναι λέγουσιν. Addunt autem alii ex Probo, etiam humanis carnibus solitum pascere equas suas Glaucum. Itaque deficientibus aliquando illis, equas in ipsum dominum morsus strinxisse. Vide Annot. Fanensis. MICYLL. His quatuor versibus trium Glaucorum interitus notatur. Primus Sisyphi filius è Potniis Boeotiae urbe ab equabus discerptus est, de quo Virgilius lib. III. Georgicon. 266.

Scilicet ante omnes furor est insignis equarum,
Et mentem Venus ipsa dedit, quo tempore Glauci
Potniades malis membra absumpsere quadrigae.

Ad quem locum Servius scribit, Glaucum sacra Veneris sprevisse, iratam Deam equas concitasse in Glaucum, quibus ipse in curru utebatur: illas juxta urbem Potnias Glaucum morsibus laniasse. Aliter Julius Philargyrius in hunc modum: *Glaucus Sisyphi filius, cum ad mimicum certamen quadrigam duceret, applicuit ad vicum Boeotiae, & equas potum ad fontem sacrum per ignorantiam duxit, unde qui bibisset, in furorem agi solebat. Itaque illum equae furore exagitatae in ipso certamine curru effudisse, ac morsibus laniasse dicuntur.* Aliter item Probus. Sed & Pausanias in Eliacis posterioribus tradit in Isthmo Taraxippum esse, qui Glaucus fuit Sisyphi filius ab equabus discerptus, ludis funebribus, quos patri suo fecit Acastus. Meminit & Glauci Potniensis Strabo lib. IX. Palaephatus ἐν ἀπίστοις. Eustathius in Homerum, Euripidis Scholiastes enarrans illud ex Oreste. Ποτνιάδες θεαί. Quin etiam Aeschylus duas diversas Tragoedias scripsit, quarum utrique titulum fecit *Glaucus*, sed patriae adjectione distinguebantur. Altera enim *Glaucus Potniensis*, altera *Glaucus Anthedonius* inscripta erat. Addo ex Pausania in Boeoticis, puteum ostendi Potniis, è quo potantes equae in furorem praecipites agantur. SALVAGN. de hoc Glauco vid Schol Pindari ad XIII. Olymp. 80. Schol. Apollon. Rh. I. 146. & Etymol. M. in Ἄκαστος Hygin. fab. 250. & 273. ex hoc Glauco descendit alter, qui Trojano Bello, cum Diomede aurea arma aereis mutavit, ut Schol. Pindari enarrat. BURM.

558. *Inque maris salias.*] Alter Glaucus piscator fuit Anthedonius, qui herba quadam comesa se in mare projecit, & marinus Deus effectus est. INTERPRES. Fuit hic piscator Anthedonius, qui cum pisces captos supra littus explicuisset, illi subito contacta quadam herba se colligentes in mare prosiluerunt; admiratus Glaucus illius herbae vim, quum & ipse degustasset, pisces sequutus in aquam insiluit, & divinitatem adeptus est. Quam fabulam copiose prosequitur Ovidius lib. XIII. Metamorph. cui fere consentanea tradunt Pausanias in Boeoticis, Philostratus in imaginibus, Oppianus in Halieutico, Apollonii Scholiastes in lib. I. Tzetzes in Lycophronem, Eustathius in Iliad. β. Quidam in Balaenam transformatum crediderunt, ut proditur à Strabone lib. IX. Allegorice vero fabulam exponit Palaephatus ἐν ἀπίστοις. Sed & Mnaseas apud Athenaeum lib. VII. Glaucum rei nauticae peritum & insignem urinatorem fuisse tradit, & ex eo Pontium appellari. SALVAGN. De hoc Glauco Vid. Schol Euripid. Orest. 364. & Athen. VII. 12.

Utque duobus idem dictis modo nomen habenti,
560 Praefocent animae Gnosia mella viam.
Sollicitoque bibas, Anyti doctissimus olim
Imperturbato quod bibit ore reus.

Nec

560. *Utque duobus.*] Alius Glaucus Cretensis, ob luxuriam in dolium veneno melle extinctus est. Interpres. Hunc Hyginus Glaucum filium Minois scribit, qui in melle suffocatus, Aesculapii ope revixit. Sed & Claudianus:

Cretaque (si vere narratur fabula) vidit
Minoem rapto puerum prodire sepulcro.
Quem senior vates, avium clangore reportum,
Gramine restituit: mirus nam munere sortis,
Dulcia mella necem, vitam dedit horridus angis.

Egnatius. Glaucum Minois filium in mellis vase suffocatum intelligit, quem Aesculapius, cum in quodam loco conclusus a Minoe fenare cogeretur, herba sibi a serpente allata ad vitam dicitur revocasse, ut scribit Hyginus in Ophiucho. Ipsum meminit & Claudianus in libro de victoria Stilichonis in Africum. Const. Fan. Hic Glaucus Minois filius et Pasiphae, fuisse dicitur, quem, cum pila ludere haberet, in dolium melle plenum incidisse, in eoque suffocatum, Hyginus tradit. Minoem autem fabulam mortuum sepulchro includisse, addito & Polyido vate ac medico, qui ibidem cum illo vel periret, vel vitae illum restitueret. Apparitum Polyidum, animadversa herba, qua dirio alter alterum vitae restituerat, eadem & Glaucum in vitam revocasse. Cujus rei & Claudian. meminit, de laudib. Stilicon. Ipsi versus citantur ab Egnatio, & Panenti. Reliqua vide apud Palaephatum & Hyginum, capite de Polyido. Micyll. Glaucus hic Minois Cretensium Regis filius fuit, qui cum puer esset & nucem insequeretur, in mellis dolium delapsus interiit; Minos quo auxilium filium reperiret, cum diu multumque conquisset, scisitatum oraculi mansit. Cretes illi responsum inter armenta bovem esse reputarunt, cujus simulacrum qui optime effingere posset, ab eo filium in vitam revocatum iri. Accessus igitur undecunque Vatibus, Polyidus Coeani filius nuli mutini colori bovem assimilavit, & puerum vestigare coactus, vaticinii cujusdam adjumento tandem comperit. At cum Minos eum sibi virum reddi opertere dictitaret, Polyidus cum puerili cadavere includitur, cumque in summa consilii inopia versaretur, draconem ad praemortui pueri corpus proserpentem vidit. Hunc lapide percussum, verius ne idem ipse pateretur, occidit. Interea serpens alius advenit, ac priorem interemptum conspicatus retro abiit, mox herbam secum rulit, eaque super toto draconis occisi corpore imposita, illum in vitam revocavit. Idem Polyidus summa cum admiratione conspexisset, eandem herbam illatam Glauci cadaveri admovit, atque illico mortuum suscitavit. Sed enim Minos Polyidum Argos remeare non permisit, nisi prius Glaucum vaticinandi artem edoceat. Polyidus coactus edocet, atque in patriam reversurus, jamque vela faciens, Glaucum in os suum insputare jubet, quo facto Glaucum vaticinandi oblivio subit. Sic Apollodorus lib. III. Bibliothecae, & Macius Tzetzes in Lycophronem. ℣. 811. Non nihil evariat Hyginus fab. 136. Meminerunt item Aeneas Gazaeus in Theophrasto, Pindari Scholiastes in Olympiis, Claudianus lib. de bello Getico, 442. in his:

Cretaque, si vere narratur fabula, vidit
Minoem rapto puerum prodire sepulcro,
Quem senior vates, avium clangore reportum,
Gramine restituit: mirus nam munere sortis
Dulcia mella necem, vitam dedit horridus angis.

Allegorice fabulam enarrat Palaephatus *εν λαΐκοις*. Dixit autem Naso, *Gnosia mella*, quia Gnosus in Creta Minois Regia fuit, nunc pagus est obscurus alio nomine. Hic porro notare licet locutionem satis insolentem, nimirum *idem nomen dictis habere*, pro simile nomen illis duobus, quos priore disticho nominavit, Glauco scilicet. Salvagn. Vide Barth. ad d. l. Claudiani de locutione. *Ille idem dictis.* vid. Heins. ad 1. Amor. IV. 1.

565. *Noxia mella.*] *Gnossia* plerique veteres. Heins. *Noxia* vel *Gnossia* Sarrav. sed de melle Cretensi vide Plin. XXI. 14. & Virg. IV. Georg. 150. pro *praefocant* alii codices habent *praeludant*, *eripiant*, *diripiant*. Heinsius notat Glossatorem Mss. Prisciani in Bibliotheca Leidensi habere, *dulcia mella*, ut Claudianus in hac fabula.

561. *Sollicitoque bibas.*] Socrates injuste accusatus hausto intrepide veneno interiit. Interpres. Socrates intelligitur ab Anyto, Melitone, & Lycone accusatus, quamobrem *Anyti reus* à Nasone dicitur. Item ab Horatio Satyr 4. lib. II.

——— *qualia vincunt*
Pithagoran, Anytique reum, doctumque Platonem.

Nota vero mors Socratis haustu Cicutae, quem Ovidius *doctissimum* vocat, non quod sapientissimus hominum judicatus esset oraculo Pythiae, sed quod omnes Philosophi peculiari quadam appellatione *doctissimi* nuncuparentur. Sic enim Tullius lib. III. de Oratore: *Cur doctissimi homines de maximis rebus dissentiunt.* Idem oratione pro Rabirio *doctissimum Platonem* dixit. Iterum lib. I. de Legibus *Igitur doctissimis viris profecisse placuit à lege*, & lib. II. *Siquidem & illud bene dictum est a Pythagora doctissimo viro.* Rursus lib. III. *Fatum Arcesse ut vis, & locum ipsum totum, ut a doctissimis Graeciae quaesitumque disputatumque ab eis explicabo.* Salvagn.

561. *Velut doctissimus.*] Emenda, *Sollicitoque bibas volut.* ut Laelius Taurellus nepos meus me monuit. Const. Fan. Veteres plerique, *velut.* an *Melito?* tam enim Melito, quam Anyto reus Socrates actus est. certe Laërtius in Socratis vita usus Favorini auctoritate prodit accusationem adversus Socratem institutam scripto consignatam fuisse, ac unius Melito nomen praetulisse. Idem solum Melitum ex Socratis accusationibus morte affectum, ceteros exilio multatos fuisse narrat. Heins. *Socrates dignissimus* Moreti liber. *Socrates quod doctior* prima editio. sed epitheton illud *doctissimi* nescio an aptum & proprium Socrati. vellem in Mito. aliquo reperiretur, *sanctissimus.*

563. *Nec tibi si quid amas.*] Haemo cum filium Rhodopen turpiter amaret, uterque in montem sui nominis obduruit. Interpres. Vidit hoc in loco certe Dominius meliora, nec tamen sequi potuit: Nam qui fuerit hic Haemon diligentius explicandum omnino fuerat. Hic vero Haemon Creontis filius natu minor fuit, Menoeci, qui se pro patria devovit, frater. Cui Antigone Oedipi filia desponsata fuerat; illa vero patrem in exilium secuta, Haemon a Sphinge dilaniatus est, Euripidi & ejus interpretibus. Egnatius. Pro sublicis quam Haemoni. Fuit autem Haemon filius Creontis, qui regnum Thebanum suscepit, interfectis Eteocle & Polynice. Hic Antigonam amabat, quam cum videret à patre Creonte damnatam, & vivam sepulchro inclusam, eo quod contra vetitum Polynicem fratrem tumulasset, ipse quoque impatientia amoris seipsum interfecit. Fabula tractatur apud Sophoclem in tragoedia, quae inscribitur Antigone. Micyll. Haemon Creontis Thebanorum Regis filius Antigonem Oedipi & locastae filiam sibi desponsam, tam impotenti amore deperiit, ut ad mortuae tumulum sese interfecerit. Hanc enim damnatam, quod spreto edicto Polynicem fratrem sepulturae mandasset, in vacuo monumento Creon inclusi jusserat, ubi media contabesceret; quam mortis calamitatem suspendio ipsa antevertit. Ex Sophoclis Antigone, quo pertinet illud Propertii lib. II. Eleg. 9.

Quid? non Antigones tumulo Boeotius Haemon
Corruit ipse suo saucius ense latus.

Euripidis Scholiastes rem aliter narrat. Salvagn. Vid. II. Trist. 402.

564. *Utque sua Macareus.*] Fabula nota est. Interpres. Macareus Aeoli filius Canacen sororem turpiter amavit. Conceptus infans rem prodidit: Canace accepto à patre gladio flagitium nece sua ulta est, quod etiam Macareus fecit. Author Plutarchus ex Sostrato. Videndus versus 359. Salvagn.

564. *Tu potiare.*] *Sic potiare* Scripti. Heins.

565. *Vel videas quod jam.*] Astyanax, quem Ulysses praecipitavit. Interpres. Lege, *& videas.* Const. Fan. Franciscus Sanctius hoc distichon non esse Ovidianum suspicatur, sed è margine in contextum irrepsisse, quod de Astyanacte è turre praecipitato jam ante versu 498. dictum sit, *Insulsum*, inquiens, *disticbon & nullius imprecationis nec salis.* Sed absit ut ego ipsum obelo confodiam. Omnes enim quotquot excusi sunt libri duos illos versus agnoscunt. Zarottus, Domitius, atque ipse vetus interpres enarrant; denique in vetustissimo Codice San-Victoriano leguntur. Unde *γνησίως παίδας* Nasonis esse non dubito. Cujus mens est, ut Ibis Astyanactis insiar parentes obtruncari, totamque patriam ferro & flammis devastari videat, ut se vidisse queritur Andromache in his Ennii versibus apud Ciceronem pluribus locis Tusculanarum Quaestionum, & lib. de Oratore:

O pater, ô patria, ô Priami domus,
Septum altisono cardine templum;
Vidi ego te adstante ope Barbarica,
Tectis caelatis, laquearis,
Auro, ebore instructum regifice;
Haec omnia vidi inflammari,
Priamo vi vitam evitari,
Jovis aram sanguine turpari.

Quae omnia, vidit Astyanax sive Scamandrius Hectoris & Andromachae filius, ex ea turre, unde praeceps missus est, ne quid reliquiarum superesset, quod excidium Trojanum aliquando ultum iret, ut Ovidius ipse retulit versu 498. & lib. XIII. Metamorph. Euripides *Andromache*, & *Troadibus*, Seneca *Troade*, Actu 5. Libanius in Hecto-

Nec tibi, siquid amas, felicius Haemone cedat:
Utque suâ Macareus, sic potiare tuâ.
565 Vel videas, quod jam, cum flammae cuncta tenerent,
Hectoreus patriâ vidit ab arce puer.

San-

Sanguine probra tuas, ut avo genitore creatus,
Per facinus soror est cui sua facta parens.
Ossibus inque tuis teli genus haereat illud,
570 Traditur Icarii quo cecidisse gener.
Utque loquax in equo est cissus guttur acerno,

Sic

pie vinguento. Ausonius in eius Epitaphio, Pausanias in Phocicis, ubi ex Leschea tradit, non Graecorum decreto in Affyanacta factum esse, sed privato Neoptolemi odio, qui sibi ejus necem depososcerat. Ejus Leschai sive Leschae, qui *κατὰ Γλάυκα* scripsit, carmina de Affyanacte adducuntur ab Hacio Tzetze in Lycophronis Alexandram. SALVAGN. *Quatenus jam capitum, cum flammae Mosteri*, & unus Heinsii.

566. *Nocturnus pater.*] Affyanax, de quo supra, & Seneca in Troadibus:

——— *turris de summa cadat*
Priamii regis Mycenaeus, & hostem oppidi.

Dictus autem est Affyanax, quod urbi imperaturus videretur; quod timentes Graeci, eum ex altissima turri in Ilie praecipitandum curarunt. CLONAN.

566. *Vidit ad urbes.*] *Ab arce* quinque Veteres. Hictorius. *In urbe* etiam plurimi.

569. *Sanguine probra tuas.*] Ut Adonis filius Myrrhae & Cynyrae. INTERPRES Adonis ex incestio Cinyrae patris, & Myrrhae sororis concubitu natus. Quo si gito idem fuit avus, qui genitor, eadem mater, quae soror. Is parentum probra sanguine tuit ab apro laceratus, ut dictum est ad versum 505. SALVAG.

569. *Per facinus.*] *Proh facinus!* Sarrav. & tres alii, eadem varietas Epist. 2. 6. ubi vide.

570. *Ossibus inque tuis.*] Ulysses qui à Troja revenius a Telegono filio interemptus est. INTERPRES. Ulysses Icarii gener, de cujus morte, cum varii varia prodant, Ovidius eos sequitur, qui telo, cui venenatus pastinacae maximae aculeus praefixus erat, a Telegono ex Circe filio imprudenter occisum narrant; cum is Ithacam venisset, ut patrem viseret. Ita Nicander in Theriacis, uti de Pastinaca. Lycophron in Cassandra, qui eamdem exarat. Euripides in Rhoeso extremo. Oppianus lib. II. Halieuticon. versu 497. Sextus Empiricus lib. I. adversus Mathematicos, cap. 16. Parthenius lib. III. Erotico. Dyctis Cretensis lib. VI. Didymus, & Eustathius ad Odyss. λ. Aristophanis Interpres in Pluto, Proclus in Chrestomathia. Citatur & Sophoclis Tragoedia, quae inscripta erat *Ὀδυσσεὺς ἀκανθοπλήξ*, quod spina ictus maternam dederit scribendae Tragoediae. Hinc Horatius lib. III. carminum, Ode 29. de Tusculo à Telegono condito, *Telegoni juga parricidae.* Et autem Pastinaca, quae *τρυγὼν* Graecis, *ἁλάσσιον ἰχθὺν φαυσινόν*, ut ait Nicandri Scholiastes. De qua pariter Hesychius, *τρυγὼν ἰχθὺς θαλάσσιος, ἢ τὸ κέντρον δηλητήριον.* Idem traditur ab Antigono libro *Γρυφίων παραδόξων*, & ex eodem Antigono Stephanus in *γλάυκα*. Quibus addo Philen in Hexaëmero. Quod autem ipsi *κέντρον* dicunt, Ovidius *telum* vocavit. Nec omiserim quod Lucianus ait, *ὁ τοξοκλέπτης* Ulyssem podagra obiisse, joculanter opinor: nam idem lib. II. Verarum Historiarum à Telegono interfectum refert. Videndi praeterea Ptolomaeus Epithetion lib. IV. & Eustathius in Homerum loco citato de Ulyssis interitu. SALVAGN. Vid. Gloss. ad I Trist. 1. 114.

571. *Utque loquax.*] Agenor quidam adeo petulans fuit, ut ne Jovi quidem parceret, qui cum curreret ab equo cecidit, & fauces pollice illi compressit. INTERPRES Anticlum Politianus in Miscellaneis ex Homerica Rhapsodia significari voluit, in quo tamen Politiani error apparet: neque enim necavit illum Ulysses, sed eatenus compressit illi labia, quatenus Helena affuit. Error autem ex verbi Graeci similitudine facile ortus, nam quod *κνίζειν* & *κνίζειν* literis parum distant, imposuit Politiano. EGNATIUS. Lege, *Aerno* ut emendavit Politianus, & Anticlum Ortygi filium intellige, quem Ulysses in equo Trojano latrui delitescentem suffocavit, ut Tryphiodori testimonio apparet. Homerus in IV. Odyss. non suffocatum fecit (ut existimare Politianus videtur) sed tamdiu a loquendo prohibitum ab Ulysse, ore manu obstruso, donec Helena, quae apud equum Trojanum Heroum voces affimulabat, Minervae impulsu recederet. Causa Politiani lapsus in Homero haec fuit, quod *κνίζειν* & *κνίζειν* accepit. nam illud *premere*, hoc *fossnare* significat. CONST. FAN. Hunc locum explicat Politianus. in Miscellaneis cap. 75. Intelligitur autem Anticlus, qui cum caeteris Graecis equo Durateo inclusus, ad vocem Helenae, simulantis sermonem & verba uxoris illius, respondere voluit. Sed ab Ulysse eo usque illius fauces compressae, donec cum voce una & vitam amitteret: autore Tryphiodoro. & meminit Homerus quoque Odysseae 4. Tryphiodori versus sunt:

Ἄντικλος δ' ὅτε κέκρυτο ἰδίζετο Λαοδάμειαν,
Μοῦνος ἀμειλίκτοιο κλιθέλλινον τρόμον ἀκούων·
Ἀλλ' Ὀδυσεὺς κατιόντα, καὶ ἀμφοτέρης κατέλεξεν
Ἀμφοτέρωθεν, ἐπιζῆν ἐπιστήμονα τόφρα λίοιτο.

Et paulo post:

Καὶ τὸν μὲν λίνον ἄνδρα φίλοιδίον, εἰ δὲ μὲν ἄλλας
Δάκρυσι λαθροβόλοισιν ἐπιπλαόωντες Ἀχαιοὶ
Κεῖθι δεκαμβριόωντες τὰ ἔργματα δόξαν ἐπεσσιν.

Fuit autem hic Anticlus filius Ortygi, ut ex eodem poëta patet. ita enim in catalogo illum describit:

Ὀρτυγίδης Ἄντικλος, ὃν αὐτὰρ τοῖσιν ἄνασσε
Ἶσος δαιμόνεσσι ἐπιτρέψας Ἀχαιοί. MICYLL.

Anticlus proculdubio intelligendus ex luculenta, ut mihi quidem videtur, Angeli Politiani emendatione in Miscellaneis, cap. 75. quam adversus Erpellas duos, Pium nempe Bononiensem, & Egnatium Venetum, defendunt Paulus Leopardus Emendationum lib. 19. cap. 1. & Jacobus Nicolaus Loënsis Miscellaneorum Epiphyllidum, lib. VII. cap. 5. nam cum ad equum illum Trojanum trabibus contextum gravidumque militibus impulsu numinis accessit Helena, voces imitari uxorum cujusque occoepit, ut inibi delitescentium desideria evocaret, & responsa eliceret, Sed enim reliquis patientiam, silentiumque praestantibus, cum solus Anticlus in respondendi lubrico articulo foret, flatim est ab Ulysse praeventus, & manibus impressis suffocatus, ut est apud Homerum lib. IV. Odyss. & latius apud Tryphiodorum Poëmate de Ilio capta, qui & Anticlum hunc Ortygidem vocat, uxoremque ejus Laodamiam nominat. SALVAGN.

571. *In equo est cissus guttur acerno.*] Habebat opinor ob oculos hunc Virgilii locum libro II. Aeneid.

Praecipue cum jam hic trabibus contextus acernis
Staret equus.

Non quod equus ille Durateus ex acere solo fabricatus esset; Virgilius enim nunc *abiegnum* facit, ut & Propertius Eleg. I. lib. III. & Eleg. I. lib. IV. modo *pinetum*, interdum ex *robore* contextum, ut & Petronius; imo Pausanias in Laconicis *corneum* in ejus fabrica adhibitam prodidit, unde nomen Apollini Carneo. SALVAGN. *Utque loquax media est* Regius, *guttur Agenor* Sarrav. & multi alii cum quibusdam editionibus. *Egenor* unus Heins. *guttur acerbum* Gallicus *acerbo* Heinsii.

573. *Aut ut Anaxarchus.*] Anaxarchus Atheniensis fuit, qui suos colonos male tractabat. à quibus occisus est, ejusque ossa in pila occlusa pro frugibus jactata sunt. INTERPRES. Hanc historiam Laërtius tradit, qui Anaxarchum hunc Abderitam fuisse, & Alexandrum secutum scribit. Habuisse autem inimicum Nicocreontem Cypriorum tyrannum. Proinde cum aliquando cum Alexandro coenaret, isque de convivii apparatu Anaxarchum interrogaret, respondisse, omnia laute atque affatim apparata esse, praeterquam quod caput satrapae (Nicocreontem innuens) non eodem allatum esset. Hanc vocem postea Nicocreontem, mortuo Alexandro, ultum, atque Anaxarchum tempestate quadam Cypro appulsum comprehendisse, mortarioque sive pila (ut hic dicitur) impositum pistillis ferreis contundi jussisse: exsecta etiam lingua, ne conviciis, quibus etiam inter suppliciatyrannum incessebat, diutius molestus esset. MICYLL. Anaxarchus Abderites, infensum habens Niocreontem Cypri Tyrannum, ab eo comprehensus, & in pilam conjectus est, ibique ferreis pistillis contusus adeo patienter asperrimos illos cruciatus pertulit, ut dictum illud memorabile ingeminaret: *Tunde, tunde, Anaxarchi follem, Anaxarchum non tundis.* Ad ultimum amputationem linguae minitante Tyranno protinus abscissam dentibus & commanducatam in os ejus impatiens expuit. ex Diogene Laërtio in Anaxarchi vita. Plutarcho de Virtute morali. Clemente Alexandrino Stromatum lib. IV. Celso apud Origenem lib. VIII. Philone Judaeo, Gregorio Nazianzeno Epist. 58. Ex Latinis, Valerio Maximo lib. III. cap. 3. Plinio lib. VII. cap. 23. Tertulliano in Apologetico. Quod etiam Tullius obiter tangit lib. III. de Natura Deorum. Item lib. II. Tuscular. quaest. Observavit autem Paulus Leopardus Emendationum lib. XVIII. cap. 7. hoc loco *solidis* legendum, pro *solutis*, ut per solidas fruges intelligantur *ἀκεράμους* & *ἀνόβολα*, id est, immites ac duras. SALVAGN. Memoriae vitio hoc de Zenone narrat Ammian. Marc. XIV. 9. v. Vales. & Menag. ad Laërt. IX. 59. *Solidis* vero non mutandum vidimus ad I. Art. 94. non vero nondum immites, sed integras intelligo, imminutas & contusas. & ita fere semper *solida* dicuntur integra, ut *solidus dies* Horat. I. Od. I. Statio lib. IV. Sil. III. 36. & Censorin. cap. XI. *imago Lunae* Nosler lib. VII. Met. 181. *solida* fides II. 640. *tetum & solidum* virginitatem dicit Tertul. de Monogam. cap. 3. BURM.

573. *Pila minuaris in alta.*] Quia apud majores nostros molarum non erat usus, ut ait Servius in lib. I. Aeneid. frumenta torrebant, & in pilas

Sic tibi claudatur pollice vocis iter.
Aut ut Anaxarchus pilâ minuaris in altâ,
Istaque pro solidis frugibus ossa sonent.
575 Utque patrem Psamathes, condat te Phoebus in ima
Tartara, quod natae fecerat ille suae.

In-

Inque tuos ea pestis ear, quam dexira Choroebi
Vicit, opem miseris Argolicisque tulit.

Ut-

pilas mitis pinsebant, unde & pinsores dicti, qui nunc pistores vocantur. Quod etiam Naso tradit lib. VI. Fastor:

Sola prius farris torrebant farra colonæ,
Et Fornacali sunt facta sacra Deæ.

Hinc *fornacarius* servus pro pistrinario apud Ulpianum in l. 81. §. *si fornacarius*, ff. *ad legem Aquiliam*, ut restituimus quidem sententia Budæus emendant, & fornacator in l. continetur, 14. ff. de iniur. vel injurm. leg. Quin etiam Dea Fornax ob hanc causam colebatur, & fornacalia festa 21. Kal. Mart. celebrabantur, de quibus Ovidius iisdem Fastorum libris:

Est Dea, qui Fornax, lassi Fornacis tutami
Cerere, ut cures tempora illa suos.
Curio Sacrificus nunc Fornacalia verbis
Mentiens indicit, nec sua sacra facit.

Eadem meminit Lactantius, ut & Fornacaliorum Festus his verbis: *Fornacalia fuerunt instituta quas fornis torrendi gratia, quod ad fornacem, quæ in pistrinis erat, farrisinum fari solebat. Fornacalia sacra erant, cum far in fornacibus torrebant.* Porro sacra etiam in honorem Vestæ instituta sunt, quod farra solummodo in furnis Vestæ, hoc est, ignis beneficio torreri consuerunt. Tandem molarum usus à Mysia sive Nysiade reperius est, ut Pausanias author est in Laconicis, & Stephanus in *Μυλωνίς*. Ac primum jumentorum vel servorum opera circumagebantur; unde pistrinum pro opere & munere ingenuis laboris, molestiæ ac negotii pleno usurpatur. Deinde molarum aquatarum usus excogitatus est, de quo dubium est, an veteribus etiam Romanis cognitus fuerit. Procopius enim tradit Belisarium Justiniani Ducem Romæ à Gothis obsessæ rationem invenisse, ut molæ aqua agitatæ frumentum comminuerent. At jam earum meminerat Imperator Zeno in l. decretionis, *C. de Aquæ ductu* lib. II. ubi eas *aquas molas* appellat. Imo Plinius lib. XVIII. cap. 13. earum mentionem facit his verbis: *Major pars Italiæ rudis usitur pilo, reliqui etiam quas aquæ versatiles molunt.* Unde Vido Panciroli lib. 22. libri Rerum recens inventarum, usum earum aliquandiu intermissum, postea vero à Belisario renovatum existimat. SALVAGN. *In ima* Regius & Petav. & quinque alii *in una*. Sarrav. & tres alii, pro *jactaque* *laetaque* Francof. duo alii & prima editio. Heinsius conjecerat *Eractaque*.

575. *Utque patrem Samum.*] Sameus filium habuit nomine Leucolicum, à Phœbo adamatam, quam ob eadem pater ipsam defodit. Phœbus in ultionem puellæ Sameum interfecit. INTERPRET. Parum putum figmentum. SALVAGN. In nonnullis codicibus sic lego, *atque patrem Pfamathes*, quæ lectio magis probanda. Pfamathe enim Crotopi Argivorum Regis filia fuit, quæ quoniam ex Apollinis complexu filium peperisset Linum nomine, jussu patris sibi mortem consivit. lege Statium & ejus commentarium lib. II. Theb. qui tamen Crotopi ab Apolline interempti nullam faciunt mentionem. CONST. FAN.

575. *Utque patrem Pfamathes.*] In Aldinis legitur, ut de Crotopo Pfamathes patre, cujus crudelitate Linus infans expositus, & à canibus laceratus fuit, intelligatur. Et hanc lectionem etiam probabilem facit id quod statim sequitur de Corœbo, de quo Pausanias in Atticis cap. 43. in hunc modum scribit: Ἔτι Κροτόπου λόγος ἐν Ἄργει πανδήμου, Ψαμάθης τῆς Κροτόπου παῖς παῖδα ἐξ Ἀπόλλωνος, ἐγχρίμψασα δὲ ἐν χρόνῳ τοῦ πατρὸς δόξαν τὸ παιδίον ἐκθεῖναι. καὶ τὸ μὲν ἐκθεῖναι ἐπιτρέψαι τὸν πατέρα τῆς παιδὸς αὐτῆς τοῦ Κροτόπου, Ἀπόλλωνα δὲ Ἀργείοις ἐς τὸν πόλεμον πέμψαι Πυθοῦ, τοιαῦτα, τοῖς παῖδας ἀπὸ τῶν μητέρων φασὶν ἀφαιρεῖσθαι, ἐς ὃ ἐξεμάνη ἐν χρόνῳ Ἀργείοις φόνος ὑπὸ τῆς Πυθίας. Φοίνικας δὲ ἐν τῇ κάτω πόλει τῶν Ἑλλήνων ἐπιστρατεύσαντας λαμβάνει, ἐξ ἀναγκῆς πάντας ἐκείνους ἐπιστρεψάντας ἐς τὴν φίλην τῶν Ἑλλήνων. ἐν δὲ τῷ Ἄργει ἀπεκρίνατο ἐν τῷ ἔτει τῷ ἑξηκοστῷ ἐξ ἀφικόμενος φόνος ἐπιλήψεται ἐν τῷ ἔτει τῷ ἑξηκοστῷ ἐξ ἐκείνου τὸ φόνου ὁ φόνος, ἐπειδὴ ἀπολωλεκότας τοὺς, καὶ αὐτοὺς ἀπέκτειναν, &c. Vides hæc per omnia convenire huic loco, nisi quod de interitu ac cæde Crotopi mentio apud nulla fit. Verisimile autem est, & Crotopum eadem hac peste, aut etiam ab ipso Apolline, neci datum: & ab eodem antea filiam ob vitium oblatum interempsam, alicubi lectum esse. Idque hic Ovidium secutum. MICYLL. Crotopum Argivorum Regem, cujus filia Pfamathe Linum ex Apolline clam pepererat, quem negligentia pastorum, apud quos educaretur, à canibus discerptum supra diximus ad versum 383. Crotopus cognito filiæ partu ipsam morte affecit, ut canit Papinius lib. I. Thebaidos, 590. his versibus:

—— Hic vero attonitus ut nuntius aures
Matris adit, pulsi ex animo genitorque furorque,
Et metus; ipsa ultro fœvit plangoribus amens
Tecta replet, vacuumque ferens velamine pectus
Occurrit confessa patri; nec motus, ut atro
Imperat, infandum, supientem accumbere lecto.

Ovidius addit Phœbum de Crotopo ipso pœnas exegisse; nam & Argivis omnibus infensum fuisse proximo dulicho videbimus. SALVAGN. Scribe *Pfamathes* ex Photio. HEINS. *Samatis* Jureti & quatuor. *Samatet* Petav. *Salmacis atque patrem* duo. vid. Lutatium ad Stat. I Theb. 570. & VI. 64. & Conon. Narr. XIX. pro *in ima* & hic *in alta* Gallicus liber. *fecerat illa* etiam scripti & editi plures. *quæ natat* unus Heinsii. BURM.

577. *Inque tuos.*] Choroebus monstrum profligavit, quod infantes è matrum sinu raptos devorabat. INTERPRET. Hic Coroebus non est ille, qui inter viros stultitia insignes memoratur, in quorum numero Mammacuthos, Militides & Bucallon recensentur, ut testis est Aristophanis commentator in Ranis. Scribit enim Zenobius in collectaneis Adagiorum, Corœbum Mygdonis filium, Trojani Belli tempore in lucem editum, tantæ fatuitatis fuisse, ut maris fluctus numeraret, unde proverbium in insanientes exiit, Κορίβου ἐλεεινότερος, id est, *Corœbo fatidior*. Ejus autem, quem Ovidius memorat, sepulchrum Megaris fuisse Pausanias in Atticis scribit, de quo nonnulla Statianus interpres in secundum. CONST. FAN. Pausanias in Atticis, pag. 42. editionis Wechelianæ: *Regnante Argis Crotopo, ejus filiam Pfamathen tradunt puerum, quem ex Apolline pepererat, ut patrem à que sibi plurimum metuebat celare, exposuisse. Cumque ita accidisset ut à canibus Regii pecoris custodibus discerperetur, Apollinem Argivis diram quandam bellum immisisse. Poenam ipsi appellarunt, quas è matrum gremiis infantes rapiebat: Monstrum vero illud Choroebum Argivorum miseria addictum confecisse.* Statius lib. I. Thebaidos ℣. 596. hoc monstrum graphice describit his versibus, quos licet plusculos, quia vice Commentarii sunt, hic adscribendos putavi.

Sire memor thalami mœstæ solatia matri
Phœbo parat, monstrum infandis Acheronte sub imo
Conceptum Eumenidum thalamis, cui Virginis ora
Pectusque, æternum stridens à vertice surgit,
Et sanguineam frontem discriminat anguis.
Hanc tam dira lues nocturno squalida passu
Illabi thalamis, animasque à stirpe recentes
Arripere ulricum gremiis, morsque cruento
Devoti, & multum patrio pinguescere luctu.
Haud tulit armorum præsans animique Choroebus,
Seque ultro lectis juvenum, qui robore primi
Venum pestbabita faciles extendere vita
Obtulit. Illa novos ibat populata nepotes
Pertarum in bivio; lateri duo corpora parvum
Dependens, & jam unca manus vitalibus hæret;
Ferratique ungues tenero sub corde tepescunt.
Obvius huic latus omne virum stipantia corona
It juvenis, ferrumque ingens sub pectore diro
Condidit, atque imas animæ mucrone corusco
Scrutatus latebras, tandem sua monstra profundo
Reddit habere Jovi ——

Ovidius *pestem* appellat, ut Statius *luem*, quod est exitium præsens, pernicies & calamitas certissima, quo nomine interna monstra proprie dicuntur. Sic enim Ennius apud Ciceronem lib. IV. Academicarum Quæstionum, Virgilius lib. VII. & Claudianus lib. I. in Rufinum Furias vocant, quemadmodum Græcis λοιμὸς Metaphorice dicitur, pro eo quod est φθοροποιὸς, ut Hesychius exponit, sive φθορεὺς, ut Suidas. Adeo ut Obertus Gifanius, vir eruditus, in Indice Lucretiano, existimet eos barbarizare, qui hac voce pro morbo, quem veteres constanter *pestilentiam* vocant, utuntur, cui Casperius Gevartius Electorum, lib. II. cap. 5. & Fridericus Gronovius Observationum, lib. III. cap. 15. assentiuntur. Sed non ego credulus illis. Ennius enim, qui teste Cicerone lib. de Oratore, non discedit à communi more verborum, hanc vocem pro *pestilentia* sive *pestilitate*, ut Lucilius & Lucretius loquuntur, usurpavit hoc versu apud Priscianum lib. IX.

Hos pestis necuit, pars occidit illa duellis,

Et Horatius, idoneus latinitatis Author, Ode 27. lib. I. ubi de tribus illis horribilibus malis nempe bello, fame, & pestilentia:

Hic bellum lacrymosum, hic miseram famem,
Pestemque à populo & Principe Cæsare, in
Persas atque Britannos
Vestra motus aget prece.

Justinus etiam lib. XX. *Ob hæc enim peste & seditionibus vexarentur, priores Crotoniates Delphicum oraculum adierunt.* Atque alii prope innumerabiles Latinæ Linguæ authores. Hæc autem libenter à me vindicata sunt, quod studiosis consultum vellem, ne qua deinceps dubitatio scribentes oratione astricta remoretur, soluta enim libentius *pestilentia* uterer. SALVAGN.

579. *Utque nepos Æthræ.*] Idest, Hippolytus. INTERPRET. Hippolytus ex Thesco patre nepos Æthræ, qui dum cœlibem vitam ducens sese venatu exerceret, & constanti animo mulieres spemeret, à Phædra noverca patre absente turpiter amatus est, cujus desiderio cum obtemperare noluisset, reverso patre noverca sese ab eo interpellatam finxit: Theseus in furorem versus filium urbe

Utque nepos Æthræ, Veneris periturus ob iram,
580 Exsul ab attonitis excutiaris equis.

Pro-

Propter opes magnas ut perdidit hospes alumnum,
Perdat ob exiguas te tuus hospes opes.
Utque ferunt fratres sex cum Damasichtone caesos,
Intereat tecum sic genus omne tuum.

585 Ad-

nube cum detestatione expulit. Ille conscenso curru rugam arripuit, sed cum juxta litus proficisceretur, equi horrendo phocae è mari emergentis aspectu contuiti, ipsum per scopulos & sentes rapuerunt tanto impetu, ut compagibus dissolutis infelicem juvenem foris implicitum discerpserint, adeo ut ossibus vix ullis nec unus arcubus cohaserint. Fabula sive historia notat ex Nasone l. xv. Metamorph. item lib. iii. & vi. Fast. Euripide & Seneca in Hippolyto, Virgilio lib. vii. Æneid. Hygino fab. 47. Diodoro Siculo lib. v. Plutarcho in Parallelis, histor. 32. Lactantio, qui fabulam videt lib. i. Divinarum institutionum, cap. 17. Sed enim Trœzenii apud Pausaniam in Corinthiacis negabant Hippolytum ab equis discerptum esse, nec ullo in loco Sepulcrum illius extare affirmabant. Verum ille à Dis eum honorem habitum, ut in sidérum numerum relatus, idem ipse sit, qui Auriga cœlestis dicitur. Hippolyti vero nomen dictum est ab eventu; est enim ἵππος ἀγείν, *Equos solvere*, quod ridiculum putat Ausonius Epigram. 19. quasi fatum praesciverit, qui nomen indiderunt, cum scribit in Meroën, nam ἀπόλυσις:

Qui solvunt Martis nomen tibi condidit, ille
Tesphat nomen condidit Hippolyto.
Nam dissonare est nomen componere, quod si
Revoces, nomen, sol novit indicium.

Nec omittam B. Hippolytum pro confessione fidei sub Valeriano Imperatore, praeter alia tormenta, pedibus ligatis ad colla indomitorum equorum per sentes & rubos miserè distractum, Romae Idibus Augusti Martyrium consummasse, quemadmodum Martyrologia testantur. Quod Sepulcrum *Veneris moribundae ab iram*, id vero negotium facessit. An Ovidius alludit ad rem illud odium, quo Venus Solem & ejus posteros prosequebatur, de quo sic Hyginus fab. 148. *Sol autem Venus ob iudicium ad progeniem ejus semper fuit iniquus.* Servius in Eclogam vi. Virgilii *de Pasiphae loquens, Cui irata fuitset Veneris, quae Solem, quod Martem, ut quidam volunt, Anchisen, aut ut alii, Martis conjunctum prodidisset, soboles ejus inhonestis amoribus subjecit, ut Circen, Medeam, Pasiphaen.* Idem eadem scribit ad lib. vi. Æneid. ut & Euripidis Scholiastes in Hippolytum, Valerius Flaccus lib. vi. Argonaut. de Venere:

Sensit Diva dolos, jampridem sponte requirens
Colchida, et invisi genus omne excindere Phoebi,

Tum vero optatis potitur ——

Phaedra ipsa apud Senecam in Hippolyto:

Sirpem prosa Solis invisi Venus,
Per nos catenas vindicat Martis sui.

Et de ipsa etiam nominatim Fulgentius lib. ii. Mytholog. *Venus enim cum Marte concubuit, quem Sol inveniens Vulcano prodidit. Illa adamantine catenas affecit, ambosque religans, Diis turpiter jacentes ostendit. Illa delicias quinque filias Solis amore secundit, id est, Pasiphaën, Medeam, Phaedram, Circen, Dircen.* Idemque produnt Nonnus Dionysiac. lib. xxxiii. Eustathius in viii. Iliad. Quo pertinet illud Phaedrae scribentis ad Hippolytum, apud Ovidium nostrum:

Forsitam hunc fato generis reddamus amorem,
Et Venus ex tota gente vetusta peset.

Quamobrem Hippolytus ob indignationem Veneris periisse videtur, cum illa Phaedram novercam in ejus amorem stimularit, quae ab eo repulsam passa praeoccupavit Thesei auribus, crimen, quod erat ipsius proprium, in illum transtulit. An Hippolytus ob iram Veneris interemptus dicitur, quod ab ipso Dea contemneretur, velut innuere videtur Ovidius lib. v. Fastorum:

Hippolyte infelix, nullos coluisse Dianam,
Cum conflavaris diripieris equis.

Idque fusius declarat Euripides in Hippolyto coronato, apud quem Diana indigne ferens innocentissimi adolescentis interitum, cujus culpa omnis haerebat in Venere, minatur non impune ferendam: nam se quoque interfecturam aliquem, qui Veneri eximiè carus sit, ut ipsam pari dolore afficiat. SALVAGN. *Veneris parituras* meliores. Heins. *ob iram* etiam Regis unus. *moribundae* editi quidam & ipsum scripti.

561. *Propter opes ninias.*] Polydorum dicit à Polymnestore occisum. INTERPRET. Vatic. & Mass. *opes magnas.* placet. lib. xiii. Metamorph.

—— *Polymnestoris illic*
Regia diva erat, cui te commisit alendum
Clam, Polydore, pater, Phrygiique timuit ab armis
Consilium sapiens, foederis nisi praemia magnas
Adjecisset opes, animi iniitamen avari.

De Polydoro, & Polymnestore, lib. iii. Aeneid. & in Hecuba Euripidis. CIOFAN. Per hospitem Polymnestor, per alumnum Polydorus intelligendi. Priamus enim Regni sui eversionem proficiens, Polydorum ex Hecuba filium natu miniens, Polymnestorem generum, Thraciae Regem ad Polymnestorem generum, Thraciae Regem, clam educandum misit, cum magno auri pondere, unde Trojanorum opes aliquando instaurarentur. Ille potiundi auri cupidus alumnum trucidavit, ut videre est apud Euripidem in Hecuba, Virgilium lib. iii. Æneid. Ovidium noctis, lib. xiii. Metam. qui jam ante mentionem fecerat versu 269. ubi de Polymnestoris occaecatione. SALVAGN. *Opes ninias* Sarrav. & unus Heinsii & quidam editi. *minimas* Regius unus. *ut parvias hospes* Bonon.

563. *Utque ferunt fratres.*] De Niobe, & filiis & filiabus suis nota est fabula. INTERPRET. Sex quaternis quinque: versibus una eademque fabula continetur. Niobe Amphionis Thebarum Regis uxor numerosa sobole, puta septem maribus, quorum unus fuit Damasichton, & puellis totidem, eo usque gloriabatur, ut non solum ausa esset Latonam in contentionem felicitatis provocare, sed etiam contumeliis adeo lacessere, ut Apollo filios, Diana filias sagittis confecerint. Quam fabulam copiose pertractat Ovidius lib. vi. Metamorph. Eamque commemorant Homerus Iliad. 6. Diodorus Siculus lib. iv. Bibliothecae, Apollodorus lib. iii. Ælianus lib. xii. cap. 36. de varia historia, Pausanias in Bocotiacis, & Corinthiacis, Plutarchus lib. de Superstitione, Libanius duabus Ethiopicis, Hyginus fab. 9. Aliique passim, quos inter de numero liberorum non convenit. SALVAGN. *Utque ferunt natos septem natasque perempta* unus Heins. *ferunt natos* etiam tres & prima editio. *tota cum* quinque. *interest totum* editi aliquot.

565. *Addidit ut fidicen.*] Id est Amphion, pater eorum, qui seipsum prae dolore interfecit. INTERPRET. Amphion simul ac didicit, quo pacto liberi miserandum in modum interiissent, vitae pertaesus gladium sibi in viscera adegit, teste Ovidio ipso lib. vi. Metamorph.

Natus pater Amphion, ferro per pectus adacto,
Finitus moriens pariter cum luce dolores.

Fidicen dicitur notâ fabulâ, de quâ praeter alios Horatius in Arte Poëtica:

Dictus & Amphion, Thebanae conditor urbis,
Saxa movere sono testudinis, & prece blanda
Ducere quo vellet.

SALVAGN.

566. *Taedia justa.*] *Justa* vel *victa* Petav.

565 Addidit ut fidicen miseris sua funera natis,
Sic tibi sint vitae taedia justa tuae.
Uve soror Pelopis, saxo dureris oborto,
Et lacsus lingua Battus ab ipse suâ.

Aë-

567. *Utque soror Pelopis.*] Id est, Niobe, quae in saxum mutata est, ut Ovidius scribit. INTERPRET. Niobe viso tot liberorum interitu, prae dolore in saxum obriguit, quod in Sipylum Phrygiae montem per turbinem translatum, lacrymas hodieque profundit, ut author est Ovidius eodem libro Metamorph. in his:

—— *intra quoque viscera saxum est,*
Flet tamen, & validi circumdata turbine venti,
In patriam rapta est, ubi fixa cacumine montis
Liquitur, & lacrymas etiam nunc marmora manant.

Quin etiam Pausanias in Atticis, scribit praeruptam esse crepidinem in Sipylo, quae, si propius existas, neque lugentis neque mulieris speciem praeferat, sin procul, & mulier, & lugens videatur. Fabulae meminerunt Callimachus, Hymno in Apollinem, Q. Smyrnaeus lib. i. Paralipomenon, Cicero lib. iii. Tusculanarum quaestionum. Aliique innumeri. Pelopis vero sororem dixit Ovidius, quoniam ut ipsa de se loquitur lib. vi. Metamorph.

—— *mihi Tantalus auctor,*
Cui licuit soli superorum tangere mensas.

Tantalus autem Pelopis pater. Mirum illud apud Vocontios nostros Nioben divinos honores consecutam esse, cujus statuam plurimis instar in Sacello cujusdam vici non longe à Vasione oppido in comitatu Venascino Pontificiae ditionis positam, Vicani sub nomine Sanctae *Niobae* memoria etiam nostra colere, & superstitiose ad eliciendam pluviam circumferre solebant, donec re cognita Josephus Suaresius Episcopus Vasionensis, vir antiquitatis peritissimus, ante aliquot annos statuam confringendam, & superstitionem abolendam curavit. SALVAGN. *Saxo indureris* Petavian. & alius. *adorto* plurimi.

588. *Et lacsus lingua.*] Battus furtum Mercurii prodidit, à quo fuit versus in silicem. INTERPRET. Fabulantur Mercurium, Apollinis armentum pascentis, boves abegisse, nemine teste praeter Battum, cui Mercurius vaccam dederat, ne furtum proderet. Cum autem Mercurius hominis fidem experiri vellet, mutatâ formâ duplicique praemio proposito, pro indicando furto inconstantiam & perfidiam Batti cognovit, eumque in Silicem convertit, *qui nunc quoque dicitur Index*, ut narrat Ovidius lib. ii. Metamorphoseon, & Antoninus Liberalis Fab. 23. qui scribit Mercurium abegisse buculas duodecim, boves injuges centum,

Aëra si misso vacuum jaculabere disco,
Quo puer Oebalides, ictus ab orbe cadas.
Si qua per alternos pulsabitur unda lacertos,

Omnis

Omnis Abydenâ sit tibi pejor aquâ.
Comicus ut mediis periit, dum nabat, in undis,
Et tua sic Stygius strangulet ora liquor,

Aut

tum, cum tauro armenti marito, & singulorum caudis aliquid materiae sylvestris appendisse, ad delenda vestigia. Ceterum Raphaël Regius, Metamorphoseon Ovidianarum enarrator, Silicem Indicem pro lapide auri exploratorio capit, qui Lydius lapis, & Plinio coticula dicitur, sed à Jacobo Micyllo refellitur, de quo Raphaële pretium operae est adscribere, quae apud Erasmum leguntur lib. xx. Epistolarum. *Patavii neminem vidi celebrem praeter Raphaëlem Regium, hominem admodum natu grandem, sed cruda viro viridisque senectus. Erat enim, ut opinor, non minor annis 70. & tamen nulla fuit hyems tam aspera, quin ille mane hora septima adiret Marcum Musurum Graece profitentem, qui toto anno vix quatuor intermittebat dies, quin publice profiteretur. Juvenes hyemis rigorem ferre non poterant. Illum senem nec pudor nec hyems abigebat ab auditorio.* SALVAGN.

589. *Aëra si misso.*] Hyacinthus Oebali filius à Phoebo dilectus, & per imprudentiam ab eodem occisus. INTERPRES. Hyacinthum ab Apolline disco percussum interiisse, cum Spartae ad Eurotae ripam hujusmodi ludo certarent, notum ex Ovidio lib. x. Metamorph. Nicandro in Theriacis, Palaephato, Philostrato, Joanne Tzetze, & aliis. Discus vel ferreus vel lapideus vel ligneus erat, ita dictus à δίσκειν, id est, βάλλειν, ut tradit Eustathius in Homerum, pag. 344. & 1591. editionis Romanae, isque foramen habebat in medio ut amento circumnexus, cum lacertorum viribus, tum arte quadam emitteretur; eoque bifariam certabatur, quis longius projecisset, vel quis propius termino. Erat autem δισκοβολία tertium genus certaminis Gymnici, de quo videndi Hieronymus Mercurialis de Arte Gymnastica, lib. II. cap. XI. & Petrus Faber San-Jorrianus Agonisticon, lib. II. cap. I. neque vero tantum Graecis sed etiam Romanis hujusmodi ludus in usu fuit. Hinc Horatius Ode 8. lib. I. *Saepe disco, saepe trans finem jaculo nobilis expedito.* Ceterum Hyacinthus *Oebalides* ab Ovidio dictus, sive ab Oebalo patre, ut Lucianus ac Philostratus volunt, sive ab Oebalia Laconiae urbe. Ovidius enim Pausanias, Nicander ac Tzetzes, non Oebali, sed Amyclae Regis Lacedaemoniorum filium faciunt. SALVAGN. *Aëra submisso* SARRAV. & tres. *dissusso* Petav. alter. *Sic misso* Regius. *Liquidum* etiam Sarrav. & nonnulli: de verbo *jaculari* egimus supra ad 5. 49.

591. *Si qua per alternos.*] Leandrum tangit. INTERPRES. Notantur his sex versibus, qui vel natando vel navigando submersi sunt, aut qui naufragio in mare sunt ejecti. Hoc disticho, historia Leandri tangitur, quem produnt Herus amore captum, ad illam noctu ex Abydo Asiae oppido, in Hellesponti littore posito, ad Seston Thraciae urbem ex adverso sitam nare solitum, tandem fluctuum ac ventorum vi obrutum. Qua de re lepidissimum extat Musaei Poëmation. Historia protrita. SALVAGN. *Jactabitur* Gallicus, *jaculabitur* Moreti.

593. *Comicus ut liquidis.*] Menander Comicus Atheniensis, dum in Piraceo portu nataret, submersus est, de quo nobilissimae à Graecis editae traduntur Elegiae, & à Callimacho Epigramma. INTERPRES. Non nescio de Terentio hic esse quosdam suspicatos: sed quid si Eupolim intelligas, quem constat ex Aristophanis commentario ab his, in quos Baptas, acerbissimam comoediam, scripserat, mari immersum suffocatumque, qui comicus per excellentiam appellari potuerit. EGNATIUS. De Terentio intelligendum Philippus Beroaldus opinatur, qui cum è Graecia rediens navem adscendisset, naufragio perit, autore Donato. Alii scribunt illum editis sex, quae extant, comoediis iter in Asiam facturum navem introisse, nec amplius visum. unde creditum est a tempestate fuisse submersum. Sed ego quibusdam doctus rationibus interpretationem hanc amplio. CONST. FAN. An Menander intelligendus, an Eupolis, an denique Terentius, omnes Comici. Menander enim Comicus Atheniensis, inquit vetus Interpres, dum in Piraceo portu nataret, submersus est, de quo nobilissimae à Graecis editae traduntur Elegiae, & à Callimacho Epigramma. Quamobrem Domitius etiam de Menandro interpretatur. Isque novae Comoediae Poëtarum facile Princeps habitus est, unde κατ' ἐξοχὴν Comicus appellari videatur. Sed & Eupolin, priscae Comoediae Scriptorem, cum Baptas fabulam docuisset, ejectum fuisse in mare ab iis, in quos fabulam composuerat, Platonius in Prolegomenis ad Aristophanem scriptum reliquit. Quin etiam Tullius Epist. I. lib. VI. ad Atticum, mortem ipsius his verbis perstringit. *Quis enim non dixit, Ευπολιν τὸν τῆς ἀρχαίας, ab Alcibiade navigante in Siciliam dejectum in mare. Redarguit Eratosthenes, affert enim quas ille post id tempus fabulas docuerit.* Suidas autem eo bello submersum prodidit, quod in Hellesponto contra Lacedaemonios gestum est, in quo mox edicto cautum sit, ne quis Poëta deinceps stipendia militaria faceret. Verum Aelianus lib. de Animalibus, Eupolin in Aegina decessisse, ibique sepultum, & canem Augeam ad ipsius tumulum diu luxisse, ac demum tabe & moerore extinctum scribit. Quanquam Pausanias in Corinthiacis, quâ ex Corinthiaco agro in Sicyonium iter est, Eupolidis sepulchrum fuisse tradit. Priorem tamen sententiam secuti Baptista Egnatius, Franciscus Sanctius, Adrianus Turnebus Adversar. lib. IX. cap. 25. Andreas Schottus Observationum lib. II. cap. 32. hunc Ovidii locum ad Eupolin referunt, quibus ego vix assentior: Ovidius enim Comicum suum, quicunque ille est, natando submersum dicit, quod aperte significare videtur illud, *dum nabat*, nisi forte eodem sensu accipiendum, quo Virgilianum illud ex lib. IV. Georgicôn, de Eurydice:

Illa quidem Stygia nabat jam frigida cymba,

Pro eo quod est *vehebatur*, contra quam Eupolidi accidisse proditum est. Duriuscula namque videtur interpretatio Turnebi, sentientis Eupolin, postquam in undas cecidisset, depressa vel fracta navi, natando interiisse. Ad Terentium quod attinet, Q. Consetius apud Aelium Donatum in ejus vita, redeuntem ipsum è Graecia periisse in mari dicit, cum centum & octo fabulis conversis à Menandro. Volcatius autem, nunquam visum, cum iter in Asiam facturus navim semel conscendisset. Quamobrem Zarottus & Philippus Beroaldus in eo libro, quem Annotationes inscripsit, Terentium à Nasone significari putant, adeo ut Beroaldus haec adjecerit: *Unde vehementer illorum doctrinam desidero, qui in hujus loci enarratione interpretamenta nugatoria commenti sunt.* Ego certe Menandrum cum veteri Interprete malim intelligere, cujus quidem sepulcrum in Attica ostendi venientibus ex Piraeeo Pausanias initio Atticorum author est, ex quo patet haud absimile veri esse, quod idem Interpres de Menandri interitu prodidit. Ceterum Ovidii votum Menandri exitio plenius; Menander enim *liquidis*, hoc est puris aquis, interiit; Ibis autem *Stygiis*, hoc est venenatis, periturus. Enimvero Styx illa decantata ex praerupta Arcadiae rupe in Pheneatarum finibus juxta Nonacris oppiduli ruinas in saxum guttatim cadit; inde permeato saxo in Crathin fluvium delabitur: Mortifera illa quidem cum homini, tum cuivis alii animantium generi, cujus veneni tanta vis est, ut non aere, non ferro, non testa contineatur, equi ungulae duntaxat patiens, ut Pausanias in Arcadicis, & Justinus lib. XII. scribunt, aut muli, ut Arrianus & Plinius in fine lib. XXX. item Vitruvius lib. VIII. aut asini, ut Plutarchus in Alexandro, quod Aelianus lib. X. cap. 40. Historiae Animalium, ad asinum Scythicum refert. Curtius autem in fine lib. IX. ungulam jumenti dicens, rem in medio reliquit. Cujus aquae veneno, sunt qui Alexandrum Macedonem magna Aristotelis infamia enectum scribunt. Nasoni vero *Stygius liquor* proprie dictus, quoniam Graecis Στυγὸς ὕδωρ appellatur. Herodotus lib. VI. de Nonacri loquens, ἐν δὲ ταύτῃ τῇ πόλει λέγεται εἶναι ὑπ' Ἀρκάδων τὸ Στυγὸς ὕδωρ, &c. *In hac autem urbe ab Arcadibus fertur esse Stygis aqua*, Strabo lib. VIII. περὶ Φενεὸν δ' ἐστι καὶ τὸ καλούμενον Στυγὸς ὕδωρ, λιβάδιον ὀλεθρίου ὕδατος· νομιζόμενον ἱερόν. *Propter Pheneum est etiam ea, quae Stygis dicitur aqua, stillicidium aquae perniciosae, quam sacram habent*, Plutarchus libro περὶ τοῦ πρώτου ψυχροῦ, de Primo Frigido, ὡς περὶ τὸ Ταίναρον, ὃ δὴ Στυγὸς ὕδωρ καλοῦσιν, ἐκ πέτρας γλισχρῶς συλλειβόμενον οὕτως ψυχρὸν, ὥς τε μηδὲν ἀγγεῖον ἄλλο, μόνῳ δὲ ὁπλὴν ὄνου στέγειν, τὰ δὲ ἄλλα διακόπτει καὶ ῥήγνυσι. *Velut ad Taenarum, quam appellant Stygis aquam, de saxo exiliter scatentem, cujus rigor tantus est, ut alio vase nullo, sed asinina duntaxat ungula, contineatur, cetera frangat atque rumpat.* Quo quidem loco pro περὶ τὸ Ταίναρον legendum existimo περὶ Φενεὸν, aut potius περὶ Νώνακριν. Nam Στυγὸς ὕδωρ in Arcadia; Taenarus autem promontorium est in Laconia. Error sine dubio natus ex eo, quod Poëtae Stygem inferorum finxerunt, praeterea & in Taenaro antrum esse ad inferos deducens, de quo Virgilius lib. IV. Georgicôn. *Taenarias etiam fauces alta ostia Ditis*, Plutarchus vero de stillicidio Arcadiae manifesto loquitur, de quo etiam Vitruvius libro laudato. *Est in Arcadia Nonacris nominata terrae regio, quae habet in montibus è saxo stillantes frigidissimos humores. Haec autem aqua Στυγὸς ὕδωρ nominatur, quam neque argenteum, neque aeneum, neque ferreum vas potest sustinere, sed dissilit & dissipatur*, &c. SALVAG. *Comicus ut liquidis* (sive *mediis*, ut alii) *periit, dum nabat in undis.*) Suidas, Εὔπολις, Ἀθηναῖος κωμικός. οὗτος ιζ. ἐτῶν γεγονὼς, ἤρξατο ἐπιδείκνυσθαι, δὲ ἐδίδαξε δράματα ιζ. ἐνίκησε δὲ ζ. καὶ ἀπέθανε ναυαγήσας κατὰ τὸν Ἑλλήσποντον ἐν τῷ πρὸς Λακεδαιμονίους πολέμῳ. καὶ ἐκ τούτου ἐκωλύθη στρατεύεσθαι ποιητήν. Platonius autem de differentiis Comoediarum, ἴσμεν γοῦν, inquit, τὸν Εὔπολιν, ἐπὶ τῷ διδάξαι τοὺς Βάπτας, ἀποπνιγέντα εἰς τὴν θάλασσαν ὑπ' ἐκείνων, εἰς οὓς καθῆκε τοὺς Βάπτας καὶ διὰ τοῦτο ὀκνηρότεροι πρὸς τὰ σκώμματα ἐγένοντο. Sed Ovidius priorem traditionem secutus videtur. MICYLL.

593. *Mediis.*] *Liquidis* fere omnes scripti, & quatuor etiam seq. versu pro *Stygius*, habent, *liquidus*. Vide ad III. ex Pont. VII. 28. *dum navis* duo.

595.

595 Aut ubi ventosum superaris naufragus aequor
Contacta pereas, ut Palinurus, humo.
Utque cothurnatum vatem, turela Dianae,
Dilanient vigilum te quoque turba canum.
Aut ut Trinacrius, saltas super ora gigantis,

Plu-

595. *Aut ubi ventosum.*] Palinurus Æneanæ gubernator, cum navis naufragio, à Velenbus in mare ejiciebatur. INTERPRET. Palinurus fuit navis Æneæ gubernator, quem navi evolutum, & ventis fluctibus agitatum, cum terræ proximum adhæsit, & jam montis cacumen prehendit ceteris ipse fluctis absorbuit, latronum vis invasit, & occidens in mare deturbavit. Ex Virgilio lib. VI. Æneidos, apud quem Palinurus Æneæ etiam exponit. SALVAGN. *Separabit unus fluctus & edax aliquot.*

597. *Utque cothurnatum.*] Euripides à canibus dilaceratus. INTERPRET. Quod Domitius de Euripide scripsit, bene certe interpretatus est, illud addidisse velim, quod Arbeus Macedon, & Cornelius Tacitus, poetam dum invidens gloriæ, cœtus à Lycimacho Archelai servo immittendos curavit, qui Secum illum invaderent, & laniarent. Non desiit tamen, qui illum à locutis discriptum prædicaret, dum intempestive ad Cœnam Archelai amasium profiscitur. Sed cum illi, dum Nicidii uxorem solicitat, interfectum fuisset. Vixit autem annis 75. cujus ossa Pellæ Archelai jussu deportata sunt. sed & Gellianus cap. patet. EGNATIUS. Euripides, quem Poetarum ἐρυθρόδανον Aristoteles in Politica vocat, ab Archelai Regis coena in Macedonia domum redeuntem repetens, canum morsibus laniatus obiit, ut scribit Valerius Maximus lib. IX. cap. 12. A Gellio lib. XV. cap. 20. Stephanus de Urbibus, verbo *Βέρροια*. Suidas, Moschopulus. Ex vetustissimis epistola L. Giraldi cap. VII. de Historis Poetarum. Canes autem dicti *turela Dianæ*, quod illi *ἐπιφέρειν*, id est venatui. Quamobrem canes illi dicti, authore Pausania. SALVAGN.

597. *Turela Dianæ.*] Quomodo libri omnes tamen Nelocem scripsere:

Utque cothurnatum turela Dianis latum.

Sic & in Fastis lib. V. 141.

Exagitant & Lar & turba Dianis furit.

Ubi multi codices, etiam ex antiquioribus, & *furit turba Dianæ.* apud Gratium *arma Dianis.* Cato in Originibus apud Priscianum, *Latens Dianis in Nemora Aricinæ.* HEINS.

598. *Dilanient.*] *Dilacerent* Sarrav. & duo alii. *Dilacerent* Gellius. *jacula* vel *vigilum* Sarrav.

599. *Aut ut Trinacrius.*] Empedocles Agrigentinus pro vana gloria ardenti Ætnæ insilit, quod dicit Horatius. INTERPRET. Lege, *Trinacrii.* COSST. FAN. *Trinacrius.* Ita recte Scedae San-Victorianae, non, ut libri omnes excusi, *Trinacrii*, qua quidem appellatione Empedoclem significari quivis mediocriter literis tinctus intelliget. Ipse enim Agrigentinus fuit, utipsemet author est his versibus, quos Diogenes Laërtius in ejus vita profert, ut & Lucretius lib. I.

Quorum Agraganinus cum primis Empedocles est,
Insula quem Trigonis terrarum gessit in oris.

Tullius etiam in Lucilio *Agriganinum*, & Horatius in Arte Poëtica *Siculum Poetam* illum nominant. De cujus interitu, cum varii varia prodiderint, Hipparchus, quem Ovidius sequitur, cum eam relictis sociis Ætnam Siciliae montem ascendisse, & in ardentem Cratera se præcipitem dedisse retulit, ut ex eo narrat Diogenes Laërtius his verbis: lib. VIII. §. 69. Ἐκπεσὼν δὲ ἐφοίτα κατὰ τὴν Σικελίαν, ἕως ἐφανερώθη καὶ τοῦ κρήσκου τοῦ ἀυτοῦ ἐκβαλόντος, καὶ ἀφανισθῆναι, βουλόμενος τὸν θάνατον ἐκεῖνον βεβαιῶσαι ὡς θεὸς γενόμενος. Ὅτι δὲ γυμνόποδα ἐπιφανεῖς ἀνῆλθε μετὰ Ἑκατομνίου, μαρτυρεῖ γοῦν ἡμῖν ἱστορεῖ Δικαίαρχος. Quorum hæc est sententia: *Hippobotus autem ait illum quondam se domo in montem Ætnam contulisse, deinde cum eo pervenisset in crateras illos desiliisse, atque ex oculis hominum sublatum esse, volentem hanc de se famam esse, cum una ex ejus crepidis à flamma in alium subluvata & ejecta esset, aversa eam crepidis uti solebat.* In quam sententiam Laërtius Epigramma se scripsisse testatur, quod etiam extat lib. III. Epigramm. sic Horatius libro Imitatio:

— — — Dicam, Siculique Poëtae
Narrabo interitum: Deus immortalis haberi
Dum cupit Empedocles, ardentem frigidus Ætnam
Insilit. Sit jus licentiaque pereat Poëtis.

Idemque tradit Lucianus in Icaromenippo, & rursus in Peregrino, ut & Tertullianus ad Martyres. Ipsumque procul dubio Ulpianus intelligit in leg. VI. §. 7. *ff. de injusto rupto & irrito facto testam.* in his, *Quod si quis tædio vitæ vel voluntariis adversus impatientia, vel jactantia, ut quidam Philosophi, mortem sibi consciverunt, in ea causa sunt, ut eorum testamenta valeant.* Quod Accursius animadvertit. Strabo tamen lib. VI. id

600 Plurima quà flammas Sicanis Aetna vomit.
Diripiantque tuos insanis unguibus artus
Strymoniae matres; Orpheos esse ratae.
Natus ut Althaeae flammis absentibus arsit,
Sic tuus ardescat stipitis igne rogus.

605 Ut

VI. id negat, *οὔτε γὰρ ἀφανοῦς ἔδοξε τὸν τόπον, οὔτε ἀφανὲς*: *Locum enim ipsum neque adeo neque aspectu facilem esse.* SALVAGN.

599. *Super ora Gigantis, plurima.*] Eodem modo videtur usurpasse *τὸ plurima*, quo Virgilius lib. I. Æneid.

Jamque ascendebant collem, qui plurimus urbi
Imminet, adversaque adspectat desuper arces.

Et Statius lib. I. Thebaidos:

—— Abrupta quà plurimus arce Cytheron
Occurrit cœlo.

Nisi forte sic interpungendum: *Super ora Gigantis plurima, quà flammas*, ut dictio *plurima* non ad Ætnam, sed ad ora Gigantis referatur. Typhœus enim sive Typhon centiceps à Poëtis fingitur, Pindarus in Olympiis Ode 4.

—— ἐξ ἄκρας ἔρευσε
Ἴσον ἐκφέρουσ' ἀκαμεναῖ φλογὶ Τυφῶν·

—— qui Aetnam habitas
Omni vomisum cunicipitis
Typhonis.

Et in Pythiis, Ode I. Τυφῶς ἑκατογκάρανος. Nec absimiliter Aristophanes in Nebulis ipsum vocat ἑκατογκεφάλιν. Neque vero temere dixit Ovidius *super ora*, quoniam, ut idem ait lib. V. Metamorph.

Dextra sed Ausonio mansus est subjectus Pelloro,
Laeva Pachynos tibi, Lilybaeo crura premuntur,
Praegravat Aetna caput ——

Neque vero tantum veteres à vera religione alieni, Gigantes quosdam Ætna monte praegravatos assiduis flammis torquere crediderunt, sed etiam constans aliquorum Christianorum opinio fuit, ad montem illum, ubi perpetuum incendium tot jam annis fuit, igneo voragine fontium animas expiari: unde anniversariae demortuorum exequiae, quae mense Novembri celebrantur, initium habuerunt. Quum enim Odilo, Monachorum Cluniacensium Praefectus, flammas circa Ætnam videret, & clamores audiret, qui partim ex fremitu maris ferventis, partim ex cruciatione Ætnaei ignis, ubi acriori per spiracula cavernarum ventus incubuit, jugiter fiunt, existimavit Daemones lamentari, quod per preces & sacrificia Christianorum animae ab illis sappliciis liberarentur. Itaque protinus cum Monachis egit, ut postquam Calendis Novembribus in Sanctorum omnium honorem sacrificia peregissent, sequenti die omnibus vita privatis justa facerent, quod institutum Patres demum receperunt, ut Petrus Damiani Cardinalis memoriae prodidit in ipsius Odilonis vita, & ex eo Guilielmus Durandus lib. VII. cap. 35. Rationalis, & alii qui de Ritibus Ecclesiasticis libros ediderunt. Quod etiam confitetur ipsa Romana Ecclesia in Martyrologio, prima die Januarii, dum, ipsius natalem recolens, eum tradit primum extitisse, qui commemorationem omnium fidelium defunctorum, ut ejus verbis utar, prima die post Festum omnium Sanctorum in suis Monasteriis fieri praecepit, eumque ritum postea universam Ecclesiam recipientem comprobasse. Cujus institutionis ab Odilone factae meminerunt praeterea Sigebertus ad annum Christi 998. Glaber lib. VII. cap. 1. Antoninus tit. XV. cap. 16. §. 5. Vincentius lib. XXV. cap. 105. Eccius parte 3. Homilia 4. de die animarum, Alphonsus Auarez cap. 50. Baronius ad annum 1048. quorum tamen aliqui de fragoribus & incendiis Ætnae mentionem nullam faciunt. Quod autem de Ætna creditum est à Christianis, idem etiam de Vesuvio Campani, de Hecla Islandi crediderunt. Ceterum Empedocles à Nasone *Trinacrius* appellatur; Sicilia enim Trinacria dicta & Triquetra, à triangula specie, propterea quod tribus promontoriis, nimirum Pachyno, Lilybaeo, & Peloro, in diversa procurrens Graecae literae imaginem, quae Delta dicitur, efficit, sive quod similis sit trinaci, id est, tridenti, quod à veterum sententia dissonat, neque enim figura est ejusmodi, quemadmodum observavit Eustathius in Dionysium, sive denique à Trinaco in Sicilia Principatum obtinente, ut idem Eustathius & Servius in lib. III. Æneidos prodiderunt. SALVAGN. *In Trinacrii* ex scriptis. HEINS. Sed omnes scripti fere, *Aut ut Trinacrius.* quod rectius putem. Empedocles enim Siculus indicatur, unde Horatius *Siculum Poëtam* vocat. Menagius ad Laert. VIII, 69. reprehendit Salvagnium & reliquos qui in l. 16. ff. de injusto rupto &c. *Jactationem*, jactantiam explicuerunt. ipse de adversa fortuna, vel jactatione mentis cepit Sed vellem probasset. nam *jactationem* et alio, & similia passim quidem occurrunt, sed *jactationem* simpliciter hoc sensu fuisse non video. addunt tunc *mentis*, *corporis*, *maris* aut simile quid. caeterum adde Gothof. ad leg. III. §. 4. de *Bonis eorum* &c. BOUR.

600. *Qua flammas.*] Qua, ubi, qua in parte. CIOFAN.

605 Ut nova Phasiacâ comprensa est nupta coronâ,
Utque pater nuptae, cumque parente domus.

Ut

(604. Bacchantes vates.] Orpheum tangit à Poëtis multifariam discerptum. Interpr. *Bacchantes vates.* Id est, Thracae mulieres à Stryxmone fluvio Thraciae, quae Orpheum immanitate deceperunt, quod amissa Eurydice uxore Thracum accinitus odor fuisset. Ex Virgilio lib. IV. Georgicon. Ovidio lib. XI. Metamorph. Silio Italico lib. 2. de bello Punico, Platone lib. X. Politic. Censore narratione 45. Diodoro Siculo, & aliis passim. In cujus caedis ultionem mos fuit Thracum, ut notis quandam feminas perpungerent, ut author est Phanocles apud Stobaeum sermone 62. & Plutarchus libro de Sera Numinis vindicta. Et vero *κακόζηλον* excogitasse illam Bacchae putandae est. Sed & aliae necis Orphei causae memoriantur, de quibus fusè Lilius Gyraldus Dialogo 2. de Poëtarum historia. Quae tamen Pausanias in Boeotica, & Diogenes lib. VIII. Hypomnemata, falsamque ictum fuisse refellunt. Nec omittam, quod à juniore Philosopho & Musico proditum est; ait enim Orpheum, cum in Aegyptum diverteret, religionis & Initiandae ampliandae causa, unum veri Dei cultum ab Hebraeis, ut credunt, didicisse, & perinde mortuum, ac ita esset ad plurium Deorum superstitionem, hoc est, ut ille Graece uno verbo ait *πολυθεΐαν* prius commisset, ejusque de eo repetitoque reversi in medium adiunt ad Musicum Orpheum, quos quidem & Aristobulus Judaeus Philosophus in eo, quem ad Ptolemaeum Regem scripsit, & Cyrillus Alexandrinus in primo contra Julianum Caesarem, plenam Christianam calumniatorem, commemorat. Hinc opinor Alexander Severus animae laribus, tum Christum, Abraham, & Orpheum in Larario suo habuisse traditur, ut author est Lampridius in Alexandro. Salvagnus. Dionysiaque Petav.

604. *Orpheus esse ratus.*] Ut illi male *Bacchae*, in epistolis quarto commenterant esse, quod in Herodoto adnotavimus: ita hic adversa ratione error moverit; neque enim video qui quarum illi esse ennentur in eo possit, quod qui primo gymnasiarchas Graecos ridiculata perceperat, intelligere fieri poterat: quare ex manu scripto Bodiae, *Orpheus se esse ratus*, legit. Romanus. De hoc ita loco Henricus Stephanus cap 2. de Graecae linguae Graecae: *Quemadmodum Latini quum Orpheus dicunt terminatione Latina Graecum vocabulum sequunt, ita sublata illam terminationem in eum Latinum mutare Musaeum voluisse arbitror ut Graecum esset, Orpheus tamen non tanquam nulla terminatione mutatum, neque non habita ratione declinatum, quae diversa esset ab ea, in qua id fieri solitum. Sic autem Poëtarum Princeps, Theseum pro Pentheo, Pelea, Thesea dici posset.* Sed cum enunciationem illam in *ον* nullo modo Grammaticae leges admittant, magis est ut Egnatio subscribam ex vetusto Codice corrigente, *Orpheus se esse ratus*, quomodo edendum curavi. Nulla autem barbarici venia digni sunt Andreas Alciatus, vir alioqui literatissimus, & Ursinus Velius cum scribit hic:

Baltheus arripui Thracisque armenta secidi.

Alter in Emblematis:

Baltea Priamides, rigidum Telamonius ensem,
Instrumenta suae cepit uterque necis.

Quasi vero *baltheus* Graecum esset vocabulum. Salvagn. *Orpheus* dicendum erat. Scribe *Orpheus*, Statius Genethliaco Lucani:

Longes Orpheus exsiit dolores.

Vide Vossium de Analogia libro II. cap. 7. qui vulgato patrocinatur. Heins. *Orpheum* duo. *Orpheum* unus. *Orpheum* culpat simul, & retinet tamen in Ovidii hoc loco, H. Stephanus. nos Heinsium secuti sumus. Nam *τοῦς Θεοὺς ἀτιμᾶν*, respondet et *Orpheos*,

603. *Natus ut Althaea.*] Id est, Meleager. Interpres. Althaeam Thestii filiam fuisse omnes sciunt, sed matris nomen pauci. Scito igitur Deidamiam Pelaei filiam ejus matrem fuisse, ut testatur Apollonii Commentator in lib. I. Const. Fan. Quum tot acerrimi judicii homines adhuc libellum purgandum & locupletissimis Commentariis adornandum certatim incurrerint, mirum est tamdiu mendum manifestum in hoc dilicio insedisse. Quam enim sententiam idoneam efficere potest dictio *regus*; quam omnes editiones praeferunt. Pro qua reponendum esse verbum *rego*, nemo inficias ierit, eorum saltem qui norint quid differat aera lupinis, ut Ovidius, dicit, quemadmodum Meleager Althaeae filius, una cum fatali torre consumptus est, sic & filius tuus extinguatur in procor. Vide quantus ex hac parvula mutatione huic loco splendor accedat, qui diutinum literarum nubecula obumbratus, tandem magnorum virorum aciem fugit. Nota fabula de Meleagro Oenei Aeoliae Regis, & Althaeae filio, cui recens nato Parcae assistentes ipsum tum extinctum in recinxerant, cum stipes ab iis conjectus in focum peruitus esset. Quod ubi mater audivit, stipitem ex igne subtulit & tutissime conditum asservavit. Porro cum Oeneus frugum primitias Diis omnibus, una Diana praetermissa, libasset, irata Dea, ferocem aprum omnia devastantem & obvium quemque de medio tollentem, in Calydoniae agros immisit. Ad eum conficiendum non solum strenuissimi Graeciae viri convenerunt, sed etiam Atalanta Virgo, Schoenei filia, cui Meleager victor apri caesi pellem & caput dono dedit, invidentibus viris. Toxeus & Plexippus Meleagri avunculi praemium virgini adimunt, ipsosque Meleager indignatus confodit: Althaea fratrum caedem ultura, quos haberet cariores filio, titionem illi fatalem in ignem conjecit, quo demum consumpto, Meleager ipse contabuit. Ex Ovidio lib. VIII. Metamorph. ubi *Φιλοτεχνία*, cum *Φιλοτεχνίας* pugnam enarrans, ingenii sui copiam fecit, Apollodoro lib. I. Diodoro Siculo lib. V. Hygino fab. 171. & 174. Antonino Liberali Narratione 2. Homeri Scholiaste ad Iliados I. Iacio Tzetze in Lycophronem, Zenodoto Centuria prima, Adagio 33. Quam fabulam Phrynicum omnium primum verbis mandasse Pausanias in Phocicis author est. Aliter enim Homerus de Meleagro. Eleganter autem Naso dixit *flammis absumibus*. Nam ut idem canit in Metamorphosi:

Iasciis atque absens flamma Meleagrus ab illa
Vritur, & caecis terroris viscera sentit
Ignibus, & magnus superat virtute dolores.

Et ante ipsum Propertius lib. III. Eleg. 21.

Nec cuiquam absentes arserunt in caepe ignes,
Extinxit nato matre parante suo.

Salvagn. *Natus ut Althaea* unus Heinsii.

605. *Ut nova Phasiaca.*] Creusa filia Creontis Corinthiorum Regis, nupsit Jasoni marito Medeae, quare Medea ipsam, & patrem, & regiam incendit. Interpr. Per novam nuptam, Creusam, sive Glaucam intelligit Creontis Corinthiorum Regis filiam, quam cum Jason dimissa Medea uxorem duxisset, Medea ingratum Jasonis erga se animum detestata, munus veneno illitum ad pellicem misit, quo accepto, ipsa cum patre Creonte, & tota Regia conflagravit. Cujusmodi vero munus fuerit inter authores non convenit. Ovidius coronam esse dicit, cui astipulatur Hygius fab. 25. & Plinius lib. II. cap. 5. ubi de Naphta scribit in hunc modum: *Hinc magna cognatio ignium, transilientque protinus in eam undecumque visam; ita ferunt a Medea pellicem crematam, postquam sacrificaturo ad aras accesserat, coronâ ignis raptâ.* Hinc Apuleius ait, Medeae pellicem flammis coronalibus crematam. Euripides in Medea λεωτὸν πέπλον καὶ κόλπον χρυσήλατον, tenuem vestem, & comam auro intertextam, Apollodorus lib. I. πέπλον. Horatius Epod. Ode 5. pallam, his versibus:

Cur dira barbaro minus
Venena Medeae valent;
Quibus superbam fugit ulta pellicem,
Magni Creontis filiam;
Cum palla tabo munus imbutum, novam
Incendio nuptam abstulit.

Aliter item Diodorus lib. IV. De hoc munere sic Propertius Eleg. 16. lib. II.

Aspice quid domis Erythila invenit avaris,
Arsurii & quamvis nupta Creusa malis.

Porro *Phasiacam coronam* dixit Ovidius à Phaside fluvio Colchidis, quae Medeae patria fuit. Verum suspicor mendum esse in hoc verbo *compressa est*, pro quo reponendum esse *combusta*, Salvagn. *Compressa* scripti plerique. *coronalem flammam* dixit Apulejus, ubi haec historia occurrit. Sed nihil est mutandum. *Stramenta celeriter ignem comprehenderunt*, apud Caesarem belli Gallici libro V. Livius lib. XXVI. cap. 77. de incendio, quod juvenes Campani excitarunt Romae: *Eodem tempore septem tabernae argentariae arsere, comprehensa postea privata aedificia, neque enim tum basilicae erant, comprehensae lautumiae, forumque piscatorum & atrium regium.* Heins. Noster. IX. Met. 234.

Dumque avidis comprendunt ignibus agger.

Et contra res ardens dicitur ignem *comprehendere*, ut apud Virgil. VII. Aeneid. 73.

Visa (nefas) longis comprendere crinibus ignem.

Ubi non puto esse hypallagen, sed eleganter usum verbo hoc Poëtae, quasi crines longi & sparsi ignem arripuerint & ad se traxerint. Burn.

607. *Ut cruor Herculeos.*] Fabula de Hercule nota est. Interpres. Priusquam Nessus Centaurus sagittis ab Hercule confixus expiraret, sanguinem suum exceptum Deianirae ad se evocatae dedit, philtrum esse dicens, quo perpetuum erga se amorem Herculis retineret. Illa de pellicatu suspectum habens maritum, ei sacrificaturo tunicam Nessi cruore imbutam per Licham famulum transmisit. Quam quum ille induisset, venenumque corporis contactu calefactum, usque ad viscera permanasset, voces illas miserabiles edidit, quae leguntur apud Sophoclem in Trachiniis, & apud Ciceronem lib. II. Tusculanarum Quaestionum. Hinc Horatius in Epod. Ode 17.

Quid amplius vis? o mare, & terra, ardor,
Quantum neque aere delibutus Hercules
Nessi cruore.

Fusè Ovidius lib. IX. Metamorph. Seneca Hercule Oetaeo, Apollodorus lib. II. Iacius Tzetzes in

Ut cruor Herculeos abiit diffusus in artus;
Corpora pestiferum sic tua virus edat.

Qua

Quà sua Penthiden proles est ultra Lycurgum.
Hinc maneat teli te quoque plaga novi.
Utque Milon, robur diducere fissile tentes;
Nec possis captus inde referre manus.
Muneribusque tuis laedaris, ut Icarus; in quem

In-

in Lycophronem. Tertullianus Proverbio *Ridet nucem*. Apuleius in *Mileto et mimis*. Hoc tuum nimirum mobilis, de qui Seneca Epist. 12. Juvenalis sat. 8. Martialis lib. x. Epigr. 25. Tertullianus ad Martyres. SALVAGN. *Dimittit in arcum* unus Heinsi mss., *ambiens idem* Regius a.m. pr.

609. *Quà sua Penthiden.*] Bates Lycurgi filius Baccho Sacerdotes in furorem; patrem earum affecit Scholiast. Penthidem dicit, quia Pentheus filiam habuit Dryantem Lycurgi patrem. INTERPRES. Hinc in mala morbo ipsum. Vetus interpres Dantes Lycurgi filium intelligit, qui Bacchi Sacerdotes in furorem patris ab eo subiti variis [illegible] SALVAGN. *Penthidem vocat.* Mania. Ignis & Fax, cubi habuit, [illegible] *Bates* vidimus lib. VII. Met. pag. [illegible] Argonautarum apud Vaci. [illegible] nos memoravimus, pro *ubi* Pentheus habebat Mil. consilisse hic antiquus Sic commentat. Lycurgi videtur. nam *Bates* Thrax [illegible] filius, Bacchus autem Lycurgum, cui [illegible] in [illegible] Nasonis, [illegible] & uxore raptum [illegible] Bacchi, ex quibus [illegible] Cretensium regum. vid. Diodor. Sicul. IV. pag. 224. Dind.

611. *Utque Milon.*] Milo Crotoniates fretus viribus suis, quercum diducere conatus est, sed cuneis ceteris in medio conatu fissuram parere lapsis. INTERPRES. Milo Crotoniates [illegible] suis multis egisse fertur, sapia quam [illegible] vitet. Funiculum malum sta manu contineri tenebat, ut neque qui conatus esset extorquere, neque ipse tamen illud eliberare. Perinde dum [illegible] cum intrasset, omnes ludibrio habebant, qui se deridere quantoris impotia conantur. Cum nervo non aliter quam rediscendo, vel torque angebat; interclusio deinde, quanto maximo vi poterat, compressis labiis spiritu, cum venae ex ita plurimo tangine immunitat, vasorum robore nervum rumpebat. Idem ibi porrecta dextra cubitum latere admovisset, [illegible] reliquos digitos junctim interclusit, nemo est qui minimum a ceteris alio adhibito adjungere possit. Suam ipsius fatuum intra [illegible] deportavit. Author eorum Rodanus in Lilacis nostrorum, & ex eo ad verbum nomine suppresso, Suidas in *Milon*, qui locum mutilat depravatus ex Pausania emendant. Eandem etiam ferunt aliquando columnam contubernio Philosophorum ruinam minitente, Pythagorae enim discipulus fuit, in ejus locum subiisse, itaque & reliquos omnes servasse & ipsum se subduxisse, teste Strabone lib. VI. Idem nudae manus taurum fecit victimam, eumque solidum qua macaverat die absumpsit solus non gravatum, ficuti Solinus cap. 3. retulit, quod etiam Athenaeus lib. x. cap. 1. ex Theodoro Hierapolitae, Alexandro Aetolo & Phylarco scriptum reliquit, ubi Milonem viginti caranium minas, totidemque panum esse, vini tres choas bibere consuesse ait. Ille Alectore proditur usus, qui specie crystallina fabae modo in gallinaceorum ventriculis reperitur, aptus, ut dicunt, praeliantibus, authore Plinio lib. XXXVII. cap. 10. & Solino capite laudato. Tandem vero fatalis illi victima fuerunt fiducia fuit: nam quum aliquando per sylvam densissimam iter faceret, quercum arduam cuneis immissis hiantem in Crotoniatarum finibus conspicatus, illam robore suo pristino fretus, manibus insertis divellere conatus est, quas arbor cuneis in suam naturam revocata compressit, & Milonem cum tot Gymnicis palmis laceratum lupis, quae fera frequens est in Crotoniatarum agro, praebuit, ut narrat Strabo loco citato, Galenus Protrept. ad artium liberalium studia, Valerius Maximus lib. IX. cap. 12. A. Gellius lib. XV. cap. 19. Pausanias libro laudato, Eustathius in Dionysium pag. 52. editionis Stephanicae. Hac Juvenalis Sat. 10.

——— *viribus illo*
Confisus periit, admirandisque lacertis.

SALVAGN.

611. *Robur diducere.*] Lege, *diducere*, quod significat aperire. CONST. FAN. *Milos* pro *illo*, & *diducere* erupti potiores, ne dubita, videantur quod debet loquendi genere divinus libro IV. Met. v. 775. *diducere* Actae. Gellius his verbis etiam diuxit hoc eadem narratione. *Milo Crotoniatae athletae illustris ex tum vitae habuit miserandae. Cum ut grandis iter faceret forte pedes in locis Italiae septentrionalibus, quercum vidit patulis ramis, media tamen parte hiantem, tum immissis in cavernas arboris digitis diduxere et relaxatam quercum coarctavit. Quercus autem in duas deducta partes cum illo manus laxasset, cessavit in pristinam naturam, manibusque ejus carentis inclusisset, ferisque intentatum ludibrium praebuit.* Scholiastes Juvenalis Satyra x. ad illum locum, *viribus illo Confisus periit*, ut *Milo Crotoniatae, qui cum arboris manibus scindere, brachia ejus occupata sunt, et a lupis consumtus est.* narrat & historiam Pausanias in Eliacis. *Milon* 62. narrat & historiam Pausanias in Eliacis. *Milon* ut libro Met. XV.

Utque Milon senior. HEINS.

612. *Inde.*] *Mole* Regius. latet aliquid.

613. *Muneribusque tuis.*] Icarus postquam Atticae colonos usum vini edocuit, ab ipsis ebriis enecatus est. INTERPRES. Sequentibus quatuor versibus historia una tangitur, Icarus, quem Icarium alii vocant, Atheniensis genere fuit, qui cum aliquando Bacchum hospitio accepisset, pro sua in eum liberalitate vino est ab eo donatus, ea conditione ut beneficium acceptum cum aliis hominibus communicaret. Itaque pastoribus quibusdam Atticae terrae, qui primi in agro ei occurrerant, vinum distribuit, quo illi immoderate hausto altissimo somno sopiti sunt. Expurrecti cum arbitrarentur ab Icaro sibi venenum esse datum, eum interfecerunt. Canis vero, quem secum habebat, ad Erigonem Icari filiam reversus nomine Mera, paternae caedis indicium fecit. Illa re comperta, suspendio vitam finiit. Morbo autem pestilenti Athenis orto, Athenienses ab oracolo moniti Icarum & Erigonem divinis honoribus afficerunt. Atque ita Icarus, Erigone & canis in astrorum numerum adiecti sunt, Icarusque Bootes appellatus, Erigone virgo, Canis nomen retinuit. Ex Hygino fab. 130. & lib. II. Astronomici Poëtici: Germanico in Arati Phaenomena: Interprete Homeri ad Iliados X. Hinc Tibullus ad Messalam lib. IV.

——— *Etiam Phoebo gratissima dona*
Cres tulit, et cultis Baccho juvenes hospitaturus,
ut puro tabescant sidera caelo
Erigonaque Canicula.

Et Propertius lib. II. Eleg. 33.

Iure Caesepitis mortis jugulate coloris,
Pampineis nulli quam sit amarus vior.

SALVAGNUS. *Muneribusque sacris* Petav. *laetoris* Moreti & tres alii cum prima editione, quod sarcinum haberet, quia vino propric laetamur, unde Bacchus *Laetitiae dator* Virgilio 1 Aen. 734. & *in ipsum laetitiae natos scyphos* dixit Horat. 1. Od. 27. *sacra munera* recte vinum, quia a Baccho datum, et *Cerealia munera* passim fruges a Nostro & aliis dicuntur Vid. IV. Met. 764. & *Bacchi dona.*

Priscianus in Periegesi citante Heinsio ad Remed. 173. BURM.

614. *Intulit.*] *Consulit* unus.

615. *Quodque dolore necis.*] Erigone Icari filia patre occiso vitam laqueo finit. INTERPRES. *Necis patris* edit. Salvag. *patrui* prima & duo scripti.

616. *Guttur eat.*] *Eant* Cod. Polit. & duo alii. HEINS. *Fac quoque* Regius & unus Heinsii & quidam editi.

617. *Obstructusque famem.*] Eurysthenes matrem Laconicam crudelitate nobilem habuit, quae filio in bellum proficiscenti mandatum dedit, ne domum reverteretur, nisi caede hostium polluta; Is nequaquam id perfunctus est, quare a matre clausus inedia extinctus est. INTERPRES. Pausaniam Lacedaemonii Cleombroti filium innuit, de quo non plura dicam, quando Graecis & Latinis monimentis omnia vulgatissima sunt. EGNATIUS. Pausaniam innuit Lacedaemonium, quem Cleombroti filium Thucydides facit, & nos in 1 Collect. Hecatoeo monstravimus. Qui detecto proditione, quam cum Xerxe tractabat, ex litteris, quas ad eum Regem Argilio puero a se dilecto tradiderat, in aedem Minervae, quae Chalioecus vocabatur, fugiens obstructo ejus aditus introitu saxorum multitudine Ephoris ita jubentibus, matre in primis lapidem afferente, interiit. Auctor Aemylius Probus & Thucydid. in lib. I. Quamvis hic de hoc matris facinore nihil reliquerit. Non dispiceret autem, si *in limine templi* legeretur, non *tecti.* CONST. FAN. *Obstructusque famem patiaris.* Ita legendum, non *Obstrictus*, ut in quibusdam habetur. Alii autem etiam pro *limine tecti*, *limine templi* putant legendum, quoniam de Pausania intelligatur, qui in templo Minervae χαλκοίκου obsessus fuit. Sed de hoc non anxie disputo, quando & Thucydides, καὶ ἐς λιμὸν οὐ μέγα, ὁ δὲ τοῦ ἱεροῦ ἐπέλθων, inquit, ἐκ τῆς οἰκίας ταλαιπωρίᾳ, ἐπόρζαξε. Scribum autem interpretes Thucydidis, & apud Latinos Aemylius Probus, matrem Pausaniae, Alcithoeam nomine, cum ille in templum confugisset, Ephoriique fores aediculae, ubi ille abditus erat, obstruerent, ac tectum demolirentur, ut inopia rerum actutum laboranem hoc pacto conficerent, postquam de scelere ac proditione filii comperisset, primum lapidem ad obserandum illum asportasse. id quod hic Ovidius innuit, cum dicit legem poenae ipsum parentem dedisse. Cetera apud Thucydidem vide

Intulit armatas ebria turba manus.
Quodque dolore necis patriae pia filia fecit,
Vincula per laquei fac tibi guttur eant.
Obstructoque famem patiaris limine tecti,
Ut legem poenae cui dedit ipsa parens.

Illius

Illius exemplo violes simulacra Dianae,
Aulidis à portu qui leve vertit iter.
Nauplidaeve modo fictio pro crimine poenas
Morte luas; nec te non meruisse juvet.

Ae-

ride, & Probum. Micyll. Recte Janus Parrhasius libro de rebus per epistolam Quaestis, Epist. 35. Andreas Alciatus lib. VII. cap. 6. Parergon juris, & Dithmarus Covarruvias lib. II. variarum Resolutionum cap. 20. num. 17. Missis Domitii & Varroni interpretis ineptiis, hunc locum de Pausania Lacedaemoniorum Duce interpretantur. Hic enim, cum proditionis accusaretur, in aedem Minervae Chalciocae confugit; hanc ne exire possit, latum Ephori valvas ejus aedis obstruxerunt, tectumque fuit demoliri, quo facilius sub dio frangeret. Dicunt eo tempore matrem Pausaniae vivere, eamque jam magno natu, postquam de filio sibi compert, in primis ad filium dimittendum lapidem ad introitum aedis attulisse, die Pausania magnam belli gloriam turpi morte maculavit. Hic cum feminarum de templo abiret consilium animum efflavit, ut isdem verbis narrat Aemilius Probus, sive Cornelius Nepos in ejus vita. Pausaniae referunt Diodorus lib. 11. Polyaenus in Strategem. Joannes Tzetzes chiliade 12. Histor. 413. & Thucydidis Scholiastes in lib. 1. pro 69. editionis Stephanicae his verbis: [illegible] Pausaniae matrem Alcitharam nominat, quam Polyaenus Theano vocat. In aedicula quadam Veneris manifestum reperit ipse parens, quae si Ovidius scripsit, eorum opinionem accessit, qui Agesilaum Pausaniae patrem aedis totes occasione proditionis, in [illegible] Cypro, ut apud Plutarchum Parallelis, cap. 22. & Arrianum Sermone 37. Meminit & Pausaniae patruus Lycurgus oratione in Leocratem, & Aelianus lib. IX. variae Historiae. Idem autem Thucydides, qui libro de bello Peloponnesiaco Pausaniae crimen refert, parentum ejus nullam mentionem habere. Salvagn. *Obstructaque* bene Jovi ibat. Heins. *Obstructaque* Sarrav. & Moretti ex ita Parisiis & Micyllus. *confractaque* Regius. *adeoque* Mentel. *patriis* etiam prima edit. *Invidet* Regius primus, *Invisa* alter. *ipse parentes* Sarrav. & Regius.

619. *Illo exemplo.*] Tangit Aiacem Olei filium. Interpres. An intelligendus Aiax Olei filius Locrorum Dux, qui ob stupratam in templo Minervae Cassandram Vatem, Deae indignatae in mari naufrago ad Caphareum promontorium Euboeae se naufragio tenit, ut supra dictum est ad versum 343. An Vlysses, quem Virgilius ait, libri Aeneidos, *Sanguineis manibus sacra arrectasque Minervae.* Quidam Codices habent *simulacra Dianae*, pro *Minervae*, qua quidem lectione non dubium quin Agamemnon significetur, cui Diana, propter Cervum sibi peculiarem sagitta per imprudentiam ictum, vehementer irata divinam tempestatem excitavit, & Graecorum classem in Aulide nobili Boeotiae portu detinuit, donec ex responso Calchantis Auguris Iphigeniam ejusdem Regis filia placationis ergo mactarent. Quanquam Dea inter preces ritusque sacrificii, objecta nube & Cerva supposita puellam in Regionem Tauricam transtulit, ibique sacris suis praefecit. Qua de re praeter Graecos Scriptores Ovidius ipse lib. XII. Metamorph. item lib. IV. Trist. Eleg. 4. & lib. III. de Ponto, Eleg. 2. hoc que respexit Virgilius lib. II. Aeneidos, cum ait, *sanguine placastis ventos, & Virgine caesa.* Aliam causam adducit Tullius lib. III. de Officiis, cur Iphigenia Dianae immolanda esset. *Quid Agamemnon*, inquit, *cum devoviisset Dianae quod is suo Regno pulcherrimum natum esset, illo anno immolavit Iphigeniam, quo nihil erat eo quidem anno natum pulcrius.* An non fictio illa ex sacra historia desumpta est. Agamemnon scilicet pro Abraham, Iphigenia pro Isaac, cervo pro hirco. Salvagn. *Simulacra Minervae* moli scripsi & edidi.

620. *Vertit iter.*] *Vertat* Gallicus. *quem editio* Salvagn. Heinsius etiam malebat *ad portum*, cum aliter dicendum erat *fecit*, vel *movit iter.*

621. *Nauplidaeque modo.*] Id est, Palamedis Nauplii filius. Interpres. Palamedem Nauplii filium ab Vlysse falso proditionis accusatum narrant Dictys Cretensis lib. II. Dares Phrygius, Homerus, Philostratus, Polyaenus, Tzetzes in Lycophronem. Ex Latinis Virgilius, Hygini, Lucianus in lib. I. Achilleidos; inter quos tamen de nece & necis causa non convenit. Quidam lapidibus obrutum, alii aliter interfectum scribunt. Ajax apud Ovidium lib. XIII. Metamorph. Vlysi falsam de Palamede criminationem exprobrat his verbis:

Vellet ex infelix Palamedes esse velitis,
Viveret, sui certe lethum sine crimine haberet:
Quem male convicti nimium memor ipse fuerit
Prodere rem Danaum fauxit, fictumque probavit
Crimen, & offendit quod jam praesentat arma.

Quomodo vero sub persona Palamedis Euripides

Aethalion vitâ spoliavit ut Isidis hospes,
Quem memor à sacris nunc quoque pellit Ion.
Utque Melantheâ tenebris à caede latentem
Prodidit officio luminis orba parens;

Sic

eadem Socratis Atheniensibus exprobrarit Laërtius docet. Fuit Palamedes Poëta & Philosophus insignis, cujus poëmata Homerum invidia abolevisse opinio fuit, qua de re L. Gyraldus Dialogo II. de Poëtis. Salvagn. *Falso pro crimine* Regius. sed *falsum crimen* dixit & in hac historia XIII. Met. 57. *meruisse* pates. Petav. & Regius. Sarrav. pro diversa lectione. *Sic meruisse* etiam Petav. alter.

623. *Aethalion ut vita.*] Aethalius ab Isidis Sacerdote hospite occisus est, quare vetitum est ne quis ex ea familia Sacerdotium intret, aut Sacris Isidis poëte interesse. Interpres. *Aethalion ut vita spoliavit Isidis hospes.* ita quidem vulgo legitur. Quanquam neque de Aethalio hoc, neque de eo, qui proxime sequitur, Melantheo, quicquam certi habeam: ipsum tamen Isidi nomen suspectum hunc versum mihi facit. Nam si ab Iside derivatum sit, ut quidem Commentatoribus placere videtur, prima longa syllaba, sequente brevi poenultima fuerat. Ita enim apud ceteros plerosque omnes invenias. Lucanus lib. VI. *Labitur avectus pater Isidi, & tanti Genius.* Juvenalis Satyra 3. *Aut apud Isiaae potius sacraria longe*, &c. Quod quanquam non ita magni momenti est, annotare tamen libuit, si forte amplius cogitandi occasio alicui hinc praebeatur. Micyll. Verus Interpres, quem Domitius & Zarottus secuti sunt, aut Aethalion ab Isidis Sacerdote hospite necatum, quare vetitum esse, ne quis ex ea familia Sacerdotium intret, aut sacris Isidis interesset. Fabula e cerebro illius. Ego locum illum stigmatisandum judico. Prior enim versus ita depravatus est, ut curandis ejus vulneribus Paeonia manu sit opus, cum in *Iside* prima producatur, secunda corripiatur, contra quam hic factum est. Unde nos ita legendum putamus. *Aethalon & vita spoliavit ut Isidis hospes*, vel potius, *Aethalium vita spoliavit ut hospes.* Ut aliquis ex Aethalia insula intelligatur, cujus meminit Strabo lib. V. Plinius lib. III. cap. 6. Stephanus à quo Αἰθαλία vocatur. Aut denique, *Aethalidin vita*, &c. Aethalides Mercurii filius fuit, qui à patre impetravit, ut vivens & vita functus omnium quae contingerent, memoriam haberet, eumque se aliquando fuisse Pythagoras dictitabat, atque inde sibi rerum omnium, quas pellerat, memoriam mansisse, ut ex Heraclide Pontico Diogenes Laërtius prodidit. Sed de ejus interitu nihil mihi compertum. Nihil vero mirum videri debet, quod omnes editiones, atque ipse codex San-Victorianus pravam lectionem praeferant, de quibus idem potest dici, quod Galenus lib. III. de Difficultate Respirationis, ait, ubi cujusdam Hippocratis loci lectionem perpendit, τὰς τῶν παλαιῶν βιβλιογράφων ἥμαρτον, ἔνιοι δ' οὐτος ἐγὼ ἐθέμην ἐκδόσεως τὸ βιβλίον. εὑρὼν δ' ἐν τῷ ἑνὸς μόνου δεῦρο τοῦτ' ἀυτὴ τὸ σφάλμα. *Jam olim librariorum aliquis locum corrupit; deinde edito libro cum illo errore, non mirum servatum esse mendum hallenus.* Veteres enim Librarios indulgenter scripsisse patet ex Ciceronis, Strabonis, S. Hieronymi, & aliorum querelis. Unde gravissimi errores emanarunt, quod hoc duntaxat exemplo probasse mihi sufficiat. Cum in prima parte Decreti distinct. 5. cap. 3. haec Gelasii Pontificis verba. *Item venerabilis viri Sedulii Paschale opus, quod heroicis versibus descripsit, insigni laude praeferimus.* Depravata essent, & pro *heroicis* Librariorum incuria legeretur *haeroicis*; mendum hoc Paulum secundum Pontificem maximum ad Poëtarum capitale odium perduxit, & plurimis aliis legum Professoribus imposuit, ut Pierius Valerianus Oratione pro Sacerdotum barbis scriptum reliquit. O rem ridiculam, Cato, & jocosam. Salvagn. Locus nemini intellectus. Forte, *Aethalion vita spoliavit ut Isidis hospes.* In vulgata lectione numeri non constant. Heins. *Aethalon* Sarrav. & tres alii. *Attalon* Petav. & Moreti. *Attalan* Gallicus. *Aethalius* in Mss. Statii lib. V. 406. ubi *Aethalidem* Argonautam intelligi posse notat Barthius, sed rejicit. *Isindius*, *Ifindius*, *Isicindius*, *Hysidius*, *Jasius*, *Isidis* Mss. diversi.

624. *Nunc quoque pellit Io.*] Corripuit hoc in loco, ut superiusm Hypermnestra, *Quae tibi causa fugae, quid Io festa longa peteras.* Lonarius, scribe, *Ion.* Heins.

625. *Utque Melantheum.*] Melantheus homicidio obnoxius cum lateret, à matre rei inscia quaerentibus est manifestatus, utque melius cognoscerent, lumen attulit, qui captus capite multatus est. Interpres. Quamvis exilissimum versum esse mendosum, non abs re tamen videor esse facturus, si quae de Melantho & Codro in Zenobii Paroemiis narrata inveni, in medium proferam. Proverbium est, inquit, Ἐυγενέστερος Κόδρου, id est, *Generosior Codro.* Codrus enim Melanthi filius erat: Melanthius autem a Neleo, qui Nestorem genuit sextus. Hic Melanthus Mifena abiens Athenas venit, cumque singulari certamine Xanthum Boeotum Atheniensium regem superasset, regnum accepit, ac postea humanis excedens Co-

dro

Sic tua conjectis fodiantur pectora telis;
Sic, precor, auxiliis impediare tuis.
Qualis equos pacto, quos fortis agebat Achilles,
Acta Phrygi timido est, nox tibi talis eat:
Nec tu, quam Rhesus, somno meliore fruaris,
Quam Comites Rhesi tum necis, ante viae.
Quam quos cum Rutulo morti Rhamnete dederunt

Im-

dio filio dedigit. Cretus autem in bello, quod Inter Arcadiae & Dorienses fuit, pro patria fortiter pugnavit. Responsum enim acceperant Arcadiae fore victores, si Rex filio se morti exponeret; duobus filis Mentore & Nisio relictis, quorum Mentor ei in regnum successit, Nisius autem colonias in Asiam deducendas dedit. Const. Fan. Sequentibus duodecim versibus recensuit, qui nocte dimicavit occiderunt. Melanthius homicidio obnoxius, dum interea à matre rei infamia quaerentibus est manifestatus, usque modus cognoscerent, lumen ardens, qui ejus capite mulctatus est. In vetus proverbium, quod multi adhibuerunt. Salvagn. Rutulos Jureti, Regius et quinquedecim alii. Melanthus Regius alter. Mox: officio laminit orbis fuerit. Et quatuor in homicidio orbis fit caeca, ut fuit. Mar. III. Epig. 51. Ofia parum usus, e caede est in bellum. Sed a caede est poli pugnatorum caedem, perdita etiam Gallum.

627. Congestis Jureti. *corpora* etiam nonnulli cum edidit. *Mortalis* Jureti, pro *ofiria*, ut credebat Philippus.

629. Qualis equos pacto.] Tangit Dolonem exploratorem, cui Trojani equos Achillis promiserant, ab Ulysse & Diomede noctu interemptum. Intonsae. Ulterior lib. Iuptus, Qualis equos pacto quos, etc. Rectius:

Sic tu, quam Rhesus, somno meliore fruaris,
Quam comites Rhesi, tum necis, ante viae.

Cretus. Idem Eumedis filius in castra Graecorum à Trojanis explorator missus, equos Achillis pro mercede sibi promissos, à Diomede & Ulysse interceptus, & contra Rhesum dormientem interfectus est, postquam eos edocuisset, quid rerum Trojani molirentur. In Homero Iliad. 10. Dictys Cretensis lib. 11. Cujus facti meminit Ovidius lib. III. Trist. Eleg. 11. & lib. II. de Arte amandi. Item lib. XIII. Metamorph. quoloco Dolonem *mobilem* vocat, ut hic *timidum*, ex Homeri nimirum verbis:

— Ὁ δ' ἄρ' ἔτι, κεφαλὴν τε
Κινήσας, ἀνέμοιο δὲ δὴν ἔμενε βόρειον,
Κλαγγῆς ὄρνιθος ἀκούων.

— *Caussitit hic timuitque*
Mente tremens, fridor dentes atque ora tenebat
Pallida.

Aliter Virgilius his versibus lib. 12. Æneid.

Parte alia medius Eumedes in praelia furit,
Antiqui proles bellis praeclara Dolonis,
Nomine avum referens, animo manibusque paterna,
Qui quondam castra ut Danaum speculator adiret,
Ausus Pelidae pretium sibi poscere curru,
Illum Tydides alis pro talibus ausis
Affecit praemio, nec equis aspirat Aeacidae.

Salvagn. *Equis pactis* Regius alter & quinquesti & eximi multi. *quos duxit fortis* idem Regius.

631. *Nec tu quam Rhesus.*] Rhesus Thracum Rex cum sociis ab Ulysse & Diomede similiter interfectus est. Interpres. Ulysses ac Diomedes à Dolone certiores facti de Rhesi Thracum Regis adventu, qui Trojanis suppetias laturus in Ilione tentoria fixerat, illum cum comitibus somno oppressis ex ipsa, qua venerant, nocte ingulaverunt, & sine equis abduxerunt, ut narratur ab Homero Iliad. 10. Interpres in Rhesio, Tryphiodoro, Dictys Cretensis lib. 11. Ovidio ipso lib. XIII. Metamorph. Nam in fatis erat Rhesium invictum fore, si ita contigisset, ut ejus equi Xanthus bibissent, & pabula Trojae gustassent, referente Eustathio & Didymo ad Homeri librum modo laudatum. Quo pertinet Iliad. Virgilii lib. I. de Aeneid.

Nec procul hinc Rhesi niveis tentoria velis
Agnoscit lacrymans, primo quae prodita somno
Tydides multa vastabat caede cruentus,
Arcetque avertit equos in castra, prius quam
Pabula gustassent Trojae, Xanthumque bibissent.

De eodem Rhesio lepidum historiam narrat Plutarchus in Eroticis cap. 35. ubi tangitur ejus interitus. Salvagn. *Meliore quiescas* scripsi quidam & olim editi. *in necis ante diem* duodecim scripti cum primis editionibus nonnulli. *quam usui ante diem* alii nonnulli. *qui necis ante diem* duo, *tunc necis ante diem* Jureti & duo alii.

633. *Quam quos cum Rutulo.*] Tangit, illos equos

Impiger Hyrtacides, Hyrtacidaeque comes.
635 Cliniadaeque modo circumdatus ignibus atris
Membra feras Stygiae semicremata neci.
Utque Remo muros ausus transire recentes,
Noxia sint capiti rustica tela tuo.
Denique Sarmaticas inter Geticasque sagittas
640 His precor & vivas & moriare locis.

Haec

Nisus & Euryalus noctu obtruncarunt. Interpres. Hi sunt Nisus Hyrtaci filius & Euryalus, conjunctissimum par amicorum, qui Æneam in Italiam secuti, quum à Trojanis ad ipsum in Tuscia conquirendis auxiliis occupatum missi essent, ut de suorum periculo eum certiorem facerent, Rutulorum excubias vino somnoque obrutas offendentes trucidarunt, eorumque se spoliis exornarunt. Infelici tamen exitu, quem luculentissime prosequitur Virgilius libro IX. Æneid. Salvagn. *Ut quos* Jureti. *Et quos* duo alii. *morti rapuere* usus Heinf. *reliquos* Moretti.

635. *Cliniadaeque modo.*] Persicus Clinii filius à sociis occisus est, ac semicombustus propter auri copiam, quam habebat secum. Interpres. Alcibiadis Cliniae filii casum ex Plutarcho in ejus vita accipe, qui miserabili incendio semiustus, flammis ferroque oppetiit. Egnatius. Scribe *Cliniadae*. *Clinias* enim Alcibiadis pater, non *Clytias* fuit nuncupatus. adde quod *Clytias* vel *Clytius* primam corripiunt. Const. Fan. *Cliniadaeque modo, &c.* legendum, non *Cliniadae*. Nam in hoc etiam syllaba, quae in *Clitius* (sive *Clytius* scribas) prima est, corripitur. *Cliniades* autem Alcibiades intelligitur, cujus pater Clinias dictus fuit, ut Plutarchus & caeteri tradunt. Periit autem in oppido quodam Phrygiae, circumdata domo, in qua erat, ignibus, cum ii, qui à Pharnabazo ad interficiendum illum missi erant, ferro aggredi non auderent, autores Plutarchus & Aemylius. Micyll. Quae vetus Interpres in hunc locum effutiit, *funes ajunt, tricaque & si quid vilius ipsis.* Non alius intelligendus, quam Alcibiades Cliniae filius, de cujus interitu hic Æmilius Probus, sive Cornelius Nepos. *Non tulit hoc Satrapes, & violare clementiam, quam Regis oles maluit. Itaque misit Susamithren & Magazum ad Alcibiadem interficiendum, quum ille esset in Phrygia, iterque ad Regem pararet. Missi clam vicinitati, in qua tum Alcibiades erat, dant negotium, ut eum interficiant. Illi, quum cum ferro aggredi non auderent, noctu ligna contulerunt circa domum straminea, in qua quiescebat, eamque succenderunt, ut incendio conficerent, quum manus superari posse diffidebant. Ille autem senex flammae excitatus, quod gladius ei erat subductus, familiaris sui sabularis telum eripuit, namque erat cum eo quidam ex Arcadia hospes, qui nunquam discedere voluerat. Hunc sequi se jubet, & id quod in praesentia vestimentorum fuit, arripuit, & his in ignem ejectis flammae vim transiit. Quem ut barbari incendium effugisse eminus viderunt, telis missis interfecerunt, capitisque ad Pharnabazum retulerunt. Et mulier, quae cum eo vivere consueverat, muliebri sua veste contectum, aedificii incendio mortuum tremavit, quod ad vivum interimendum erat comparatum. Sic Alcibiades annos circiter quadraginta natus diem obiit supremum.* De morte Alcibiadis videndi praeterea Diodorus lib. XIIII. Cicero lib. II. de Divinatione. Valerius Maximus lib. I. cap. 8. Justinus lib. V. Plutarchus in Alcibiade, qui aliam mortis ejus causam profert. Nec erit à re alienum adscribere ex Cicerone somnium Alcibiadi paulo antequam interiret dormienti objectum, quod & à Plutarcho & Suida proditum est. Sic igitur Cicero libro laudato: *Qui paulo ante interitum visus est in somnis amicae esse amictus amiculo. Is cum esset projectus inhumatus, ab omnibus desertus jaceret, amica ejus corpus texit suo pallio.* Salvagn. *Cliniadaeve* plurimi.

636. *Membra feras.*] Quid est, quaeso, *ferre membra semicremata neci.* Ovidium certe illibatum populi florem, ita locutum esse nunquam mihi persuaserim. Quamobrem *Stygio seni* rescribendum esse per lapidem jurare paratus sum. Nec enim dubito, quin hoc loco macula subsit à Chalcographis profecta, qui properantes ex *seni*, trajectis literis fecerunt *neci*, dein minus perspicaces operarum Correctores ablegato S & in ejus locum substecto C effinxerunt dictionem illam *neci*, quae ipsis occasionem dedit *Stygiae* pro *Stygio* substituendi. Per Stygium autem senem Charon intelligitur Orci Portitor, quem Graeci Poëtae γεωγρόν & γεωγόλεω vocant, ut eleganter Ovidius dixerit *membra semicremata ferre Stygio seni*, quoniam ipse *ferruginea subvectat corpora cymba*, ut est apud Virgilium lib. VI. Quanquam nec corpora, quae sepulturae mandantur, sed umbras duntaxat, simulacra, spectra, imagines, & ut Homeri verbis utar ex Odyss. lib. II. βροτῶν εἴδωλα καμόντων, *hominum simulacra mortuorum*, de quibus

Haec tibi tantisper subito sint missa libello,
Immemores ne nos esse querare tui.
Pauca quidem, fateor, sed Di dent plura rogatis,

Mul-

bus Virgilius eodem libro:

Et ei delta comas tenuis froe corpore vitas
Abscondens, collucere cava sub imagine ferma.

Hinc Ulyssis rectius quid apud inferos viderat eodem Homeri libro:

Τὸν δὲ μετ' Ἠνιόχην εἶδον Μίνωα, διόν,
Ἑζόμενον σκῆπτρον τε φέρον χρυσοῖο θεοῖσι
Τέρματα δ' ἐν δίκῃς.

Post hunc vidi alium Heniochem,
Idolum. Ipse vero apud immortales Deos
Obsidebatur in consiliis.

Et Lucretius lib. I. ex doctrina Ennii:

—— *Acherusia templa*
Ennius aeternis exponit versibus edens.
Quo neque permanent animae, neque corpora nobis,
Sed quaedam simulacra modis pallentia miris.

Salvagn. Rati ex Politiani libro. Heins. *Pirrygiaeri* Petav. alter.

636. *Semiremotas.*] bene *Semiremotas*, quia per medios ignes, quibus a Phunabari militibus domus fuerat circumvallata, exilire Alcibiaden opus fuit, auctore Plutarcho & Aemilio Probo. Const. Fas.

637. *Urbs Remi.*] Remus à Romulo fratre caesus est intempestive, quod praeter edictum recenter muros transiliisset. Interpres. Hac de re Ovidius in libris Fastorum, & ego in Observationibus in lib. Tristium. Ciofan. Romulus edixerat, ne quis nova moenia Romae transiliret, legemque tulerat MOENIA SANCTA EXISTIMANTO. Remus intrans transiliit, & à Celere Centurione extemplo interemptus est. Ovidius ipse lib. IV. Fastorum rem prosequitur:

Nec quis eas muros, aut factam nomore fossam
Transiet, audentem talia dede neci.
Quod Remus ignorans, humilis contemnere murum
Coepit, & hoc populus, dicere, tutus eris.
Nec mora transilit, ruere Celer occupat ausum,
Ille perdit durum sanguinolentus humum.

Nota historia ex Livio, Plutarcho, Dionysio Halicarnasseo, & aliis. Sed enim fuere, qui Remum à Romulo caesum fuisse negarint. Imo Durocortorum Remorum Galliae Belgicae caput, ab ipso conditum voluerit, ut à vetustissimis Annalium Remensium Scriptoribus traditum est, ejusque rei fidem etiam facit Flodoardus, qui statim initio Historiae Remensis Ecclesiae sententiam illustrasset in his: *Probabilius enim videtur, quod militibus Remi patria profugis urbs nostra condita, vel Rutorum gens instituta putetur; cum & nostra Romanis auspiciis insignita, & editior porta Martia, Romanae stirpis veterum opinione propagatoris, a nomine vocitata, priscum ad haec quaque nostra cognomen reservaverit tempora; cujus etiam fortuna producentibus dexteram lupa Remo Romulique pueris ubera praebentis fabula carminis innotatum.* Sed quia de Durocortoro mentio incidit, obiter emendandus Aethicus Cosmographus, apud quem perperam *Dorocodoros* pro *Durocortorum* legitur, ut nobilia Oceani occidentalis oppida recenseam. Hodie *Reims* appellatur. Salvagn.

639. *Denique Sarmaticas.*] Postquam libidi suae gravissima quaeque mala Naso noster imprecatus est, ei porro deportationem in Sarmatiam, quasi dirarum suarum corollarium imprecatur. Quae certe epilogo nihil argutius in toto hoc Poëmate mihi visum est. Quam enim Ovidius ne veliminam Augustum ad commiserationem flectendi occasionem praetereat, quid ingeniosius ab eo dici, aut excogitari potuit, quam ut exilium sibi quovis supplicii, & mortis genere gravius ac intolerabilius declararet. Et vero ingenium Ovidiale est, ut pene modum humanae conditionis excedat; si quo peccat, eo peccat, quod magnorum fluminum instar, interdum redundet; quod si in eo vitium est, tot praeclaris dotibus satis compensat. Omnia ejus Opera, omnibus ingenii, omnibus eloquentiae luminibus omni ex parte colluceant. Inest in ipsis admirabilis copia dicendi, atque ubertas; inest sententiarum gravitas; inest eruditio plurima. Inest denique jucunditatum varietas, & amoenitas incredibilis, quae nec in hortis Maecenatis, aut Hesperidum fuit, ut non immerito Desiderius Erasmus in Ciceroniano suo Ovidium inter Poëtas Ciceronem vibri posse dixerit. Hic finis esto Commentationum, quas admodum juvenis auspicatus sum Victore Allobrogum, promovi Lutetiae Parisiorum, dissolvi tandem in Vorcano meo annum agentem virestinum. Has autem studiorum meorum primitias, tibi, summe rerum Opifex, do dico, properaturus ad alia, quae ad Reipublicae mea obeunda magis conducant. Salvagn. Hoc libellum deerat quibusdam, aliis in margine adscriptum. Vid. supr. ad v. 338.

641. *Sint missa.*] multi scripti, *Sint*. & Editio Venetia vetus & ita N. Heinsius edidit.

Multiplicentque suo vota favore mea.
645 Postmodo plura leges, & nomen habentia verum;
Et pede quo debent acria bella geri.

643. *Pauca quidem fateor, sed Di dent plura roganti.*] Sanbe *rogatis*, ut sit sensus, dii plura mala dent tibi, quam in hoc opusculo eos in te rogaverim. Const. Fanens. *Rogatis* est in quibusdam libris praelo subjectis. In aliis, *roganti*. Zarotus autem, *precanti*, legit. monstra omnia. genuinam lectionem habet exemplar Masscianum & unum bibliothecae Vaticanae, *rogamus*. Quod verbum quam apposite hic sit, propter sequens carmen, quis est, quin statim videat? Ciofan. *Precanti* Petav. alt. sed *rogatis* recte. ut II Trist. 183.

—— *Majora petitis*
Credibile est magnos saepe dedisse Deos.

Mox *fata favore* idem. Burm.

644. *Et nomen.*] *Sed* prima editio.

FRAGMENTA
P. OVIDII NASONIS.

EX MEDEA.

Quintil. lib. VIII. cap. V. Nam cum sit rectum, nocere facile est, prodesse difficile, vehementius apud Ovidium Medea dicit,

Servare potui, perdere an possim rogas?

Item,

Ferte huc illuc, sit plena Dea.

Sen. Suasor. III.

EX EPIGRAMMATIS.

Cur ego vos dicam, Furiae, te furiam?

Fab. lib. IX. cap. 3.

Item,

Ride, si sapis, o puella, ride.
Pelignus, puto, dixerat Poëta.

Mart. lib. II. Epig. XIX.

Item,

Zaerte ferox caeso Cossus opima tulit.

Prisc. lib. V.

EX

EX PHAENOMENIS.

Tot numero, talique Deus simulacra figurâ
Imposuit coelo: perque atras sparsa tenebras
Clara pruinosae jussit dare lumina nocti.

Lactant. lib. II. De Orig. Err. cap. V.

Pleiades ante genu septem radiare feruntur,
Sex tantum apparent: sub opacâ septima nube est.

Probus in Georgica Virgilii, in cujus vulgatis libris hi versus depravatissimi leguntur.

In Priapeïis quaedam Ovidii (*v. Bart. ad Stat.* I. *Theb.* 229.) extare, eruditi arbitrantur. Ex illo certe, cujus initium, *Obscure poteram tibi dicere*, Seneca Pater lib. I. Controvers. II. hunc versum adducit,

Dum timet alterius vulnus inepta loci.

Servius in IV. *Georg. ubi agit de Eurydice, citat ex Ovidio*, Bis rapitur, vixitque semel. *quod in auctore nostro nunc nusquam comparet.*

Scholiastes vetus Horatii ad lib. II. *od.* V. Gyges nomen pueri ex insulâ Cnido Veneri sacrâ. hujus autem pueri pulcritudinem laudat etiam Ovidius. *Atqui in iis, quae extant, laudat nullibi.*

Quintilianus lib. XII. *cap.* X. Sed evanescunt haec atque emoriuntur comparatione meliorum. ut lana tincta fuco citra purpuram placet. at si contuleris eam lacernae, conspectu melioris obruatur, ut Ovidius ait. *Quae nullo negotio in metrum redacta Jambum tragicum efficient & duos hendecasyllabos,*

Ut lana tincta purpuram citra placet,
At si contuleris eam lacernae,
Conspectu melioris obruatur.

In Notis enim ad Epist. VII. *communem esse ultimam in* contuleris, dederis, credideris, *& similibus syllabam monemus.*

Seneca Controvers. X. *Ex Declamatione Ovidii quadam haec producit.* Quicquid laboris est, in hoc est, ut uxori virum, & viro uxorem

rem diligere concedas. Necesse est deinde, jurare permittas, si amare permiseris. Quod habuisse nos jusjurandum putas? Tu nobis religiosum nomen fuisti. Si mentiremur, illa sibi iratum patrem invocavit, ego socerum. Parce pater, parce socer: non pejeravimus. Ecce objurgator noster, quam effrenato amore fertur. quanquam esse filiam preceris. carum quidem, quod illum ab indulgentia sua avocet. Di boni, quomodo hic amavit uxorem? amat filiam, & abdicat. dolet periclitatam esse, & ab eo abducit, sine quo negat se posse vivere: queritur periculum ejus, quæ poene caruit hic, qui amare caute jubet. Facilius in amore finem impetres, quam modum. tunc hos ponis terminos, ut nihil faciant, nisi considerato, nihil promittant, nisi ut jus facturi; omnia verba ratione & fide ponderent. Senes sic amant. Pauca nosti, pater, crimina: & iurgavimus aliquando, & decidimus; & fortasse, quod non putas, pejeravimus. Quid ad patres pertinet, quod amantes jurent? si vis credere, nec ad Deos pertinet. Non est quod tibi placeas, uxor, tanquam prima peccaveris. periit aliqua cum viro, periit aliqua pro viro! illas tamen omnis ætas honorabit, omne celebrabit ingenium. Per, socer, felicitatem tuam. magnam tibi quam parvo constat exemplum! in reliquum diligentiores facti sumus: errorem nostrum confitemur: exciderat jurandum: alia tertium qui magis amaret: sic, Di, sit semper. Perseveres, socer, recipe filiam: ego, qui peccavi, pœnâ dignus sum. quare uxore necatâ, socero causa sim orbitatis? Discedam è civitate: fugiam: exulabo: utcunque potero, deliderium miserâ & crudeli patientia perferam. Morerer, si solus moriturus essem.

In codice pœmenicorum veterum longe antiquissimo, quem apud V. C. Petrum Scriverium vidi, Ovidio hoc epigramma inditum adscribebatur,

Jam nitidum liquidis Phœbus jubar intulit undis;
Lucrifam renovans Tethyos amne facem.
Albis fabit niveis Phœbe subvecta juvencis,
Mitis & æthereo labitur axe Lepor,
Alludunt teneri tremulis cum matribus agni,
Lactentesque animas lacteus humor alit.

In eodem codice Argumenta librorum Virgilianorum nostro etiam adscribebantur, ut & in multis aliis exemplaribus vetustis, quæ vidi. Sed perperam. Denique in antiquo libro Georgii Fabricii, hoc epigramma de Lucretia Nasonis nomen obtinebat,

Cum

Cum foderet ferro castum Lucretia pectus,
Sanguinis & torrens egrederetur, ait;
Procedant testes me non placuisse tyranno,
Ante virum sanguis, spiritus ante Deos.

Sed jam satis. Nam illas ineptissimorum hominum de Pulice, Philomela, & his similes nugas quis Ovidio adscribi patienter aut æquo animo ferat? Carmen etiam Panegyricum ad Pisonem ad alia jam castra jure optimo transivit.

FINIS.

APPENDIX OVIDIANA,

QUAE CONTINET

VITAM OVIDII

A VARIIS CONSCRIPTAM

ET

DEDICATIONES

ET

PRAEFATIONES

VIRORUM DOCTORUM.

P. OVIDII NASONIS VITA,

Ex vetusto codice *Pomponii Laeti*, cujus apographum exstat in Vaticana Bibliotheca.

P. Ovidius Naso a. d. XII. Kal. April. Sulmone in Pelignis natus est. quo anno bello Mutinensi P. Hirtius & C. Pansa Coss. diem obiere. honoribus Romae functus. fuit enim arbiter & triumvir, & judicium inter centum viros dixit. Sub Plotio Grippo literis eruditus. deinde apud Marcellum Porcum Rhetorem, cujus auditor fuit, optime declamavit. Admirator plurimum Porcii Latronis fuit, quem adeo studiose audivit, ut multas ejus sententias in versus suos transtulerit. Bonus declamator, & ingeniosus habitus est, & carmine & prosa licenter scripsit, ingenii sui adeo amator, ut ex iis, quae dixit, etiam precantibus amicis nihil mutaverit. In carminibus vitia sua non ignoverit, sed amavit. Militavit sub M. Varrone. Julio Graecino Grammatico familiaris. Tandem cum venisset in suspicionem Augusti, creditus sub nomine Corinnae amasse Juliam, in exilium missus est. exulavit Tomis. ibique decessit annum agens LX novissimum.

ALIA NASONIS VITA

Ex Codice Farnesiano.

P. Ovidius Naso Pelignis natus eo anno, quo Hirtius & Pansa Coss. in Mutinensi bello pericrant simul, quo coepit triumviratus. fratrem habuit nomine Lucium nate majorem, defunctum tamen in minimis annis. Romae sub Plotio Grippo literis operam dedit. à Cornelio Gallo disertissimo & doctissimo cive, & à M. Varrone multa cepit. Familiarissimus fuit Julii Hygini Grammatici. Paternis stimulis foro aliquandiu incubuit. unde plerumque judicium dixerit inter centum viros. post parentis mortem ad poëticen integer redit, scripsitque libros duos Heroïdum Epistolarum. inde cum M. Varrone Asiam petiit. sub quo militavit. neque prius huc se contulit, quam peritissimus literarum Graecarum foret. Scripsit inde epistolas quasdam ad Tiberii filiam sub falso nomine, ac ficto Corinnae inscriptas, quae propter crimen laesae majestatis combustae fuerunt. inde & exilium meruit.

P. OVIDII VITA

Per *Paulum Marsum*, Piscinatem Poëtam Cl.

P. Ovidius Naso, Pelignus, Sulmone ex equestri natus est ordine, eo tempore, quo Hirtius & Pansa Coss. Mutinensi bello periere, secundo quinquatriorum die, XIII. Cal. Aprilis. Sub Plotio Grippo literis operam dedit, Marco Varroni & Corn. Gallo acceptissimus. stimulante patre foro aliquandiu incubuit. Reos plerumque defendit, & judicium inter C. viros dixit. Declamavit accuratissime, unde & merito inter declamatores cum Seneca commemorat. Defuncto patre, ad poëticen rediit. Militavit sub M. Varrone, & cum eo Asiam petivit. nec prius in urbem reversus, quam Graecum sermonem imbibisset. Uxores brevi duas habuit: tertia tamen diutius secum mansit, ex qua Perillam filiam genuit. Demum ab Augusto in exilium missus est, anno aetatis suae quinquagesimo. Exulavitque annis novem. periit in ea infelicitate, anno Tiberii V. Sed hujus exilii causa varia referunt. de qua ailas late disseruimus, refellentes varias & eorum inprimis opiniones, qui cum Suetonii testimonio Liviam seu Julii Augusti, aut Tiberii filiam amasse referunt, & ea causa in exilium missum, tamque sub Corinnae nomine celebratam; quod facile refelli potest, si dili-

genius Sidonii verba transcribimus: qui cum velit hendecasyllabis Narbonensem quendam Poëtam super ceteros extollere, quos aut aperte nominat, aut periphrasi ostendit, de Ovidio sic inquit:

Et te carmina per lubidinosa
Notum, Naso tener, Tomique missum,
Quamvis Caesareae nunc puellae,
Fugis nomen fabulam Corinnae.

nec est quod multos decipit. Sed ordine ipso interpretemur versus, & res ipsa lucidior fiet. Superius inquit, te Naso tener laciva notum, infamem per carmina libidinosa, propterea quod artem amatoriam scripsisti: & missum Tomos. Viden' quemadmodum hoc loco conjungit, & missum Tomos per carmina quoque libidinosa: & sine conjunctione subdit: Quondam nimis lubidinosae puellae Caesareae, falso Corinnae nomine. Per haec verba non ostendit, ea causa missum esse in exilium, quod Caesaream puellam amarit, sed quod artem scripserit. Sed quae fuerit haec Caesarea puella, in dubio est. nam si recte perspicimus, puellam non tam pro nata, aut nepte, quam pro ancilla accipere possumus, uti & puerum, cum pueros non modo filios, & qui sunt aetate puerili, sed etiam servos vocamus, ut saepenumero apud Poëtas & Oratores invenies. quod etiam ostendit Paullus jurisconsultus de verborum significatione. Poterat igitur Caesaream ancillam amare, & eam sub Corinnae nomine celebrare. In libris enim ad Corinnam nihil est dignum principe muliere. nam ad eandem conscripti sunt: certe cum principibus non esset. Multa imprecatur in virum: in Caesarem non ita fecisset. Accedit illa ad illum, non esset princeps. Laniat capillos: non ita demens fuisset, ut principis laniasset. Praeterea in omnibus querelis, & quae in libro Tristium, & quae in his de Ponto scriptae sunt, nihil de amore queritur, nisi quod artem scripserit. nihil in amorem imprecatur; erroremque in quo damnatus sit, non culpam, non scelus, non crimen esse: ac si demonstrare velit errore in alienum crimen incidisse, vel, ut alii dicunt, quod Julam nudam viderit, vel quod Caesarem Augustum in re turpi deprehenderit. Idque ex eo loco percipi potest.

Cur aliquid vidit? cur nocte lumina fecit?
Cur imprudenti cognita culpa mihi?

quorum verborum sententiam multi perverterunt. dixit enim cognita culpa, non hic de sua, sed de alienis culpa dixit. Et in hoc subdit Actaeonis exemplum, qui inscius in Dianam incidit: sic & eum inscium in aliquid inimile incidisse conjiciendum est, quod omnino aliquid non potest: cum in tertio Tristium libro dicat:

Scilicet quod crimen viderunt lumina, plector,
Proximus est culpae labisse meae.

Ut plurimi in eandem sententiam redeat. Etenim, quamvis Caesaream puellam amasset, certe non hoc crimen non licere delinquere dixisset. nam & conscie & summo scelere in Augustum imperatorem deliquisset. Relinquitur ergo, quod aliquid viderit, ex quo Augustum in odium provocaret, & exilio sub artis amatoriae culpa multatus sit. Scripsit elego heroicos carmine reliquae multae, quae maxime & usui & ornamento linguae Romanae sunt. Heroidum epistolas plures. Artis Amatoriae libros tres. Amoris remedii libros duos. De medicamine ad Medicam libros tres. Transmutationum libros quindecim. Scripsit & tragoedias, quarum maxime & a Quintiliano & Cornelio Tacito Medea probatur: in qua quantum valuerit ingenio, ostendit. Librum I. malos poëtas composuit, ut Fabius Quint. refert. Librum scripsit ad Liviam Augusti de morte Drusi. Bellum Actiacum inchoavit. Ad Thyrsum libros duos, in exilio Tristium libros quinque, de Ponto quatuor, Fastorum libros XII. Scripsique in libri imprecationem, vesicindique uno libro complexus est. Scripsit & triumphum Caesaris. Postremo de piscibus opus inchoavit, quem postea imitatus est Oppianus. Elegos Getica libellum de gestis Imperatoris apud Getas edidit. quin etiam & alia eisque facetissima conflat. Interiere tamen multa, seu librariorum incuria, seu posterioris aevi. Fastorum autem sex tantummodo in nostra secula pervenere, cum & ipse duodecim scripsisse se dicat:

Sex ego Fastorum scripsi, totidemque libellos,
Cumque sit mensis mensibus ille duos.

Libros autem multi putant Romae inchoasse. Sed in Ponto absolvit, ut patet ex eo loco in IV. libro, cum inquit:

Salvanis gelidi patriae, Germanice, nostrae,
Me miserum! Scythico quam procul illa solo!

nam inde scripsisse ostendit. Ego autem puto eum in Ponto integrum opus absolvisse, sed tantum sex libros emendatos edidisse: reliquos nec emendatos, nec editos, incuria post ejus interitum periisse. Dicavitque hoc opus non Tiberio Augusto, ut multi asserunt, sed Germanico, Drusi fratris Tiberii filio, illius Drusi qui in Germania oppetiit. Nam si Tiberio dicasset, cum Augusti filius esset adoptivus, tamen non in hoc 1. lib. dixisset,

Et tuus Augusto nomine dictus avus.

Avus enim Tiberii fuit Julius Caesar, & Augustus pater: ex adoptione tamen. Ergo de Augusti nepote intelligendum est, non de filio, & id ea fortasse ratione, quod Germanicus plurimum a militibus amabatur, si quando imperaret; quem jam sibi poëta conciliasset, ab eo reliqueretur in patriam: vel; quod per eum in Caesaris gratiam rediret. Hic enim Germanicus, ut auctor est Tranquillus, missus ad exercitum in Germaniam, excessu Augusti nuntiato, legiones universas imperatorem Tiberium pertinacissime recusantes, & sibi summam reipub. deferentes, incertum constantia, an pietate majore, compescuit: atque hoste mox devicto, triumphavit. Huic igitur dicati sunt Fastorum libri, in quibus sacra totius anni describuntur. Et, ut de verbi definitione differamus, Pompejus libro sexto de significatione verborum ita inquit: Fastorum libri appellabantur, in quibus totius anni fit descriptio. Et subdit: Fasti enim dies festi sunt. ea ratione volebant è nostris multi posse annales dici: in hoc tamen differunt: quia in annalibus plurium annorum res gestae continebantur, servato cujusque anni ordine: in Fastis vero non rerum gestarum, aut multorum temporum series, sed deorum cultus, & omnia ad religionem instituta quacunque causa, per fasta totius anni tempora, suis quibusque mensibus cum ortu & occasu signorum referuntur. Eratque illud Pontificum, ut, quaecunque patres sua religione instituissent, sacra & ceremonias omnes, in Fastos redigerent. Plureque longe, ante Ovidium, è nostris Fastorum poëtas scriptores accepimus. primumque Livium Andronicum, deinde Ennium, postea aliosque multos. Ovidius vero longe post, evolutis priscorum Fastorum libris & Pontificum monimentis, & annalibus veterum, omnia, quae ad rem sacram pertinere visa sunt, reformato in certiorem anno, signorumque observationem in Fastos suos seriosius redegit.

CONSTANTII FANENSIS

DISCEPTATIO PULCHRA,

An *Ovidius* plures filias habuerit, an Perilla ejus filia fuerit, an tertia uxor ei soli nupserit.

Ovidii vitam complures eruditi homines docte pariter & diligenter literis mandaverunt. Sed inter eos magna concertatio, utrem is unicam, an duas habuerit filias. Qui unam tantum poëtae assignant, hac ductos ratione existimo: quod ubique natam singulari numero, non natas plurativo dixisse comperiunt: praecipueque cum suam ab urbe discessum exponens, ait,

Nata procul Libycis aberat diversa sub oris,
Nec poterat fati certior esse mei.

Quo loco, si duas habuisset filias, non nata, sed altera natarum, aut junior, minor, major, prior, & aliis hujusmodi vocabulis legeretur, atque alterius junioris seniorisve, ubicunque locorum fuisset, fecisset mentionem. Qui vero duas Ovidio filias tribuunt, hac moti ratione videntur, quod is eo quem citavimus loco, natam fuisse dicit in Libya. Postea cujusdam epistolae initium ita ordiur.

Vade salutatum subito perarata Perillam
Littera, fermonis fida ministra mei.
Aut illam invenies dulci cum matre sedentem.

Quibus utique verbis, hanc etiam Perillam sibi filiam esse videtur ostendere. Rursum illi priores sic suam tueri opinionem possunt, ut Perillam, ad quam Nasonis epistola Romam dirigitur, non diversam ab ea quae morabatur in Libya, sed eandem cum ea esse respondeant,

dcant, quoniam tanto temporis interstitio ex provincia in urbem redire potuerit. Posteriores autem sic priorum ictus retundere non inaniter queunt: quod conjectura, non authoritate, vel valida ratione decertent. Nos in tanta dissensione quid agemus? quam tuebimur partem? neutram profecto, ne exoriatur invidia. At rem ita implicatam relinquemus? Minime. Quin in utramque opinionem pugnabimus, priorem ex parte, posteriorem ex toto demolientes. Hoc magna polliceris, & ardua. Et polliceor, & polliciris stabo, omnes quaeso spectatum venite. Sed prius audite, ut aciem partiri volo. In prima fronte authoritates secretariorum vice sistentur, quibus unius tantum filiae, cujus nomen ignotum sit, mentionem fieri à poëta monstrabimus. In secunda authoritatibus pariter & rationibus hostes convincemus, Perillam non ejus fuisse filiam: sed privignam. In tertia, cui Perilla nupserit, ostendemus. In ultima, quanam ex Ovidii conjuge ea filia nata fuerit, discutiemus. Tu Lector candide aures paramper accommoda. In primo Tristium libro hos versus invenies, quos supra retulimus,

Nata procul Lycycis obvertat diversa fabs oris,
Nec pateras fati certior esse mei.

Et hos in quarto,

Filia me mea bis prima fecunda juventa,
Sed non ex uno conjuge, fecit avum.

Item hos in sexto Fastorum.

Est mihi, faque precor nostris diuturnior annis,
Filia, qua felix fospite semper ero.

Quibus utique in locis filiam, aut natam, numero unitatis dixit, nullo unquam adjecto epitheto: quo alterum habuisse filiam colligere vel minima conjectatione possimus. In tertio quoque Tristium, ubi cum Epistola sua locutus est, sic ad Perillam sermonem divertit,

Usque pater vobis, dumque comesque fui.

Quo tertii, si Perilla Nasonis filia fuisset, non ut patrem, id est, tanquam patrem sese poëta appellasset. Et in quinto ejusdem operis, ubi in conjugem sic precatur,

Illa domus natorque tua, patriaque frematur.

Non nata sua dixisset, sed nostra: aut aliud quodvis epitheton adjunxisset, quo communem illi cum esset filiam cum uxore ostenderet. In quarto autem de Ponto, epistola ad Suillum, si verba legantur,

Nam tibi quae conjux, eadem mihi filia pene est:
Et quae te generum, me vocat illa virum.

Quos si diligenter discutias, nihil aliud profecto invenies sibi velle Ovidium, nisi Perillam ex tertia uxore sua altero viro genitam, Suillo denupsisse. Nam hoc dicere, quae conjux tibi, sit pene, id est quasi mihi est filia: & quae vocat me maritum, eadem te generum vocat: quid aliud significat, nisi uxorem Suilli, Nasonis esse privignam, id est, uxore sua ex altero marito concepam? At nunc in fine ejus epistolae, cum inquit,

Tangat te hoc carmen coelestia, care Suille,
Carmina pro socero pene precare tuo.

Idem etiam adverbium *Pene*, idem fateri nos cogit? Verum aliquis forsan dicet, Fateor Suillo unam poëtae privignam denupsisse: sed eam, nisi probes Perillam fuisse, non assentior. ecce tibi eadem ratio, quae supra de Ovidii filia adducta est, in medium proferetur. Si usquam in libris Tristium, & de Ponto, natas plurali numero uxorem habuisse, sed natam singulari Poëta testatur: & Perillam docet natam ejus fuisse, ac Suillum ejusdem generum nuncupat: nonne apte concluditur, eam filiam esse Perillam? Utique. Quod igitur superest, prosequamur. Eam filiam, quae patre exulante fuit in Aphrica, quam a Perilla diversam esse ostendimus: cujus nomen pater ipse, carminis puto necessitate coactus, non retulit: quam denique tertia ejus uxore colligitur non fuisse conceptam, utra duarum, quas ante hanc Ovidius duxit uxorem, geniam credimus? Priore potius, quam posteriore. nam ut hoc conjectem, ratio haec facit: quod hanc laudat, illam vituperat. stultum enim, & carentis vinciri dignum eum esse dixerim, qui filiam aliquam habens, quam praecipue diligat (ut poëtam fecisse apparet) a matris non abstineat crimine. cum illud in filiae dedecus reteclatur, & vulgato proverbio dici soleat, Qui gallina nascitur, hanc scalpurire necessium est. Non tamen hoc ultimum ita firmo, ut Lectori integrum esse nolim credere, quod illuserit. Sed quoniam hoc etiam quaeri à nonnullis posset, quae nam duarum uxorum, quas

quas nuper nominavimus, prior Ovidio nupserit, illane quam Falisci ortam, duodecima tertii Amorum libri Elegia hoc carmine declaratur,

Cum mihi promiseris conjux foret orta Falisci:

an ea, cujus nomen, patria, genus a Naso ne suppressa sunt: sciat Faliscam mulierem priorem nupsisse hoc a nobis argumento putari, quod sibi pene puero primam uxorem datam, in quarto Tristium libro commemorat, ut,

Pene mihi puero nec digna, nec utilis uxor
Est data: quae tempus per breve nupta fuit.

Et se pene puerum Elegias in Corynnam scripsisse, ibidem testatur: in quibus hujus Faliscae conjugis facit mentionem. ait enim,

Carmina cum primum populo juvenilia feci,
Barba resecta mihi bisve semelve fuit.
Moverat ingenium totam cantata per urbem
Nomine non vero dicta Corynna mihi.

Sed & hoc (ut Zoilo os cludam) pro conjectura, non judicio haberi volo.

P. OVIDII VITA,

Per *Raphaëlem Regium.*

PUblius Ovidius Naso Sulmoni, quae urbs est in Pelignis, ut ipse quoque scribit, ex equestri Nasonum familia Minervae Quinquatriis natus est, XIV. Kalendas Apriles Hirtio & Pansa consulibus, qui bello Antoniano apud Mutinam in pugna ceciderunt. Cum fratre natu majore clarissimis & grammaticis & rhetoribus Romae operam dedit, ac ut patri magis obtemperaret, quam quod illo studio delectaretur, legibus quidem incumbere coepit. Sed cum pater vita functus esset, ad humaniores musas rediit, celeberrimosque illorum temporum poëtas sibi conciliavit, Aemylium Macrum Veronensem, qui de herbis diligentissime scripsit: Ponticum, qui Thebaida composuit. Propertium elegiarum, Bacchum jamborum scriptorem & Horatium Flaccum. Uxores tris duxit, quarum duas repudiavit. cum tertia conjunctissime vixit: ex qua duas etiam filias suscepit. Cum vero ad Juliam Augusti filiam sub Corynnae nomine lascivas de amoribus elegias scripsisse deprehensus foret, in exilium annos quinquaginta natus ab Augusto ipso fuit ejectus in Pontoque relegatus: Ubi cum novem annos tristissime exegisset, vita functus Tomis, ut Eusebius in Chronicis scribit, fuit sepultus. Tametsi autem & ipse alia quaedam jactat tegendi criminis gratia, & plerique aliter putant: illam tamen, quam dixi, fuisse exilii causam ex his Sidonii poëtae lepidissimis versibus aperte demonstrantur.

Et te carmina per libidinosa
Notam, Naso tener, Tomosque missum.
Quondam Caesareae nimis puellae,
Falso nomine subditum Corynnae

Multa nobis foecunditatis ingenii sui monumenta reliquit partim in exilio, partim Romae conscripta. Nam in exilio & de Tristibus, & de Ponto, & in Ibim, & de morte Drusi ad Liviam consolationem, & duodecim Fastorum libros, quorum sex tantum extant: quanquam nuper omnes inventi ferantur, & Germanici triumphum composuit. De piscibus opusculum inchoatum reliquit. Ante vero quam exularet, jam artem amandi emiserat. Amoris remedium, suos amores ad Corynnam. Amatorias Heroïdum epistolas. Medeam tragoediam, quae ut scribit Fabius Quintilianus, ostendere videtur, quantum vir ille praestare potuerit; si ingenio suo temperare quam indulgere maluisset. Metamorphosin, quam subita relegatione perturbatus emendare non potuit: id quod ipse his carminibus perspicue testatum reliquit.

Orba parente suo quicunque volumina tangis,
His saltem vestra detur in urbe locus.
Quoque magis faveas, non sunt haec edita ab illo,
Sed quasi de domini funere rapta sui.
Quicquid in his igitur vitii rude carmen habebit,
Emendaturus, si licuisset, erat.

Metamorphosis autem, ut aliquid de operis quoque inscriptione dicamus, transformatio

trans-

transfigurationque interpretari potest. Quamvis enim & alia cognitu per quam jucunda hoc in opere narrentur: illo tamen omnia tendunt, ut quaecunque metamorphoseis explicantur, concinne atque copulentur. Carmine autem Heroico metamorphosin esse conscriptam ac in quindecim volumina distinctam cum notius sit, quam ut ulla indigeat admonitione: quid eutopo libro continetur subjiciemus, si prius illud testati fuerimus, Ovidium in Heroicis, id quod notat Quintilianus, idcirco lasciviorem fuisse, quam ut illius carminis gravitati conveniat: quod varios amores, quibus plerique metamorphoseon fuerunt factae, illum sic describere oportuit, ut quanta sit vis illius affectus aperte ostenderetur.

P. OVIDII VITA,

Ex *Petri Crinitii* Lib. III. de Poëtis Latinis.

P. Ovidius Naso genius est Sulmone patria, quod oppidum in Pelignis fuit. Natalem habuit Aprili mense, diebus quinquatriis, quibus sacra Minervae celebrari mos fuit apud Romanos; A. Licinio & L. Pansa consulibus, qui Mutinenti pugna contra Antonium ceciderunt. Neque desunt qui referant, eodem die natos fuisse P. Ovidium, & Albium Tibullum. poëtam in scribendis elegiis maxima elegantia. Majores illi contigerant nobili genere atque satis honesto, à quibus equestrem dignitatem acceptam perpetuo servavit. In ipso adolescentiae suae principio, magnopere probavit, quantum praestaret ingenii facilitate, ac praecelsis moribus. Quocirca Romae institutus est in Latinis literis, maxima diligentia parentis. Et cum in tenera aetate (ut constat) summa voluptate & gratia teneretur componendis carminibus, eo eo studio retractus est parentis monitionibus, qui monere illum assidue & hortari non desinit ad oratoriam facultatem, ut qui ad quaestum & opes comparandas animum magis intendisset. Itaque factum est, ut P. Ovidius studium illud atque curam abdicandi carmina interrumperet, animumque ad causas & forum converteret, praeceptoribus Arellio Fusco, & Porcio Latrone, cujus eloquentiam atque eruditionem vehementer admirans est. Neque in ea re tulit vulgarem laudem aut commendationem ingenii sui, ut refert Annaeus Seneca. Nam & in privatis, & in centumviralibus causis praeclaret, aliisque praeterea dignitates obivit, postequam virilem togam sumpsit, & latum clavum adeptus est, de quo habentur compluria apud ipsum Ovidium divertis locis, quae sunt à nobis praetermittenda, studio brevitatis. Caeterum cum nihil animo suo potius foret, quam versari in otio literarum, postrabita omni cura rerum publicarum, ad institutum suum redit, ac totum se dedit poëticae facultati, unde perpetuum sibi nomen & quietem singularem fore sperabat. Minime dubium est, eundem habuisse tres uxores. Primam enim sub ipsam adolescentiam, ut inquit, parumque se dignam, repudiavit, cumque ea more veterum divortium fecit. Alteram, bonis parentibus ortam, beneque moratam, sed parum stabili connubio sibi conjunxit, mature dimisit. Successit his Perilla, cujus egregiam formam atque probitatem pluribus locis extollit. Neque tantum dilexit eam maxima fide & benevolentia singulari, sed in poëtica etiam erudivit, magnaque cura excoluit. Quo factum est, ut Perilla, exulante marito, fidem suam diligentissime servaverit. Amicos habuit permultos, cum doctrinae & generis nobilitate insignes, tum probitate ac moribus ornatissimos: ut Albium Tibullum, Cor. Severum, Sabinum, Sex. Pompejum, Graecinum, & Flaccum, viros consulares, quorum familiaritate intime usus est: Messalam praeterea, Albinovanum, Aemylium Macrum, Maximum, & alios complures, cum quibus, ut ipse refert, conjunctissime vixit. Relatum est à Suetonio Tranquillo, Julium Hygiinum (qui Augusti liberrus fuit, summoque ingenio & doctrina praestitit) familiarissimum fuisse Ovidio poëtae. De ipsius operibus quid magnum operae pretium est pluribus agere, cum multi de hoc scripserint, eaque vulgo satis nota sint ex commentariis nostrorum grammaticorum. Et sane hic unus praeter ceteros omnes videtur, plura atque varia poëmatum genera descripsisse. In eo opere, (cui titulum fecit Metamorphoseon) secutus est Parthenium Chium poëtam, qui Graece scripsit praeclarem poëma pari argumento, & materia simili. Id Ovidii opus in tanto pretio habitum est Graecorum ingeniis, ut illud converterint in suum sermonem, est enim refertum varia atque multiplici eruditione: quanquam ipse auctor inemendatum atque imperfectum reliquit, ut ipse testatur versiculis additis. Nam absente illo, atque etiam nesciente, editum est in vulgus ab amicis. Fastorum libros sex composuit, eosque ad Germanicum Drusi filium

lium misit: reliquos per importunum obitum, & adversam exilii fortunam (ut plerique putant) non potuit perficere. Is tamen alicubi asserit duodecim à se compositos: opus quidem eruditum, & plenum magna & copiosa rerum scientia;

Sex ego Fastorum scripsi, totidemque libellos,
Cumque suo finem mense libellus habet.

De amoribus libros treis: in quibus sub ficto nomine Corinnae, maxime probavit ingenium suum. Complures etiam epistolas, in quibus est usus mira elegantia, & artificio singulari, ut critici asserunt. In elegia habitus est paulo lascivior, ut qui nimium quandoque indulserit ingenio suo. Praetereo libros Artium amandi, & Remediorum, in Ibin, de obitu Drusi, epigrammata, & poëmata complura, quae ab eodem composita sunt, ut grammatici veteres testantur. Quaedam tamen falso atque improbe ad eum referuntur, ut carmen de vocibus avium, de Pulice, & alia indigna prorsus atque aliena ab ingenio & doctrina tanti poëtae. Volumen praeterea scripsit Halieuticon, in quo complexus est varia & inaudita ad eam diem nomina piscium, quod amissum est (ut alia multa ejusdem auctoris) injuria hominum, & longa vetustate insequentium temporum. Idem Ovidius magnopere commendatus est in Medea tragoedia, propter ipsam elegantiam, & sententiarum gravitatem, ut Cor. Tacitus & Fabius Quintilianus referunt. In urbe secundum Capitolium habitavit, hortosque habuit in colle positos, quâ via Appia conjungebatur cum Flaminia. In his magna animi voluptate versari consuevit, suumque otium mitioribus curis traducere. Relegatus a Caesare Augusto in Pontum ad opidum Tomos, quo tempore Ovidius majorem quietem atque otium dari sibi sperabat, recolendis veteribus studiis, ut qui accessisset ad aetatem provectiorem. Causam vero tam saevi, tamque incivilis exilii, varie multi (ut in re ancipiti evenit) interpretantur. Alii hoc referunt ad eos libros, qui ab eo scripti sunt de amoribus, quod essent paulo lasciviores, ut est auctor Sextus Aurelius, qui de Rom. principibus scripsit. Plerique existimant, provenisse hoc ex adulterio cum Julia Augusti filia: qua in re etsi P. Ovidius nihil omnino aperte retulit: tamen alicubi videtur idipsum insinuare velata proprii criminis causa. Itaque Sidonius Apollinaris videtur existimasse, ob id fuisse illum relegatum ab Augusto, ut satis declaratur his versibus:

Nec te carmina per libidinosa
Notum, Naso tener, Tomisque missum;
Quondam Caesareae nimis puellae,
Fido carmine, subditum Corinnae.

Hoc idem innuit Ovidius, cum refert,

Lingua silet: non est ultra narrabile quicquam.

Et alibi servata ratione obstinati silentii,

Nec breve nec tutum, peccati quae sit origo,
Dicere: tractari vulnera nostra timent.

Minime autem obscurum est, Juliam Augusti principis filiam deflagrasse magna libidine, & infamem fuisse vulgatis per urbem adulteriis; ut ab antiquis scriptoribus refertur. Quapropter inclinat animus, ut existimem, haud satis potuisse Octavium sibi temperare, quo minus desaeviret in poëtam Ovidium, conficta causa novi criminis, quod in impudicis carminibus operam atque studium posuisset. In exilio supra septem annos versatus est. Cumque illi vivendum foret inter incultas atque barbaras nationes, tantum sibi promerui gratiae atque studii, bene praeclareque agendo, ut in ejus obitu Getae illi ac Tomitani populi tenere lacrymas non potuerint. Fuit enim Ovidius moribus apprime honestis, & facilitate mirifica ad conciliandas sibi ingenia hominum: quod inprimis dignum est summa admiratione. Cum Geticum sermonem atque Sarmaticum didicisset, poëmata descripsit Getica lingua, laudesque Caesarum decantavit. Obiisse traditur eodem anno, quo T. Livius, qui nobilissimus auctor habitus est in Romana historia describenda. Sepultusque fuit juxta opidum Tomos, ut Eusebius testatur. Permulti scriptores, cum veteres, tum juniores, deplorarunt obitum illius, ut indignum atque miserabilem, habita detestatione tam saevae tamque calamitosae relegationis. Sed eleganter inprimis & copiose (ut ego existimo) Ang. Politianus, cujus versus libris Tristium praemissus.

P. OVIDII VITA

Ab *Aldo Pio Manutio*, ex ejus ipsius operibus, collecta.

FUit Ovidius Sulmonensis: quod ipse sic testatur in Tristibus, lib. IV. eleg. IX.

Sulmo mihi patria est, gelidis uberrimus undis,
Milliaque qui novies distat ab urbe decem.

ex in Fastis, ubi etiam à Solymo Sulmonem denominatum dicit, lib. IV.

Hujus erat Solymus Phrygia comes unus ab Ida,
A quo Sulmonis moenia nomen habent.
Sulmonis gelidi patriae Germanice nostrae,
Me miserum, Scythico quam procul illa solo est.

Est autem Sulmo in Peignis, quod ipse sic in II. Amor. eleg. I.

Haec quoque compositi Peignis natus aquosis
Ille ego nequitiae Naso poeta meae.

Et in tertio eleg. XV.

Mantua Virgilio gaudet, Verona Catullo,
Peignae gentis gloria dicar ego.

Fuit ex equestri natus familia, ipso dicente in IV. De Trist. eleg. X.

Si quid id est, usque à proavis vetus ordinis heres,
Non modo fortunae munere factus eques.

Et Fastorum VI.

Sancte pater patriae, tibi plebs, tibi curia nomen
Hic dedit: hoc dedimus nos tibi nomen eques.

Idem ait & in Ponto lib. IV. Eleg. VIII.

Seu genus excutias, equites ab origine prima
Usque per innumeros invenietur avos.

Patrimonium satis amplum habuisse constat, quod ab eodem in Ponto sic ostenditur:

Non meus amissos annus defuderat agros,
Ruraque Peignis conspicienda solo:
Nec quos praeiferis positos in collibus hortos
Spectat Flaminiae Claudia juncta viae.

Item domum non longe à Capitolio: ait enim in I. De Trist. eleg. III.

Haec ego suspiciens, & adhuc Capitolia cernens,
Quae mihi sunt frustra juncta fuere Jovi.

Fratrem praeterea habuit natu majorem duodecim mensibus, & quod mirum est, eodem, quo ipse, natum die, utique enim quartodecimo Kalend. Aprilis Minervae quinquatriis natus est. quod sic ipse in quarto de Trist. eleg. IX.

Nec stirpis prima fui, genitoris sum fratre creatus,
Qui tribus ante quater mensibus ortus erat.
Lactisque eisdem natalibus effuit idem:
Una celebrata est per duo tota dies.
Haec est ermiferae festis quinque Minervae,
Quae fieri pugna prima cruenta solet.

Natus est autem Hirtio & Pansa coss. qui bello Antoniano apud Mutinam perempti sunt, ut ipse in IV. De Trist. eleg. IX.

Editus hinc ego sum, nec non, ut tempora novis,
Cum cecidit fato consul uterque pari.

Cum autem Romae una cum fratre sub clarissimis & Grammaticis, & Rhetoribus plurimum profecisset, legibus, cogente patre, qui humanitatis studia inutilia esse contendebat, coepit incumbere. & profecit legibus, & honoribus functus est. sed cum forum displiceret, quod esset majus onus ejus viribus, relicta curia & lati clavi servitute, ad mansuetiores musas redit; poetasque omnes illius temporis natu majores assidue coluit, atque a minoribus aeque cultus ipse est. Quae omnia in IV. De Trist. eleg. IX. elegantissime sic scribit:

Protinus excolimur teneri; curaque parentis
Imut ad insignes urbis ab arte viros.

Fra-

Frater ad eloquium viridi tendebat ab aevo,
Fortia verbosis natus ad arma fori.
At mihi jam puero coelestia sacra placebant,
Inque suum furtim Musa trahebat opus.
Saepe pater dixit: Studium quid inutile tentas?
Maeonides nullas ipse reliquit opes.
Motus eram dictis, totoque Helicone relicto,
Scribere conabar verba soluta modis.
Sponte sua carmen numerus veniebat ad aptos:
Quidquid conabar scribere, versus erat.
Interea, tacito passu labentibus annis,
Liberior fratri sumpta, mihique toga est;
Induiturque humeris cum lato purpura clavo,
Et studium nobis, quod fuit ante, manet.
Jamque decem vitae frater geminaverat annos,
Cum perit, & coepi parte carere mei.
Cepimus & tenerae primus aetatis honores,
Deque viris quondam pars tribus una fui.
Curia restabat: clavi mensura coacta est.
Majus erat nostris viribus illud onus.
Nec patiens corpus, nec mens erat apta labori:
Sollicitaeque fugax ambitionis eram:
Et petere Aoniae suadebant tuta furores
Otia, judicio semper amata meo.
Temporis illius colui sovique poetas:
Quotque aderant vates, rebar adesse deos.
Saepe suas volucres legit mihi grandior aevo,
Quaeque nocet serpens, quae juvat herba, Macer.
Saepe suos solitus recitare Propertius ignes,
Jure sodalitii qui mihi junctus erat.
Ponticus Heroo, Battus quoque clarus Iambis,
Dulcia convictus membra fuere mei.
Detinuit nostras numerosus Horatius aures,
Dum ferit Ausonia carmina culta lyra.
Virgilium vidi tantum: nec avara Tibullo
Tempus amicitiae fata dedere meae.
Successor fuit hic tibi Galle, Propertius illi.
Quartus ab his serie temporis ipse fui:
Usque ego majores, sic me coluere minores:
Notaque non tarde facta Thaleia mea est.

In secundo de Tristibus se & caussidicum fuisse scribit, & in privatis caussis arbitrum, his versibus:

Nec male commissa est nobis fortuna reorum
Usque decem decies inspicienda viris.
Res quoque privatas statui sine crimine judex:
Deque mea fassa est pars quoque victa fide.

Benignus etiam adeo fuit, ut nullus unquam opus, quod ipse composuerat, carpserit. quod sic ipse testatur in IV. De Trist. eleg. IX.

Nec qui detractat praesentia, livor iniquo
Ullum de nostris dente momordit opus.

Fuit & moribus ornatissimus, nam & vinum multa aqua dilutum bibebat, & à detestando puerorum concubitu abhorrebat, eratque purus omnis sceleris. sic enim ipse I. De Ponto eleg. X.

Parvus in exiles succus mihi pervenit artus,
Membraque sunt cera pallidiora nova.

Non haec immodico contraxi damna Lyaeo:
Scis mihi, quam sobrie paucae bibantur aquae.
Non ecalis occror: quarum si tangar amore,
Est tamen in Geticis copia nulla locis.
Nec vires adimit Veneris damnosa voluptas:
Non solet in moestos illa venire toros.

Item in secundo De Arte amandi ait:

Odi concubitus, qui non utrimque resolvunt:
Hoc est, cur pueri tangor amore minus.

In secundo autem De Ponto eleg. VII. sic scribit:

Vita prior vitio caret, & sine labe peracta est:
Auxilio misero nil tulit illa mihi.

Habuit uxores tres, quarum duas repudiavit: cum tertia vero conjunctissime & amantissime vixit. item filiam, & alios liberos, sed ex filia & avus factus est. quare in quarto de Trist. ait, eleg. IX.

Paenae mihi puer nec digna, nec utilis nxor
Est data, quae tempus perbreve nupta fuit.
Illi successi, quamvis sine crimine, conjux
Non tamen ut nostro firma futura toro.
Ultima, quae mecum seros permansit in annos,
Sustinuit conjux exulis esse viri.
Filia me mea bis prima secunda juventa,
Sed non ex uno conjuge fecit avum.

In primo autem libro De Trist. eleg. III. sic:

Saepe eadem mandata dedi: meque ipse fefelli,
Respiciens oculis pignora cara meis.

Et in tertio Eleg. XI. sic:

Usque sit exiguam poenae, quod conjuge cara,
Quod caret patria, pignoribusque meis.

Cum autem Augustum Caesarem imprudenter, & inscius, ut ipse ait, offendisset, ad Euxinos ab eo relegatus est, annos natus L. quare ait in IV. De Trist. Eleg. X.

Pessque meos artus Pisaea vinctus oliva
Abstulerat docies praemia victor equus:
Cum Maris Euxini positus ad laeva Tomitas
Quaerere me laesi principis ira jubet.

Describit autem discessum suum ex urbe, & uxoris, & ceterorum suorum lacrimas, duramque & periculosam navigationem suam primo de Trist. longa epistola, quae incipit:

Cum subit illius tristissimo noctis imago, &c.

Praeterea primo De Ponto in epist. ad Rufinum, eo in loco se exulare, ubi semper maxima forent frigora, summaque inopia bonorum omnium, his queritur verbis:

Orbis in extremis jacet desertus arenis,
Ferit ubi perpetuus obvia terra nives.
Non ager hic pomum, non dulces educat uvas:
Non salices ripa, robora monte virent.
Neve fretum laudes terra magis, aequora semper
Ventorum rabie fluctibus urbe tument.
Quocumque aspicias, campi culture carentes,
Vastaque, quae nemo vendicet, arva jacent.
Hostis adest dextra, laevaque à parte timendus,
Vicinique metu terret utrumque latus.
Altera Bistonias pars est sensura sagittas;
Altera Sarmatica spicula missa manu.

Sci autem exilii duas fuisse ait causas; quarum alteram ubique fatetur, alteram semper supprimit: ait enim II. De Trist.

Perdiderint cum me duo crimina, carmen, & error;
Alterius facti culpa silenda mihi est.

Persaepe igitur & libros De Arte amandi composuisse dolet, quod propterea Augusto odio esse

esse coeperit, & aliquid vidisse per errorem, ut ob id in Scythiam relegatus fuerit, offenso Caesare: ait enim in II. de Ponto eleg. IX.

Neve roges, quae sit: stultiam quam scripsimus artem,
Innocuas nobis haec vetas esse manus.
Exquid praeterea peccarim, quaerere noli:
Ut pateat sola culpa sub arte mea.

Et paulo inferius eleg. X.

Naso parum prudens artem dura scribit amandi,
Doctrinae pretium triste magister habet.

Et in tertio ad Amorem eleg. III.

Nec satis hoc fuerat, stultus quoque carmina feci,
Artibus ut posses non rudis esse meis.
Pro quibus exilium misero mihi reddita merces,
Id quoque in extremis, & sine pace locis.

In eodem sic Amorem sibi respondentem inducit in somnis:

Usque hoc, sic utinam defendere cetera posses:
Scis aliud, quod te laeserit, esse magis.

Et in quarto ad Carum epist. XIII.

Ille quidem dixit; sed me jam, Care, nivali
Sexta relegatum bruma sub axe videt.
Carmina nil prosunt: nocuerunt carmina quondam,
Primaque tam miserae caussa fuere fugae.

Secundo item de Trist. ait:

Cur aliquid vidi? cur noxia lumina feci?
Cur imprudenti cognita culpa mihi est?
Inscius Actaeon vidit sine veste Diamam:
Praeda fuit canibus non minus ille suis.

Et in eodem in fine:

Carminaque ediderant, cum te delicta notantem
Praeterii toties irrequietus eques.
Ergo quae juveni mihi non nocitura putaui,
Scripta parum prudens, nunc nocuere seni.
Sera redundavit veteris vindicta libelli.
Distat & à meriti tempore poena sui.

Et in tertio Eleg. V.

Inscia quod crimen viderunt lumina, plector:
Peccatumque oculos est habuisse meum.
Non equidem totam possum defendere culpam:
Sed partem nostri criminis error habet.

Ubique igitur exilii causam tum libros De Arte, tum errorem fuisse commemorat: quis vero ille error fuerit, nunquam aperuit, ne magis Augustus sibi irasceretur. verum quia, ut ipse ait, *Nitimur in vetitum semper, cupimusque negata*; quidnam id fuerit, plurimi scire conati sunt, & conatur semper aliquis; quapropter suspicati sunt quidam turpe aliquod Augusti secretum casu vidisse Ovidium. quod non placet, quia toties objiciendo scelus, immitiorem reddidisset Caesarem, quem lenire & placare studebat. alii vero, quod Augusti filiam falso Corinnae nomine amaverit, quae, ut Plinius & Tranquillus scribunt, stagravit adulteriorum infamia, & damnata est. qua de re sic Sidonius poeta:

Et te carmina per libidinosa
Notum, Naso tener, Tomosque missum,
Quondam Caesareae nimis puellae
Falso nomine subditum Corinnae,

quod non videtur: quia si ita esset, graviter & scienter in Augusti majestatem deliquisset Ovidius, non, ut ubique ipse scribit, per errorem, & inscienter. praeterea, quam ficto nomine Corinnam appellavit, potitum se testatur in Amoribus libro primo eleg. V. dicens:

Singula quid referam? nil non laudabile vidi,
Et nudam pressi corpus adusque meum.

Cetera quis nescit? lassis reconcinnimus ambo.
Proceserunt medii sic mihi saepe dies.

Quae si ea vel filia, vel nepotis, vel ancilla Caesaris, vel quaecumque alia fuerit sic illi carta, ut propterea Ovidium relegaverit; non error, sed scelus fuisset; non inscius vidisset crimen, sed sciens fecisset. adde, quod in eum errorem incidit jam senex: Corinnam vero juvenis amavit. sic enim de se ipso quarto De Trist. eleg. IX.

Carmina cum populo primum juvenilia feci,
Barba resecta mihi bisve, semelve fuit.
Moverat ingenium totam cantata per urbem
Nomine non vero dicta Corinna mihi.

Nec puto hic eam, quasi gaudens, nominasset, si ejus miseriae & exilii caussa fuisset. Credendum certe est, aliquid ab Ovidio per errorem visum, cognitumque, ut propterea ab offensio Augusto sub Artis amatoriae culpa Tomos relegatus sit: sed quidnam illud fuerit, cum sciri ipse noluerit, nequidquam quaerimus, praesertim cum, ne quaeratur, sic ipse jubet:

Ecquid praeterea peccarim, quaerere noli,
Ut patrat sola culpa sub arte mea.

Tentans autem in locis asperrimis, & perinhumanis, saepe ut saltem in mitiorem locum relegaretur, petit. quanquam vel veniam impetraturum se ab Imperatore sperabat. quapropter, ne mortuo, in IV. De Ponto eleg. VI. sic dolet:

Cederet Augustus utinam ignoscere culpae;
Idem noverat, terras deserturque fuam!
Quale tamen petai, de coelite, Brute, recenti
Ipsa praeul pestis carmen in ora dedi.
Quae praeb plenis mizam mihi, fuque malorum
Jam modus, & sacrae mitior ira domus.

Et in eodem Epist. IX. numen Augusti rogat, ut sibi ignoscatur, praesertim cum de illo nevo Deo facto libellum scripserit. ait enim:

Tu certe scis haec, superis afsiste, videsque
Caesar, ut est oculis subdita terra tuis.
Tu nostrat audis inter convexa locatus
Sidera, fallicis quas domus ore preces.
Parcimus illos & carmina forsitan illa,
Quae de te scripsi coelite facta novo.
Auguror his igitur flectit tua numina: nec in
Tonitrio numen mite parentis habet.

Scripsit ante exilium Heroidum epistolas plurimas; de Amoribus ad Corinnam libros V. quos postea diligentius recognitos in tres redegit. quod sic ipse in I. eorumdem:

Qui modo Nasonis fuerannus quinque libelli,
Tres sumus: hoc illi praestitit auctor opus.

De arte Amandi, libros tres; de Remedio amoris, libros duos; Transmutationum libros quindecim: quos, quia non emendaverat, tum iratus, ut ipse ait, studio, carminibusque suis, cum Tomos relegaretur, sua manu combussit, cum aliis quibusdam placituris. sed quia exscripti fuerant ante plurimis exemplis, omnino abolari non potuerunt. propterea sic ipse primo de Trist. eleg. VI. ait:

Grata tua est pietas: sed carmina major imago
Sunt mea: quae mando qualiacumque legas.
Carmina mutatae hominum dicentia formae,
Infelix domini quod fuga rupit opus.
Haec ego discedens, sicut bene multa meorum,
Ipse mea posui moestus in igne manu.
Utque eremosse suum fertur sub stipite natum
Tiestae, & melior matre fuisse soror:
Sic ego non meritos mecum peritura libellos
Imposui rapidis viscera nostra rogis:
Vel quod erant nassas, ut crimina nostra perosus;
Vel quod adhuc crescent & rude carmen erat.

Quae quoniam non sunt penitus sublata, sed extant:
(Pluribus exemplis scripta fuisse reor)
Nunc precor, ut vivant: & non ignava legentem
Otia delectent admoneantque vaci.
Non tamen illa legi poterunt patienter ab ullo,
Nesciat his summam si quis abesse manum.
Ablatum mediis opus est incudibus illud:
Defuit & scriptis ultima lima meis.
Et veniam pro laude peto: laudatus abunde,
Non fastidiatus si tibi, lector, ero.
Hos quoque sex versus in prima fronte libelli,
Si praeponendos esse putabis, habe:
ORBA *parente suo quicumque volumina tangis,*
His saltem vestra detur in urbe locus.
Quoque magis faveas, non sunt haec edita ab ipso,
Sed quasi de domini funere rapta sui.
Quidquid in his igitur vitii rude carmen habebit,
Emendaturus, si licuisset, erat.

Item in III. eleg. XIV.

Sunt quoque mutatae ter quinque volumina formae,
Carmina de domini funere rapta sui.
Illud opus potuit, si non prius ipse perissem,
Certius à summa nomen habere manu.
Nunc incorrectum populi pervenit in ora,
In populi quidquam si tamen ore meum est.

Scripsit & Medeam tragoediam, de qua maxime & à Quinctiliano, & à Cornelio Tacito laudatus est. ait enim Fabius; Ovidii Medea ostendit, quantum vir ille praestare potuerit, si ingenio suo temperare, quam indulgere maluisset. Summo etiam cum fuisse judicio ostendit Seneca in II. Declamationum sic inquiens; Rogatus aliquando ab amicis suis, ut tolleret tres versus, petivit invicem, ut tres exciperet, in quos illis nihil liceret. Conscripserant illi, quos tolli vellent, secreto hic quos tutos esse vellet. In utrisque codicillis idem versus erant. ex quibus primum fuisse narrabat Albinovanus Pedo, qui inter arbitros fuit:

Semibovemque virum, semivirumque bovem.

Secundum:

Egelidum Boream, egelidumque Notum.

Ex quo apparet summi ingenii viro non judicium defuisse ad compescendum licentiam carminum suorum, sed animum. ajebat enim decentiorem esse faciem, in qua aliquis naevus inesset. De Medea tragoedia ipse sic meminit secundo de Tristibus:

Et dedimus tragicis scriptum regale cothurnis:
Quaeque gravis debet verba cothurnus habet.

Composuit & librum in malos poëtas, qui non exstat; item in exilio Epistolam consolatoriam ad Liviam Augusti de morte Drusi; de Tristibus etiam libros quinque; de Ponto libros quatuor, in Ibin, Fastorum libros XII. ex quibus sex tantum ad nostra tempora pervenerunt: de quibus sic ipse II. de Trist.

Sex ego Fastorum scripsi totidemque libellos,
Cumque suo sucus mense libellus habet.

Scripsit & triumphum Caesaris, de quo III. De Ponto eleg. IV. sic meminit:

Utque suo favcas mandat, Rufine, triumpho,
In vestras venit sic tamen ille manus.
Est opus exiguum, vestrisque paratibus impar:
Quale tamen cumque est, ut tueare, rogo.

Ex lingua Getica libellum De laudibus Caesaris, quem etiam recitavit. cujus meminit IV. De Ponto ad Carum eleg. XIII. sic scribens:

Ah pudet, & scripsi Getico sermone libellum:
Structaque sunt nostris barbara verba modis:
Et placui, (gratare mihi) coepique poëtae
Inter inhumanos nomen habere Getas.

Materiam quaeris? laudes de Cæsare dixi,
Adiuta est vocibus numine nostra Dei.
Ecce patris Augusti docui mortale fuisse
Corpus, ad æstherias numen abisse domos.
Esse parem virtute patri, qui jussus rogatus
Sæpe recusasti cœperit imperii.
Esse pudicarum Vestam te, Livia, matrum:
Ambiguum nato dignior, anne viro.
Esse duos juvenes prima adjumenta parentis,
Qui dederint animi pignora certa sui.
Hæc ubi non patria perlegit scripta Camœna,
Venit & ad digitos ultima charta meos:
Et cupit, & tacitas manus movere pharetrat,
Et longum Græco murmur in ore fuit.
Atque aliquis, Scribas hæc cum de Cæsare, dixit,
Cæsari imperio rejiciendus erat.

De pilcibus opus non perfecit. de quibus postea Oppianus, Ovidium imitatus, Græce scripsit ad Antoninum imperatorem. Exstant praeterea multa opuscula sub hujus poëtae nomine, ut de Nuce & Medicamine faciei, ac auriem, de Pulice, de Somno, de Cuculo, de Aurora, de Philomela, de Limace, de Vetula, de Quatuor humoribus, de Ludo latrunculorum. quae omnia, praeterquam de Nuce & de Medicamine faciei, quae fortasse puer composuit, ridicula sunt, nec digna, ut divino Nasonis ingenio, non juvenis modo, viro, sed ne pueri quidem attribuantur. Desperans tandem ad urbem reditum impetrare à Caesare, sic ad uxorem III. lib. De Trist. eleg. III. scripsit:

Ossa tamen facito parva referantur in urna;
Sic ego non etiam mortuus exsul ero.
Non defut hoc quisquam: fratrem Thebana peremptum
Sustulit tumulo rege vetante soror.
Arma ea cum fulsit, & omni pulvere misce,
Atque favorabo condita crede solo:
Quisque legat versus oculo properante viator.
Grandibus in tumuli marmore caede notis.
HIC EGO QUI JACEO TENERORUM LUSOR AMORUM,
INGENIO PERII NASO POETA MEO.
At tibi qui transis, non sit grave, quisquis amasti,
Dicere, Nasonis molliter ossa cubent.

Missus autem fuit in exilium anno imperii Augusti secundo & quinquagesimo, vel circiter: eximio autem Thetis Tomis apud Getas diem obiit. ex quo colligitur exulasse annos octo, & menses aliquot. Sepulcrum etiam juxta oppidum Tomos tradit Eusebius.

P. OVIDII VITA

Ex *Lilii Greg. Gyraldi* de Poëtarum Historia Libro quarto.

PUb. Ovidius Naso, patriam habuit Sulmonem, tertium Pelignorum civitatem. Nam, ut ex Plinio colligimus, Peligni in Corvinienses, in Superaequanos, & Sulmonenses distincti fuit: unde illud ex ipsius Poëtae elegiis,

Me parv, Sulmo tenet, Peligni tertia turris;
Parva, sed irriguis ora salubris aquis.

Et ordine equestri fuit, ut idem pluribus locis ostendit. Ingenio fuit, ut mihi quidem videtur, parato, facilique, sed qui nimium sui aliquando indulgeret; de cujus vita quaedam tantum libebo, quae non injucunda fore arbitror. Fuit itaque Ovidius, cum omni vita atque victu excultus, atque expolitus, tum tenui & vefeo corpore, nervisque compacto. Id quod vel ex ejus ipsius Ovidii carmine liquet, cum ait:

Pondere, non nervis, corpora nostra carent.

Item, alibi:

Atque subducto pondere membra dedit.

Suopte

Suopte naturae instituto puer ad poëticam ferebatur, verum parentis monitionibus, oratoriae facultati operam dare compulsus est: in qua, si Senecae credimus, egregie profecit, forensesque causas & centumviralia judicia exercuit. Mox vita defuncto patre totum se manfuetioribus Musis restituit, foro relicto. Fratrem uno anno natu majorem habuit, egregii eloquentiae deditum, qui XX. annum agens, diem obiit. Filias duas ipse habuit. Sunt qui alteram privignam dicant: altera certe aberat, cum ipse relegatus est. Tres vero subinde duxit uxores: duas quidem, facto divortio, repudiavit: tertiam vero, quam singulari caritate ac dilectione prosecutus est, ad mortem usque retinuit. Hanc, ut puto, perperam Perillam vocitatam, quidam existimant. nam si Perilla uxor fuisset, id profecto in iis, quae ad uxorem multae scribuntur, elegiis alicubi significasset. Fuit autem Perilla, ut ipsemet ostendit Poëta, puella valde docta, atque inprimis Poëtria, ad quam extat Poëtae ipsius nobilis elegia. Romae vero Ovidius secundum Capitolium habitavit; ut ipsemet testatur. Hortos habuit prope viam Flaminiam, qua Cassiae juncta fuit. Mortuus est in exilio, ut notat Eusebius, centesima nonagesima nona Olympiade, sepultusque est juxta Tomos, & (ut Pontanus è Georgio Trapezontio, nec semel se audivisse scribit in eo qui est de Magnificentia ad Attilium) collata è publico pecunia, à Tomitanis civibus, tymbo, id est, monumento, ante oppidi portam, in loco maxime celebri, magnifice structo: iis scilicet pluris facientibus peregrini poëtae ingenii nobilitatem, quam imperatoris Rom. proscriptionem. Exilii vero ipsius varie causa traditur, tametsi ipse non exulem, sed relegatum ait, eam ipse certe triplicem innuit, qua de re multi multa: illam ipse praetulit, qua & ceteras (ut opinor) praetexuit Augustus, quod suo scilicet carmine de Amandi arte Romanam corripuisset juventutem. Ego omnes quadam ex parte veras fuisse puto: eam tamen potissimum quam & Sidonius Apollinaris de Corinna suis versibus attigit, quod videlicet eo ficto nomine Juliam his versibus significaret:

Nec te (inquit) *carmina per libidinosa*
Notum, Naso tuner, Tomosque missum
Quondam Cæsareæ nimis puellæ,
Ficto carmine subditum Corinnæ.

Quam opinionem cum alii, tum suo carmine in Nutricia Politianus secutus est. Tradunt quidam, quod cum filia Augustum parum honeste jacentem vidisset: quod & illo ipsius poëtae versiculo significari volunt.

Cur dicaud vidi? cur conscia lumina feci?

Nam & de C. Caligula Suetonius ita tradit: C. Agrippae se nepotem neque credi, neque dici, ob ignobilitatem ejus volebat; succensebatque, si qui vel oratione, vel carmine, imaginibus eum Caesarum infereret. Praedicabat autem, matrem suam ex incesto, quod Augustus cum Julia filia admisisset, procreatam. Haec Suetonius. Sunt qui rem hanc in puerum ineptius referant: sed in re hujusmodi, conjectura potius, quam certa aliqua ratione ducuntur. Sunt & qui de Maecenate nihil non suspicentur: quem quod nunquam nominavit, nescio quid de Julia confingunt. Extant Caecilii Minutiani Apuleji fragmenta, in quibus de Ovidio poëta haec fere produntur, eum scilicet Calendis Januarii, qua die T. quoque Livius decesserit, anno sui exilii septimo, hominem esse desiisse: structumque illi tymbon à barbaris ante suarum aedium januam. Idem Minutianus ait, item, quem Ibin simulato nomine appellarat, Corvinum fuisse, qui exulantis poëtae uxorem sollicitasset: relegationis causam fuisse, quod Augusti incestum vidisset.

Caeterum de Ovidii ingenio sic alicubi Anneus Seneca: Declamabat, inquit, raro Naso controversias, sed non nisi ethicas, libentius dicebat suasorias: molesta illi erat omnis argumentatio: verbis minime licenter usus, nisi in carminibus, in quibus non ignoravit vitia sua, sed amavit. Manifestum potest esse, quod rogatus aliquando ab amicis suis, ut tolleret tres versus, invicem petiit, ut ipse tres exciperet, in quibus nihil illis liceret. Aequa lex visa est, scripserunt illi quos tolli vellent: & Ovidius, quos tres exciperet. de utrisque codicillis idem versus erant, in quibus primam fuisse narrabat Albinovanus Rhetor, qui inter arbitros fuit:

Semibovemque virum, semivirumque bovem:

Et:

Egelidum Boreen egelidumque Notum.

Ex quo apparet, summi ingenii viro judicium non defuisse, ad compescendam suorum carminum licentiam, sed animum. Ajebat interim, decentiorem faciem esse, in qua nec-

vas aliquis fallet. Et haec quidem Seneca: qui & partem declamationis ejus soluta oratione attulit: in ea controversia, cujus hoc est argumentum: Vir & uxor juraverunt, ut, si quid alteri obtigisset, alter moreretur, vir peregre profectus misit nuncium ad uxorem, qui diceret decessisse virum: uxor se praecipitavit. recreata, jubetur à patre relinquere virum, nam vult, abiens. Hanc certe controversiam, ait Seneca, ante Arellium Fuscum, magistrum suum, declamavit Ovidius, ut mihi videbatur, longe ingeniosius: excepto eo, quod sine certo ordine per locus discurrebat, &c. Extat & Caesii, ejus aetatis viri doctissimi, de Ovidio testimonium. Cum enim Aiflus Flavus in declamatione quadam hanc sententiam dixisset:

Ipse fui & alimentum erat, & damnum:

Aiflus obmurmuravit. Apparet (inquit) te Poëtas studiose legere. Iste sensus est ejus, qui hoc seculum oratoris non artibus tantum, sed sententiis implevit. Ovidius enim in libris Metamorphos. dixit:

Ipse fui mihi lucro detrahere nequivi
Cupit, & infelix numerandi corpus habebat.

Haec ille. Quae vero ingeniosissimi hujus poëtae opera supersint, breviter colligam. Elegiae amorum, vel De fine titulo, de quibus sunt grammaticorum controversiae. Epistolae, quarum nonnullae tanta arte & elegantia conscriptae sunt, ut in eo genere absolutas quidam nihil fieri posse existiment. Tres libri de Arte, duo de Remedio amoris, de Tristibus quinque, de Ponto quatuor. In Ibin, de Nuce, ad Liviam consolatio, sex Fastorum: & praecelsissimum, ut ait Lactantius, Metamorphoseon opus. Quae vero perierunt temporum injuria, haec sunt; sex Fastorum ultimi, Medea tragoedia, quae Fabio, & Tacito, aliisque commendata plurimum: haec hoc tempore inventa dicitur, sed falso, ut puto. Scripsit & alterum Tragoediam, ex Virgilio, de qua sic Tertullianus Septimius quodam suo libello: Denique, inquit, Ovidius etiam Medeam tragoediam ex Virgilio pleniissime expressit, quo loco ait de ipsi, qui ex aliis autorious centones & nova opera concinnarent. Reliquit item Ovidius inchoatam opusculum de piscibus, ex quo multos Plinius enumerat. Periere & Ovidii Epigrammata, quae tum Priciano grammatico, tum Martiano & Martiali citantur: item Phenomenon libellus, ut ex Lactantii & Probi sententia constat: item liber, quem in malos poëtas ediderat, ut ex Fabio colligimus. Perierunt & vaticinia, quae uno libro complexus erat, item triumphus Augusti Caesaris, & de Gestis Imperatoris lingua Getica, Bellum Actiacum, quod ad Tib. Caesarem libris duobus inchoaverat. Atque ut haec quidem, eorum in praesentia recordor, deperdita: ita, quae subjungam, suppositia & adulterina, falsoque Ovidio adscripta: De vetula, in quo de magnis siderum conjunctionibus, & de Christiana fide mirandis leguntur: item de Pulice, de Philomela, & de Medicamine faciei: quae de re, licet in arte se scripsisse asseveret, id tamen, quod in manibus habetur, poëma illegitimum & adulterium, ab aliquibus doctis viris putatur.

P. OVIDII VITA,

Per *Christophorum Zarotum* Justinopolitanum compilata.

PUB. OVID. NASO Pelignis in opido Sulmone XIII. Cal. April. ex Boëtio equestri ordine ante annos est, secundo quinquatrium die: eo quo Hirtius & Pansa Coss. Mutinensi bello cecidere, anno fratrem habuit majorem natu, cum quo in patria est educatus, primique literarum rudimenta edoctus. Mox utrunque adultum pater Romam misit, ut eloquentiae studio pariter, & legibus incumberent, quaestus acquirendi gratia: facile alter praeceptis praeceptoris parebat, qui nisi diem fata praematurassent (vigesimo enim aetatis suae anno e vita discessit) candidus optimus futurus videbatur. Ovidius autem non sine maxima molestia aliquandiu foro operam dedit, reosque plerunque defendit: interque centumviros judicium dixit: quantum in declamationibus extiterit; Seneca nobis testimonio est: qui eum declamatoribus inserit. Defuncto patre musis, & poëticae totum se tradidit, à quibus studiis invitus secesserat, utque etiam in eis melius proficeret, Graecas literas didicit: quo tempore sub M. Varrone, cui & acceptissimus fuit: secuti & sub Corn. Gallo militiam exercuit. Uxores tres habuit, quarum primam, quae ei pene puero nuperat, ob morum insolentiam, turpitudinemque dimisit. Alteram quoque repudiavit: causa nobis, cur id fecerit, in-

incognita, tertia vero diutius cum eo mansit, ex qua filiam Perillam nomine habuit. Demum ab Augusto Imperatore annum agens quinquagesimum in Pontum Euxinum relegatus est, cujus exilii causas, quis est, qui facile norit, cum & ipse modo hanc, modo illam referat? satis tamen constat ibi per novem annos mansisse, ubi extremum obiit diem, anno Tiberii quinto: & prope Tomos oppidum sepultum. Sive propter libros, quos de arte Amandi composuit, exularit, quod non mirum videri debet, si quidem feruntur libri hujusmodi à Julia, & Drusilla vehementer concupiti: perlectique assidue, unde & suspicio orta est incensas libidine amatores fuisse secutas. Caesarem vero eo usque exceandisse: ut & auctorem hujus mali in exilium pepulerit Ovidium, & pariter mulieres: tametsi quid meruerat Ovidius, vel quonam pacto potuisset ejus blandimentis carminis, nisi suum corpus antea prostituere cupivisset, corrumpi. sive (ut alii volunt Sydonii auctoritatem in medium afferentes) quia Juliam Augusti puellam ex Livia filiam amarit: quam ab Ovidio Corynnam falso nomine appellatam tradunt: quae causa à nobis minime probari potest, nec à quoquam docto, si examussim Sydonii verba trutinarit, & quid de Coryuna ab Ovidio scriptum sit, leget, haud principis puella digna, sive quia Liviam Drusillam nudam viderit, aut Aug. principem, cum exoletis consuescentem, quae ambae causae satis placent, cum & ipse quoque judicarit.

Cur aliquid vidi, cur noxia lumina feci.
Cur impudentis cognita culpa mihi est.
Inscius Actaeon vidit sine veste Dianam,
Praeda fuit canibus non minus ipse suis.

Si quis autem curiosius haec scire affectat: ejusdem de Tristibus: tum de Ponto libros perlegat: nos tantum in praesentia diversas attigimus opiniones illorum, qui exilii Ovidii meminerant. Multa carmina scripta memoriae reliquit, auspicatus est primis teneris adhuc annis Heroïdum diversarum epistolas. Deinde Amorum libros v. ad Corynnam, quos ad tres redegit: hi *de* fine titulo quoque nuncupantur. De medicamine faciei. De Arte Amandi ad juventutem Romanam libros tres: quos parricidas solet appellare. De Remedio Amoris libros duos. Metam. libros quindecim, opus divinum, heroïcique carminis dignitati convenienis, licet in eo nimis lasciviire dixerit Quintilianus. Tragoedias quoque adortus est, quarum Medea maxime à Fabio Quintiliano, & Corn. Tacito approbatur: ait namque Fabius in decimo, Ovidii Medea videtur mihi ostendere quantum vir ille ingenio praestare potuerit: si ingenio suo temperare, quam indulgere maluisset. In malos poëtas librum composuit, ut Quintilianus refert. Epistolam consolatoriam ad Liviam Augustam de morte Drusi Neronis, qui morbo in Germania perierat. Bellum Actiacum inchoavit. Ad Tiberium libros duos. De Tristibus quinque. De Ponto quatuor. Fastorum duodecim: sed nisi sex in manibus habentur temporum incuria. In Ibin invectivam: vaticinia unico absolvit libro. Triumphum Caesaris. De piscibus opus inchoavit, ut Oppianus scripsit lingua Getica. Libellum de gestis Imperatoris apud Getas. Nonnulla etiam alia opuscula Ovidio aliribuntur. quae an ipsius fuerint non laboro: videlicet de Nuce, de Philumela, de Pulice: nos tamen haec habemus, cum multa interierint: seu librariorum inertia, sive temporum iniquitate. Quem autem inter Elegiacos poëtas locum teneat: ex Quintiliano facile datur intelligi: cum ait, Elegia quoque Graecos provocamus, cujus mihi tersus, atque elegans maxime videtur auctor Tibullus. Sunt qui Propertium malint. Ovidius utroque lascivior: sicut durior Gallus.

HERCULES CIOFANUS

Syndicis ac Consiliariis Sulmonis S. D.

DUo jam praestiti, optimi Cives, quae vobis gratissima esse debent. Alterum, quod SULMONEM, communem PATRIAM descripsi, collegique ea, quae alii, qui de ea usque huc scripserunt, non animadverterant: eaque quam brevissime potui, explicavi. Alterum, quod OVIDII Metamorphosin (quo poëmate quid ingeniosius fieri potest?) Observationibus non prorsus, nisi me animus fallit, inutilibus illustravi. Utrum horum carius, acceptiusque vobis esse debeat, non meum est pronunciare, quamquam sapientium hominum sententia praeclare definitum est, post DEUM quicquid homines praestare possunt, id totum PATRIAE tribui oportere. Nos vero omnes plurimum debere OVIDIO fatendum est, qui

suo

suo ortu, sua doctrina, suoque ingenio, quo alios poëtas superasse affirmatur, PATRIAM ipsam, quae sua antiquitate celebris & illustris est, multo celebriorem, multoque illustriorem reddidit. Quare si conatus meos, diligentiamque, qua & PATRIAM, & OVIDIUM (absit jactantia dicto) illustravi, vobis gratam, ut spero, esse cognovero; meaque opera, quantumcumque futura est, uti voletis, tam mihi gratum atque jucundum erit, quam si quis maxima in me beneficia contulisset. Ac, quoniam observationum mearum merito superius mentionem feci, est quod quibusdam vulgo quaestus, inanium admodum litterarum personae inflatis ac tumidis, summumque in Graecos scriptores odium habentibus silentium imponam; qui, si quid in eis judicii esset, quae a me ad eam rem pertinentia notata sunt, non solum improbare non conarentur, sed vel inviti summis plane laudibus (quod respuo) efferre deberent. Quid enim quaeso praeclarius (idem de omnibus veterum auctorum libris dicendum est) a viris singulari virtute praeditis, quod studiosis majorem afferat utilitatem, praestari potest? Nonne in antiquitate emendanda atque illustranda recentiorum hominum, qui clarissima litterarum lumina & fuerunt, & sunt, Politiani, Barbari, Pierii, Bembi, Pantagathi, Victorii, Augustini, Manutii, Sirleti, Mureti, Cujacii, Sigonii, Giacconi, Ursini, Bargaei, Stelli, Gifanii, Turnebi, Lambini, Scaligeri, aliorumque, quos longum fuerit enumerare, diligentia & industria collocata est praecipua? Quorum per vestigia, in primis autem Manutii & Mureti, qui jam exhortati me sunt, ut id onus suscriperem, mihi repere, quantum meae vires patiuntur, non licet? ea vero quae ipse collegi, quaeque multo locupletiora, illustrioraque reddidi, jam iis, quos modo nominavi, Manutio & Mureto probata sunt. Utriusque igitur (quando eo ad hujusmodi hominum temeritatem atque impudentiam cohibendam opus esse intelligo) & verba & testimonium subjiciam, ut ex iis, optimi Cives, an studium meum frustra sit positum, prae caeteris cognoscatis.

PAULUS MANUTIUS.

LECTIS diligenter & examinatis Herculis Ciofani Sulmonensis, in Ovidii Metamorphosin Observationibus, ita sane, praestanti doctrina refertas esse, ex Latinis, Graecisque poëtis collectis: scriptas autem Latino sermone puro, eleganti, ornato: ut lector summa cum utilitate non mediocrem capere voluptatem possit. De quo judicii mei testimonium, non tam ejus amicitiae, quae mihi cum ipso CIOFANO intercedit, quam veritatis gratia, extare volui; minime dubitans, quin omnes, qui recte de litteris existimant, mecum sentiant.

M. ANTONIUS MURETUS idem, quod Paulus Manutius, de his Observationibus judico: neque eas plurimis verbis laudarem, nisi in eis tam saepe laudarer.

Illud à vobis etiam atque etiam peto, ut PATRIAE descriptionem, quam nunc rursus plurimis auxi, hilari animo & vultu accipiatis. Valete, meque diligite. XII. Kal. Sept. anno ab orbe redempto CIↃ. D. LXXVIII. ab Urbis ROMAE primordio anno CIↃ. CIↃ. CCC. XXX. mensis IV. A SULMONE vero condito CIↃ. CIↃ. supra D. CC.

HERCULIS CIOFANI

DESCRIPTIO SULMONIS.

SULMO, Corfinio ∞. abhinc annis, & eo amplius diruto, Peligorum Metropolis à SOLYMO AENEAE comite & conditus & denominatus est, ut testatur Ovidius lib. IV. Fastorum, cum ait:

Hujus erat Solymus Phrygia comes unus ab Ida,
A quo Sulmonis moenia nomen habent.

Quod confirmat Silius Italicus lib. IX. ubi loquitur de Satrico, Cive Sulmonensi, qui primo bello Punico, anno ab V. C. CDXCVII. cum M. Atilio Regulo in Africam trajecit, cumque postea cum R. exercitu à Xantippo Lacedaemoniorum duce, Autololumque Regi ob virtutem dono datus, servitutem serviebat. Is Satricus utramque linguam & Latinam & Punicam callens, cum, duce Hannibale in Italiam reversus, patriae visendae cupidus, Mancini ejus filii, quem non norat, occisi sibi arma adaptasset, ab altero postea filio, Solymo, qui paulo propius patriam excubias faciebat, per errorem interficitur, morienque Romanos admoner, ut proelium differant. Quam quidem admonitionem Solymus, ob patris sui eadem se ipsum interimens, in clypeo scriptam reliquit. Sili haec verba sunt:

Xan-

Xantippo capitis, Libycis tolerarat in oris
Servitium Satricus; mox inter praemia Regi
Autololum dono datus ob virtutis honorem:
Huic domus, & gemini fuerant Sulmone relicti
Matris in uberibus nati, Mancinus & una
Nomine Rhoetes Solymus. Nam Dardana origo,
Et Phrygio genus a proavo, qui sceptra secutus
Aeneae CLARAM *maris fundaverat* URBEM,
Ex sese dictam Solymon, celebrata colonis:
Mox Italis paulatim attrito nomine SULMO.
At cum barbaricis Satricus cum rege catervis
Advectus, quo non spretum (si posceret ipse)
Noscere Geinlis Latiae interprete voces:
Postquam posse datum Peligna revisere tecta,
Et patrium sperare larem, & quae sequuntur.

Ex quo colligimus Sulmonem conditum esse ante Urbem Romam annos circiter CCCC. Accipio autem Romam originem duxisse à Trojanis, ut indicat Sallustius, ac nonnulli alii auctores. SOLYMO autem AENEAS filiam uxorem tradidit. Quatuor enim fuisse Aeneae filias legimus: primam in Thracia, alteram in Peloponeso, tertiam in Epiro nuptas reliquit, quartam vero Solymo, qui secum è Troja venerat, tradidit: victor postea in Latio Solymum cum parte copiarum ad Marsos misit, qui Urbem in Pelignis fundavit. Unum ex splendidissimis Italiae Municipiis fuit, ut ex L. Flori verbis, quae infra ponam, perspicue apparet. De Sulmone, deque ejus situ, quem nunc quoque plane refert, deque etiam camporum natura, ac fertilitate ita poëta noster:

Me pars Sulmo tenet Peligni tertia ruris,
Parva, sed irriguis ora salubris aquis.
Sol licet admovet tellurem sidere fudat,
Et micet Icarii stella proterva canis:
Arva peverrantur Peligna liquentibus undis,
Et viret in tenero fertilis herba solo.
Terra ferax Cereris, multoque feracior uvis,
Dat quoque bacciferam Pallada rarus ager.
Perque resurgentes rivis labentibus herbas
Gramineus madidam cespes obumbrat humum.

Positus est Sulmo in medio fere planiciei XII. milliar. montibus circumdatae, quae alicubi ad tres, alicubi vero ad quinque millia passuum latitudinem extenditur, atque inter duos amnes; quorum alter, quem veteres Gipium (qui ex Auseja aqua, quae postea Martia dicta est, emanat) vocasse, multi tradunt, ab Apennino (cujus pars, quadrato lapide structo aquae ductu, summo ornamento, summaque commoditate per mediam urbem labitur, qua & in hortis & campis rigandis utuntur coloni) alter vero, quem Vellam dicimus, à Majella, ut nunc loquimur, omnium nostrorum montium altissimo, exit. Estque in quarta Italiae regione, teste Plinio, atque in Pelignis; (vulgo nunc Valva) qui ab Oriente habet Frentanos; à Meridie Samnites & Campanos; ab Occasu Marsos: à Septentrione Marrucinos, & Vestinos. Ejus ambitus ad mille passus, eoque etiam amplius porrigitur: Portae publicae praecipuae octo sunt, urbes Italiae fere omnes, quae mediterraneae sunt, aedificiorum & situs pulchritudine caelique salubritate ab iis, qui Italiam ipsam obierunt universam, adaequare affirmatur: habetque in singulis viarum, ut ita dixerim, capitibus ingentes catenas ferreas, gladiorum ictibus passim incisas; quibus jactis & extensis nostri cives ad equites & arcendos & impediendos ne per urbem libere vagarentur, & ne diriperent, vel ejusmodi alia, quae milites solent, efficerent, antiquitus utebantur. Quarum quidem catenarum una (nunc in nodum collecta) mearum aedium, quae in publica via sitae sunt, quae vulgo *Le case pente* dicitur, parietibus affixa est. Templa summis aedificiis extructa sunt, D. Pamphili cathedrale, in quo XII. Canonicorum numerus est, & Episcopi aedes, quarum magna pars elegantissime instaurata est: D. Mariae Annuntiatae, cujus annuo reditu & eleemosynis aegroti hospites quam diligentissime curantur: pueri quamplurimi undique expositi, pauperesque omnes tam nostrae Urbis, quam externi satis commode & aluntur, & vestiuntur: D. Francisci, in quo Fratres conventuales, ut vocant, vitam degunt: Alia DD. Augustini, & Do-

Dominici, in quibus horum nominum Moniales sunt. In hoc aut dialecticam, aut aliam philosophiae partem interpretantur. D. Nicolai, in quo Ordinis minoris observantiae, prope moenia collocatum: S. Spiritus, quod est Princeps Caelestinorum Coenobium duo millia passuum Sulmone distans in Septentrionem, sub Moróni montis radicibus situm, tam magno ambitu & aedificiis ita pulchris, ut in universo Christianae Reipublicae orbe, eo majus, aeque commodius (ad summum quatuor, aut quinque exceptis) invenire difficile sit: in hoc Monachorum farragio, qui ex omnibus Italiae monasteriis eo se conferunt Abbas divini numinis voluntate spirante tertio quoque anno declaratur, D. Hieronymi, quod Coelestini, ut appellant, incolunt, mille passus ab urbe distans, in meridiem prope Caelium montiolum positum. Sunt & in urbe quinque alia Virginum, quae Deo dicatae sunt; D. Clarae: D. Catharinae: D. Monicae: D. Cosmae: D. Antonii; aliaque quamplurima presbyterorum eorum coenobia, ut id, quod modo dixi, D. Mariae Annuntiatae, inter quae & illius ex divae Mariae de Tumba, ubi Ovidii aedium pars & templum fuisse traditur. In his autem fere omnibus multae sunt Sanctorum reliquiae, quae ab omnibus urbis hominibus & externis, iisque diebus religiosissime visuntur. Societates septem, Sanctissimi corporis Christi; Sanctissimae Trinitatis; Divi Jacobi Apostoli; Divae Mariae Angelorum; Divae Mariae de Succursu; Divae Mariae de Loreto, & Sanctae Crucis. In hoc artes paene omnes, quae ad usum hominum necessariae sunt, vigent: praecipue autem, quae aere & flanno fiunt, quarum opera ita efferuntur laudibus, ut in Europa universa eis paria inveniri negentur. Quorum aedificium & elegantiam admiratus eruditissimus vir, Paulus Manutius, ad M. Antonium fratrem, qui aereum tripoda benevolentiae argumento ad eum miserat libro XI. suarum epistolarum ita scribit. Vasculo aereo, quod ad me Hercules frater tuus heri attulit, nihil amabilius, neque id ulla magis ipso, quam operis elegantia. Equidem Sulmonenses hominibus valere ingenio, satis antea cognoveram, hoc artificii genere ceteris hominibus concedere, nil unquam putassem: nunc perspecta industria, illos laudo, te de isto munere vehementer amo. Ea autem opera in quamplurimas & remotissimas orbis terrarum regiones quotidie exportantur. Et & in ipso cum aliorum fructuum, tum peponum, aliarumque rerum, quae ex hortis producuntur, omnium maxima copia; item amygdalarum, [illegible], omnium tolli edunt vermes illi, qui sericum, quod vel omnium optimum nemo, planum. De eodem in observationibus dixi. Sunt & mercimonia nonnulla. Tabellarius publicus his hebdomadis Sulmone transit. In foro, quod satis latum, satisque pulchrum est, bis quotannis, hoc est, IX. & VIII. Kalend. Apr. XIX. & XVIII. Kalend. Septemb. (quo scilicet mensibus fluctuantur, item III. Kal. & VII. Idus Octobris) nobiles cives, exterique equites, armis tecti, longis & firmis sane hastis spectacula exhibent quam pulcherrima: ad quae spectanda non parvi fiunt hominum concursus. Haec autem postrema is, quem modo nominavi, frater meus CCXL. carminibus, quae Id. Septembris anno superiore Romam ad me misit, non minus docte, quam eleganter est persecutus. Fuit haec nostra Civitas Latinorum Regi, cum inibi esset, ut regnum amitteret, ejus egregia in bello opera & [illegible] usus, fidelis: quamobrem postea jucunde vixit; multis ornata privilegiis, quae una cum aliis veteribus monumentis in palatio D. Mariae Annuntiatae diligentissime asservantur: egenosque & pauperes hospitio accepit. Illud constantis & plane ingenui animi, hoc pietatis ac religionis est argumento. Testantur utrumque cum alia multa, tum in primis dilicibus illud, quod in porta S. Augustini, ad vinorem ita incisum legitur:

SULMO. FIDEM. REGI. VITAM. SIBI. PRAESTAT. AMOENAM.
PAUPERIBUS. REQUIEM. VENIENS. HIS. CONSPICE. PLENAM.

Nondum olim, cum sub mero Regum Imperio esset (quippe annis abhinc plus minus quinquaginta Longobardorum Principum nisto parere imperio, quorum nunc HORATIUS, ejusque filius PHILIPPUS sunt superstites) tam aerei, quam argentei, atque aurei, quorum nonnullos hodie reperiri videmus, Sulmone cudebantur. Unde ipsum à Regibus, qui aestate hic commorabantur, semper plurimi esset factum quis non opinetur? L. Florus de bello Marsico sic de Sulmone litteris consignavit. Positis, inquit, fingulorum hominum fere pecuniis, Municipia Italiae splendidissima sub hasta venierunt: Spoletium, Interamna, Praeneste, Fiscenia. Nam Sulmonem, vetus opidum fociem atque amicum (facinus indignum) nondum expugnatum, ut obsides jam belli modo, & morte damnati duci jubentur, sic damnatam civitatem fuisse Sylla deleri. Atque hoc est forsitte, quod ait poeta noster II. Trist. dolens se res gestas Romanorum & Patriae non conscripsisse.

Nos

Nos mihi materiam bellatrix Roma negabat,
Et pius est Patriae facta referre labor.

Possumus praeterea conjicere poetam nostrum eo carmine etiam significare voluisse, quod recenset Caesar initio lib. I. de bello civili, ubi ita est. Interim Caesari nuntiatur, Sulmonenses, quod opidum à Corfinio septem millium intervallo abest, cupere ea facere, quae vellet: sed à Q. Lucretio Senatore & Attio prohiberi, qui id opidum septem cohortium praesidio tenebant. Mittit eo M. Antonium cum legionis octavae cohortibus quinque; Sulmonenses simulatque nostra signa viderunt, portas aperuerunt: universique & opidani, & milites obviam gratulantes Antonio exierunt. Lucretius & Attius de muro se dejecerunt. Quare autem Cives nostri id fecerint; ratio est; quia Caesar Marii secutus est partes: Pompejus vero Syllae, qui quidem Sylla, ut superius cognovimus, Sulmonem deleri ac dirui jusserat. Ideoque à Caesare stare voluerunt. M. Tullius Cicero lib. VIII. ad Atticum hanc rem paullo aliter narrat. Sulmone, inquit, C. Attium Pelignum aperuisse Antonio portas, cum essent cohortes quinque. Q. Lucretium inde effugisse scis. Cnaeum ire Brundisium desertum. Confecta res est. At tamen magis Caesari, qui rebus gerendis praerat, quam absenti Ciceroni, cui, id ut ab aliis intelligeret, necesse erat, credendum esse arbitror. Orosius etiam lib. VI. cap. XV. Caesaris sententiam confirmare videtur. Caesar per Antonium, VII. cohortes, quae apud Sulmonem morabantur, à Lucretio recipit. Aliud, quod adversum illum referre possim, non memini me legisse. Nisi fortasse id, quod Polybius lib. III. & Livius lib. XXII. de Pelignis scribunt, qui ab Hannibale devastati sunt, quo tempore Sulmonem quoque ipsum aliquid cladis & jacturae accepisse, qui judicio pollet, facile sibi persuadebit. De Sulmone etiam idem Livius lib. XXVI. Strabo lib. V. & Ptolemaeus lib. III. cap. I. meminerunt. Habuit haec nostra urbs inter alios viros claros poetarum lumen, OVIDIUM: Franciscum Barbatum, qui Miles Regius, & Jurisconsultus eximius fuit, Petrarchae amicus, ad quem ipsius extant Epistolae: INNOCENTIUM VII. PONTIF. MAX. Cardinales duos, Joannem & Cosmatum Melioratos, ejusdem Pontificis fratris filios: ille Cardinalis de Ravenna nuncupatus est, & disciplinarum omnium intelligentissimus fuit: hic Cardinalis de Ursinis, atque ingenio perspicacissimus. Ludovicum Melioratum Firmi Principem, qui exercitus Ducis Mediolani praefectus & imperator fuit. Episcopos nonnullos: & Marcum Probum sui temporis poetam satis celebrem, qui inter alia opera Parthenium in D. MARIAE historiam carmine Heroïco edidit. SERMONETAM in citeriore Latio insigne opidum, quod sub NICOLAI CAETANI Cardinalis amplissimi ac Principis nobilissimi ditione atque imperio est, D. fere ab hinc annis coloniam misit; quod ab Urbe XXXVI. millia passuum distat: Velitris XVI. Setia V. Priverno X. Tarracina XXIII. sed hae tres Urbes ulteriores sunt Neapolim versus. SULMONE vero, quem in ortum aestivum habet, circiter LX. Hoc autem opidum corrupta eorum temporum, quibus conditum est, pronunciatione, qua adhuc etiam multi abutuntur, à Sermona (*Sulmona* enim Italice dicendum est) Sermonetam vocarunt. Multas ac magnas ex variorum bellorum motibus calamitates, cladesque cum alias accepit, tum anno M. CCC. XLVII. Qua de re Aeneas Silvius in Dec. Blondi epitom. lib. X. Ludovicus Rex Ungariae multorum precibus agitatus, cum paratissimo exercitu Italiam petiit, primosque Sulmonenses resistentes invenit, quos tamen in potestatem redegit. Item circiter annum M. CCC. LXXX. ut idem scribit de histor. Europae. Rhenatus e captivitate dimissus cum decem triremibus Neapolim venit, & vocato ad se Jacobutio Candola, & ejus consilio Seaphatum petens, in deditionem accepit: deinde in Salmonensem profectus, cum frustra Urbem obsedisset, agrum vastavit incendio. Rursus anno M. CCCC. LX. Ferdinando Aragoniae regnante, à Jacobo Picinino captus & expugnatus est: anno autem vertente opera Alexandri Sfortiae ab eodem Ferdinando receptus est. postea exacto triennio, & rebus inter eos compositis, sub ejusdem Picinini una cum Civitate Pinnensi, nonnullisque aliis Aprutii (ut nunc loquimur) oppidis imperio manst. Haec postrema ex Baptista Pigna in eo libro, quo Estensis familiae historiam persecutus est.

HERCULES CIOFANUS

Caesari Corvo, Sulmonensi S.

DECCARUM profecto, Caesar Corve, nisi aliquod ex his, quae nunc in lucem emittere cogito, operibus tibi inscriberem. Dilexisti enim me ex eo, quo condiscipuli fuimus, tem-

tempore: sed multo majorem benevolentiae atque amoris significationem mihi dediti, cum proximis his diebus unus ex universis Sanctissimae Trinitatis nostri municipii hominibus delectus, ut, quae ipsius commodo & usui sunt, cum Caelestinorum Abbate tractares, huc venisti. Quod negotium cum confecisses, à Guilelmo Bastono, utriusque Signaturae Referendario, in hominum ingeniis cognoscendis magni judicii viro, quicum id communicaveras, multae dexteritatis & prudentiae homo judicatus es. Accipe igitur, quando alia aliis jam nonnulli, quae ad Ovidii vitam cognoscendam pertinent, à me ei, quam Aldus Senior diligentissime, eruditissimeque conscripsit, addita. Siquidem non ignoro quam sis hujus nostri poëtae studiosus, quem puer sedulo evolvisti. Utinam ne te negotiorum moles, domesticarumque rerum fluctus à litterarum studiis abduxisset. Neque enim dubito quin, accedente nobilitate, divitiarumque affluentia, quibus nostrorum nemini cedis, in omni disciplinarum genere, si perexistis, multum futures profecturus. Vale, & Joanni Donato, fratri tuo, viro probo, item Scipioni, & Camillo, optimis filiolis tuis, meo nomine salutem dicito. Romae, 13. Kal. Julias. M.D.LXXIX.

P. OVIDII VITA.

PUBLIUS Ovidius Sulmonensis ex antiquissima & nobilissima Naionum familia, uno eodemque die, quo Tibullus natus, hoc est XIII. Kalend. Aprilis, Hircio & Pansa Cons. anno ab urbe condita DCC. X. Ille poëtarum ingeniosissimus; hic cultissimus dictus est: uterque Eques R. cujus ordinis census ad HS. CD. perveniebat, hoc est ejus monetae, qua nunc utimur, summam XVI. mill. scetatorum, sub M. Varrone, quicum Asiam petiit, militabat: inde reversus, studii causa Athenas se contulit. Qua de re sic lib. I. Trist.

Nos tuto, quasi quaedam petiit studiosus, Athenas;
Oppida cum Asiae, non mihi visa prius.

Familiarissimus fuit C. Julio Hygino, Grammatico, Augusti liberto, qui Palatinae Bibliothecae praeerat. Inter ceteros viros causa dixit. Citantur Ovidii carmina ex Phaenomenis à Probo, & à Lactantio: citantur etiam à Quinctiliano ex aliis operibus, apud quem & carmen illud optimum ex nunquam satis laudato Medeae tragoediae opere legitur:

Servare potui, perdere an possum, rogas?

De quo eodem opere sic Corn. Tacitus in Dialogo De Orat. de prosae & carminis praestantia loquens: Neque ullus Annii, aut Messalae liber tam illustris est, quam Medea Ovidii, aut Varii Thyestes. Ejus exilii, sive potius relegationis causam longe veriorem eam esse puto, vitium à se forte fortuna Augustum Caesarem in re quadam turpi atque obscoena. Testatur enim Ibidis. lib. II. De Arte dicendi, nullum esse tam magnum, tamque vehemens odium, quam illud, quod ex eo nascitur, cum quis in ejusmodi re turpi deprehenditur. Idque ipse Actaeonis usus exemplo non obscure annuit libro secundo Tristium, cum ait:

Cur aliquid vidi? cur noxia lumina feci?
Cur imprudenti cognita culpa mihi est?
Infelix Actaeon vidit sine veste Dianam,
Praeda fuit canibus non minus ille suis.

Et in III. Eleg. V.

Non aliquid dixi, violentaque lingua locuta est,
Laesaque sunt nimis verba profana meo.
Infelix quod crimen vidimus lumina plector:
Peccatumque oculos est habuisse meos.
Non equidem totam possum defendere culpam;
Sed partem nostri criminis error habet.

Hortos habuit Romae inter viam Flaminiam & Claudiam: item domum in vico Jugario eo in loco, ubi nunc est templum D. Mariae Consolationis: habuit etiam navem in sinu Corinthiaco, in quam, cum Tomos ab Augusto relegatus proficisceretur, conscendit, postea per Thraciae partem pedibus iter fecit. Profectus autem est in exilium IV. Idus Decembris, annum agens L. menses VII. dies vero XXI. Utrumque ex ejus ipsius libris testimoniis publicis confirmatur, lib. I. Trist. eleg. III. de Arcturo loquens:

Tu-

Tingitur Oceano custos Erymanthidos Ursae,
Aequoreisque suo sidere turbat aquas.

Cujus loci pleniorem interpretationem ibidem enarravi, eleg. X. ejusdem lib.

Aut haec me gelido tremerem cum mense Decembri,
Scribentem medis Adria vidit aquis.

Et eleg. IX. lib. IV.

Postque meos ortus Pisaea vinctus oliva
Abstulerat decies praemia victor eques.

A Tomitis, quibuscum septem ipsos fere annos vixerat, ob vitae candorem, cum alii hospites interficerentur, non solum dilectus est, sed & invitus publice coronatus est. Eleg. XIV. lib. IV. De Ponto:

Mollior à vobis meo fors excepta, Tomitae,
Tam mites Getico indicat esse viros.
Gens mea Peligni regioque domestica, Sulmo,
Non potuit nostris lenior esse malis.
Quem vix incolumi cuiquam, salvoque daretis,
Is datus à vobis est mihi nuper honor.
Solus adhuc ego sum vestris immunis in oris,
Exceptis signi munera legis habent.
Tempora sacrata mea sunt velata corona,
Publicus invito quam favor imposuit.
Quam grata est igitur Latonae Delia tellus,
Erranti tutum quae dedit una locum;
Tam mihi cara Tomis, patria quae sede fugatis
Tempus ad hoc nobis hospita fida manet.

Vixit annos LVII. mens. IX. dies XI. In exilio mansit ann. septem, & dies XXI. Perit Kal. Januarii, qua die Titus quoque Livius decessit. Anno M.D.VIII. repertum est ejus sepulchrum, ut memoriae prodidit Abrahamus Ortelius in Synonymia Geographica, ubi Gasparem Bruschium citat auctorem. Ejus autem haec verba sunt: Sabaria Lazio Austriae oppidum est ad Angrum fluvium nomine Stain. Gaspar Bruschius dicit hic anno M.D.VIII. sepulchrum OVIDII NASONIS inventum, testudine magnificum, & hoc epitaphio ornatum.

Fatum necessitatis lex.

Hic situs est Vates, quem divi Caesaris ira
Augusti, patria cedere jussit humo.
Saepe miser voluit patriis occumbere terris,
Sed frustra, hunc illi fata dedere locum.

Isabella Pannoniae Regina circiter annum M.D.XL. Ovidii calamum ex argento Tauruni, quae est urbs inferioris Pannoniae, ostendit Petro Angelio Bargaeo, qui hoc ipsum mihi narravit, cum hac inscriptione OVIDII NASONIS CALAMUS; qui non multo ante id tempus sub quibusdam antiquis ruinis fuerat repertus. Eum Regina ipsa plurimi faciebat, & veluti rem sacram, earum habebat. De eodem calamo Coelius Calcagninus, qui & ipse in Sarmatia fuit, in ea elegia, qua Scytharum mores describit, ita ait:

Quae loca nunc teneam, Daniel, si forte requiris,
Flebile Peligni perlege vatis opus.
Hic ubi describit Pontum, & loca proxima Ponto;
Exsiliique gemit tristia fata sui.
Nec mala quae scribit, credas scripsisse poëtam,
Sed crede à Clario cuncta relata Deo.
Testis ego, atque utinam testis ne nota loquatur;
Omnaque à vera sint aliena fide.
Naso Tomos coluit, quod nunc dixere Temiswar,
Bis sex hinc decies millibus illud abest.
Quamquam alii sese illustres tanto exsule jactant
Qui prope Parrhasiae Doridos arva colunt.
Ostentant alii nitido perfecta argento
Arma, quibus Naso triste notavit opus:

Hanc quoque urnae (si vera ferunt) in imagine servant,
Hic calamos cerae Naso levare solet.
Arcuae ita quae fecerunt misero Indibria vati,
Nunc fatet barbarico nomen, hunique solo.
Sic quoque nostra legens fors olim Barbarus hospes
In nostras lacrimas ambidexter erit.
Hospitium misero vati suis Axena tellus,
Hospitium nobili Agrin terra dedit.
Axena nomen habet, quoniam sit inhospita, verum
Hanc nomen nactu est à feritate loci.
Nec tu Pannonia credas, &c.

M. JUSTI GOTHOFREDI RABENERI

Dissertatio de *Ovidii* exilio & sepulchro.

DUo imprimis in vita Ovidii sunt, quae libera opinaturis reliquere discordantium inter se auctorum difficia, causa nempe exilii & sepulcrae locus. Prioris praetextum fuisse lusus amatorios, ipse passim fatetur, & excusat Elegia ad Augustum; veram autem culpam crepide & varie circumloquitur. Nunc enim errorem vocat *lib. 2. Trist.*

Perdiderat cum me duo crimina, carmen & error.
Alterius facti culpa silenda mihi.

Modo se vidisse aliquid, & noxia lumina fecisse queritur: Modo criminis sui curiosos arcanos plane deprecatur, ut lib. 2. de Ponto:

Ex quo proterva peccavim quaerere noli.

Tantum tamen abfuit, ut ita molestos hos homines amoliretur, ut potius malignam illorum curiositatem accendaret. More enim ingenii humani accidere solet, ut in vetitum nitamur, & nihil tam misere nosse cupiamus, quam a cujus conscientia prohibemur. Inde factum, ut Sidonius Apollinaris Juliam Corinnae nomine turpiter traductam Poëtae nocuisse putaret: Alii consuetudinem cum ipsa habuisse; Opmeerus in omen ruituri gentilismi relegatum crederet: multi etiam, crudelitatem poenae infectati, in vindictam adhuc acerbiores suspicionis animent, & ipsum Augustum in filiae incestu à Poëta imprudente deprehensum vociferentur. Ab his ego multum dissentio. Utut enim Princeps ille primum adversus Ovidium parum lenis fuerit, rutius tamen fuisset tanti facinoris interventorem opprimere potius, quam exilii contumelia irritare, & eo submovere, unde turius forte maledicere. Annon etiam verendum fuisset, ne uxori, ne liberis, ne amicis caussam irae Caesareae difficilius prodderet, & sic tamen res emanaret? An nec Julia quidem ipsa relegationis suae ignominiam ulta fuisset incesti opprobrio? Vide *Suetonium Augusto cap. 65.* An nec Ovidius quidem post mortem Augusti tale quid eliminasset? Ignorat ingenia Principum, & malae conscientiae suspicacissimos terrores, & famae indolem, qui illa tam facile credit. Sed ut ratione ut libere modo constringam hujus rei assertores, addo, Ovidius mortuus est anno I. Olympiadis 159. septimo exilii, teste Eusebio, Hieronymo & Scaligero, qui incidit in tertium Tiberii. Septuagenarius ergo Augustus erat, cum relegaret Ovidium. Quis autem credat tantam tam prodigiosae libidinis fuisse, ut nec a filia quidem abstineret? Quem Suetonius *cap. 71. ait infantiam juvenilis impudicitiae praestantis & posterae vitae castitate refutasse.* Julia quidem illa jam tum supra quadragenariam erat (digna scilicet annis, in qua senex deperiret!) et ex *Dionis* computo ad annum 758. jam ante 27. annos in Insulam Pandatariam cum filia sua relegata, a quo tempore nunquam, licet deprecante populo, in gratiam rursus admissa, ut habet Suetonius. Mirari itaque fuisset tam magnos homines id facinus suspicari potuisse. Ovidium autem nullum est, quin turpissimae opinionis auctor ipsis fuerit turpissimus Caligula, qui asserente iterum Suetonio *cap. 23.* praedicebat: *matrem suam ex incesto, quod Augustus cum Julia filia commisisset, procreatam.* Credo, ut suum ipsius scelus communicatione hac levius redderet, qui cum omnibus sororibus stupri consuetudinem fecerat. Sed jam ad alterum illum narrent calamum vero, quae de sepulchro agit. Tomos relegatum fuisse manifestum est. Nomen oppidi à fabulosa Absyrti dissectione ex historia Argonautarum arcessit ipse Ovidius *lib. 3. Trist. Eleg. 9.* & cum eo multi alii, contra quos ne historia quidem arma expo-

nendae operae pretium fuerit intestinis intra se diffidiis laborantes. Confer Notas Thysii ad Medeam Senecae *act. 1. p. m. 108.* Verior illorum opinio, qui à Tomo quodam conditum asserunt. In cujus rei fidem affero verba Davidis Hoeschelii Notis ad Bibliothecam Photii, *p. m. 962. Tomi conditoris numnus aereus Byzantio allatus exstat apud M. Velserum, parte adversa ipsius Tomi imagine & inscriptione* ΤΟΜΟΣ ΚΤΙΣΤΗΣ, *adversa Hercule stante & feris* ΤΟΜΕΙΤΩΝ *insigni.* Quo autem tempore factum fuerit, reperire nondum potui. Illud tamen miror, ab Herodoto nullam oppidi mentionem fieri, qui tamen reliqua Ponti Euxini circa Istri ostia satis describit. An post illum demum Tomi conditae? Viderint quibus instructiores Bibliothecae. Plinius quidem *lib. 4. cap. 17.* Mela *lib. 2. cap. 2.* Ammianus *lib. 22. & 27.* desultorie nominasse contenti, nec verbulum addunt. Strabo oppidulum vocat *lib. III.* Ovidii certe exilio nobilitatum fuit. Ita etiam calamitates magnorum virorum, non ortus modo, ad famam urbium faciunt. A Constantinopolitanis deinde Imperatoribus contra irruptiones Barbarorum praesidio munita fuisse videtur. Ita enim Zosimus *lib. 1. cap. 42.* & imprimis *lib. 4. cap. 40.* ubi Gerontii Tomorum praefecti casum suo more satis invidiose Theodosio Imperatori exprobrat. Sita fuit, autore Ptolemaeo, in Maesia inferiore Tab. IX. Europae *ad grad. longit. 55. lat. 45. 50.* quem merito sequuntur Ortelius & recentiores alii: Quod cum ita sit, mirari quis possit, quod de intolerando gelu & sterilitate illius climatis adeo quiritetur Sulmonensis noster, cum parallelus ille per Italiae & Hispaniae partes transeat. Aut igitur admodum mollis fuit ille tenerorum lusor amorum, aut ambitum calamitatis auxit excusabili quodam mendacio. Certe qui hodie illas partes videre, mitius loquuntur. Et haec quidem ideo pluribus, quia sequentibus fidem aut facient, aut adiment. Cum enim de situ loci nemo veterum dubitaverit, & ipse Ovidius optime testari queat ad pontum Euxinum, prope ostium Istri positum fuisse, factum est tamen superiore seculo, ut Caelius Calcaginius Temeswar Transylvaniae oppidum, Ciofanus & alii Kioviam Lithuaniae mediterraneas urbes Tomos veterum esse ridicule crediderint. Ille solius nominis vicinia ductus, hic sepulchri cujusdam detectione, quod prope hanc urbem cum inscriptione Ovidii repertum sit. Sed volupe fuerit de his differentem audire Laurentium Mullerum, consiliarium quondam Ducis Curlandiae. *Wir haben einen Wohlauischen Edelmann mit uns gehabt, Woinusky genannt, denselben hat uns der Starosta auff Dremblowa mit zugegeben &c. Dieser bereitet unser etliche, das wir weiter mit ihm zogen, dann er wolte uns das warhafftige Grab des* Ovidii *zeigen. Derowegen als unser etliche ihm zu folgen willigten, hat er uns auff leichten Pferden des sechsten Tags vom Borysthene durch einen ungebahnten wüsten Weg auf einen hübschen lustigen Platz gebracht, darauf ein frisches grünes bewachsenes Brünnlein, darnach nicht weit von demselben Brunnen, etwa einen Steinwurf lang, nahm er seinen Sebel, hiebe das lange Grat ab, und wir andern halffen auch darzu räumen, bis wir durch etliche* vestigia *des Grabsteins gewahr worden. Als aber auch die Buchstaben voller Mos bewachsen, ingleichen forneu ein Stück vom Stein geschlagen, haben wir die Buchstaben mit den Messern gereiniges, mit Pulver ausgebrandt, und fein rein ausgewischet, und befunden, das solches mit des gedachten Woinusky Rede übereinkommen. Dann auf dem Stein diese vier Vers gehauen stehen:*

Hic situs est vates, quem divi Caesaris ira
Augusti Latio cedere jussit humo.
Saepe miser voluit patriis accumbere terris,
Sed frustra: hunc illi fata dedere locum.

Wir haben von den Bäumen Hartz genommen, dasselbe mit Pulver im Feuer schwartz gemacht, und die Buchstaben damit ausgefüllt, auf das sie nicht leichtlich wieder bemosen solten. Der Ort, da der Grabstein liegt, ad fines Graeciae, *ist bewohnt gewesen, das siehet man an alten Steinhauffen, und an den lustigen Brünnlein. Der Woinusky berichtete, das nicht weit zum* Ponto *sey, aber wir haben uns nicht weiter wagen dürffen.* Vide Zeilerum *Epistola 400. pag. 677.* Cum hoc autem ratione loci ferme convenit Michalo Lithuanus *in Fragmentis p. 35. Ibi,* inquiens, *Borysthenes involvitur mari duodecim ostiis divisus, &c. unde haud procul ostia Dnestri cognomen habent Vidano, ab Ovidio Poëta, qui ea in parte Ponti exulasse creditur.* Quae deinde idem Michalo addit de Trojae ruderibus prope Kioviam, etiam Heraclii splenem movere possent. Lazius autem *lib. 12. fol. 967.* tempore Friderici III. Imper. aliud illius Poëtae monumentum repertum scribit Sarwariae in Hungaria, quod Episcopus Jaurinensis jure diocceseos sibi vindicaverit, putatque indultu impetrato Ovidium ex Ponto Sabariam se contulisse, ibique mortuum esse. Quae res tantundem fidei mereri videtur, atque illud, quod Isabella Regina Ungariae Petro Angelo Bargaeo ostendisse calamum argenteum Ovidii tra-

traditur Belgradi repertum. *Hofmannus in Lexico sub nomine Ovidii.* Sed ut meum quoque, si quod est, judicium interponam, ficta mihi videntur haec omnia. Nam & Eusebii opinio Ovidium Tomis sepultum antiquitatis praescriptione se tuetur, & majorem habet veri similitudinem, *vid. Scaligerum in Eusebium.* Fabulae autem Lithuanicae incunabula facile deprehenderit, qui cogitaverit, quo ambitu haec gens à Romanis originem suam arcessere soleat. *Vide Lusinum consule. pro Polonia, & imprimis Michalonem Fragmine quarto.* Nec novum est suppositiis inscriptiones vulgari post fraudem Annii Viterbiensis. Qui autem Tomos hodie Ibiza à Turcis dici putant, oppidum adhuc munitum & capaci portu instructum, aut rem acu tangunt, aut proxime absunt à veritate. Situs enim loci convenit, licet recens Danubii tabula Tomos paulo meridionaliores faciat. Sed contenti simus hoc Catone.

P. OVIDII NASONIS VITA

ORDINE CHRONOLOGICO

sic Digesta

Ut ejus Opera veris reddantur annis, &c.

Per JOANNEM MASSON.

ANNO { Ante Christum, XLIII.
Urbis Romae Conditae DCCXI.
Ovidii aetatis I. }

C. VIBIO PANSA, A. HIRTIO CONSULIBUS.

I. PUBLIUS OVIDIUS NASO vocabatur ille *Poëtarum ingeniosissimus* (a), cujus Vita nobis hic accuratius delineanda venit. Ea nempe nomina vulgaribus, & quidem omnibus, ni fallor, ejus Operum codicibus circumferuntur; quorum etiam testimonium ipsemet Vates, ac antiqui Scriptores confirmant, si *Praenomen* excipias, quod alibi non reperitur. Id tamen ex illis erat, quae libentius delicatulae Romanorum aures audiebant, Horatio teste, lib. II. Sat. v.

Quinte *puto, aut* PUBLI, (*gaudent* praenomine *molles*
Auriculae) *tibi me virtus tua fecit amicum.*

NASONEM certe se passim ipse Poëta nominat. Nec aliter Velleius Paterculus (b), ejus aequalis; cui numeratur inter ingenia, *quae maxime sui aevi eminebant.* Hoc itidem solo Cognomine laudatur à Statio (c), Martiali (d), & Seneca seniore (e).

OVIDIUS vero pluries eidem Senecae patri dicitur, uti & filio, qui nunquam eum appellat NASONEM; nisi forte semel, cum scribit (f), se *in Senatu flentem vidisse Fidum Cornelium Nasonis generum*, &c. Ubi licet non omnino liqueat, Poëtam Nostrum Senecae ob oculos fuisse, id tamen verisimile prorsus videtur. Cur enim Philosophus ille *Fidum Cornelium* ulterius designavisset ex Soceri cognomine, quo & alii plures gaudebant? Nisi *Nasonem* intellexisset omnium celeberrimum, qua-

(a) Hoc elogio Noster exornatur à *Seneca* Philosopho, Quaest. Nat. lib. III. c. 27.
(b) Histor. lib. II. cap. 36.
(c) Lib. 1. Sylv. 2. vers. 255.
(d) Lib. 1. Epigr. 62. lib. v. Epigr. 10. lib. XIV. Epigr. 192.
(e) Controv. lib. II. Cont. 2. & Suasor. III.
(f) Senec. ad Serenum cap. XVII.

qualis tunc erat Noster, quique solet hoc tantum cognomine à se ipso & ab aliis indigitari. Nec omittendus Scriptor Dialogi de Oratoribus, anno Vespasiani sexto habiti, cui Ovidii solum nomine laudatur *Medea* (a). Alios recentioris aevi praeterire liber.

Nomine tandem simul & cognomine, Ovidius Naso, semel atque iterum ab eodem Senecâ Majore (b) vocatur.

Quin & utroque repraesentari in antiquo Numismate, quod Felicia Rondanini, Romana praestantissima Matrona, possidebat, jamdudum autumaverunt eximii maximaque totum per litterarum orbem famae viri, *Nicolaus* nimirum *Heinsius* (c), & *Ezech. Spanheimius* (d) in re Nummaria, non secus ac in omni Antiquitatis scientia, facile princeps. Ut mirum non sit, tantae auctoritatis Scriptores illos & alios minorum gentium persuasisse.

Attamen, quod prius haud invalidis probaveram argumentis, id ipsum biennio citiùs post meis oculis demonstravit ipsemet Nummus Romae inspectus & diligenter tractatus: Scil. eodem primitus Vedii nomen signatum fuisse, non vero Ovidii Nasonis. Quod hic monuisse, satis fuerit, cum longiorem hac de re disquisitionem Operi praefixam Lector habeat.

II. Nominibus Poëtae N. subjungenda venit ejus Patria, ut ipsiusmet Methodum sequamur. Suam enim vitam pingens, sic orditur, Trist. Lib. IV. El. 10.

Ille ego, qui fuerim, tenerorum lusor amorum,
Quem legis, ut noris, accipe, Posteritas.
Sulmo mihi Patria est, gelidis uberrimus undis,
Millia qui novies distat ab Urbe [Roma] *decem.*
Editus hic ego sum.

Idem & in Fastis Lib. IV. vers. 79-81. testatur, simulque Patriae Conditorem indicat *Solymum* *, qui capta Troja comitatus est *AEneam*.

Hujus erat Solymus *Phrygio comes ensis ab Ida:*
A quo Sulmonis *moenia nomen habent.*
Sulmonis *gelidi patriae, Germanice, nostrae.*

Eandem Urbis originem *Silius Italicus* notat Lib. IX. de *Satrico* loquens, circ Sulmonem:

Hinc domus, & gemini fuerant Sulmone *relicti*
Matris in uberibus nati, Mancinus, & unus
Nomine Rhoetus Solymus. *Nam Dardanus Origo,*
Et Phrygio genus a proavo, qui sceptra secutus
Alnuse claram *muris fundaverat* Urbem,
Ex sese dictam Solymon, *celebrata colonis:*
Mox Italis paulatim attrito nomine Sulmo.

Ejus situm, amoenitatem, fertilitatemque graphice Noster describit, Amor. Lib. II. El. XVI. vers. 1-10. Ubi cum canit:

Parva me Sulmo *mihi:* Peligni tertia *ruris*, id ipsum docet, quod & postea *Pli-*

(a) Dial. de Orat. c. XIII.
(b) Controv. IV. lib. 2. Declam. II. lib. II.
(c) In sua Ovidii Editione.
(d) De Praestantia & Usu Numismat. p. 42, 43.
* In Nummis etiam Termessensium occurrit COMMOD, velut eorum antiquus Heros & Conditor: vid. Cl. Spanheim. Diss. de Praest. Numis. p. 479. Edit. in 4to et p. 563. Edit. nuperae in fol.

Plinius (a) observavit; *Pelignorum* nempe regionem in tres civitates, seu populos fuisse divisam, quos hic vocat *Corfiniensis*, *Superequanos*, & *Sulmonenses*; ut hi fuerint *tertia*, ordine vel praerogativa, totius *Peligni* ruris pars; cum metropolis esset (b) *Corfinium*. Hinc vero Noster se *Pelignis natum* dicit, Amor. Lib. II. El. I. vers. 1. atque *Peligni ruris alumnum*, Lib. III. El. XIV. vers. 3. ubi etiam vers. 8-10.

Pelignae *dicar gloria* Gentis (c) *ego.*

Hinc etiam solo *Peligni* nomine Martiali laudatur, Lib. II. Ep. 41.

Ride si sapis, o puella, ride,
Pelignus, *puto, diserat* Poeta.

Qua de *Gente*, non autem de ipso Poëta, venit intelligendum, quod, eadem Nostri Elegia jam citata proxime sequitur:

Quam *sua libertas ad honesta coëgerat arma;*
Cum timuit socias *ancia Roma* manus.

Scilicet legendum, non *quem* cum vulgaribus libris, sed *quam* cum Cl. Heinsio ex quatuor MSS. codicibus. Ut sensus sit, Pelignos libertatis amore tum arma sumere coactos esse, cum Roma bellum timuit *Sociale*, quod & *Italicum* vocat Vellejus (d), cujus verba, perperam à Commentatoribus praeterita, Poëtae mentem apprime illustrant. *Mors*, ait, *Drusi, jam pridem tumescens bellum excitavit Italicum: quippe L. Caesare, P. Rutilio COS. abhinc annos* CXX. (i. e. An. U. C. DCLXIV.) *Cum id malum in universa Italia ab Asculanis esset, —ac deinde à Marsis exceptum, in omnes penetrasset regiones, arma adversus Romanos* (NB.) *cepit. Quorum ut fortuna atrox, ita caussa fuit justissima.* (NB.) *Petebant enim eam civitatem, cujus imperium armis tuebantur*, & caetera, quae lectu digna. Vel hinc vero discimus, quo jure Naso Noster Pelignorum *arma* dixerit *honesta*.

Plura si quis de *Sulmone* requirat, Geographos consulere licebit, vel *Herculem Ciofanium*, qui communis utrique Patriae prolixam satis descriptionem, praesertim quoad recentiorem statum attinet, suis in Poëtam Observationibus praefixit. Ea vero Civitas anno tandem proxime elapso, AErae Vulg. MDCCVI. terrae motu & hiatu penitus corruit periitque.

III. Natalem suum *annum* Noster proxime indicat eodem Carmine X. Lib. IV. Trist. vers. 5, 6.

Editus hic ego sum; nec non, ut tempora noris,
Cum cecidit fato Consul *uterque pari.*

Quibus Consules clare designantur; quos ad hunc annum apposuimus, *Hirtium* & *Pansam*, qui bello *Mutinensi*, simul cum Caesare Octaviano, adversus M. Antonium dimicantes ambo ceciderunt; duobus nempe praeliis circa Mutinam *Aprili* men-

(a) Hist. Nat. lib. III. c. 12.
(b) *Strab.* Lib. V. p. 369. *Vel. Paterc.* Lib. II. Cap. 16.
(c) Sic & Lib. IV. Pont. Ep. XIV. ver. 49.
Gens *mea* Peligni, *regioque domestica* Sulmo.
Gens, scil. eodem sensu, quo Graecis ἔθνος, usurpatur, *Provinciamque* significat, ut altera vox, *regio*, designat oppidum natale. Quo modo Lapis in Syria à Cl. *Maundrell* descriptus habet: MARTINVS ——EX PROVINCIA MOES. SVPER. REG. VIMINIAC. Alias passim in Inscriptionib. Urbs patria notatur voce DOMO. Unde patet, haud frustra Ovidio dici, *Regio Domestica*.
(d) Lib. II. c. 15. Vide & Flor. lib. III. c. 18. &c.

mense commissis, quibus *Consulum alter in acie, alter post paucos dies ex vulnere mortui cecidit* (a).

Cujus casus geminique certaminis tempus paulo accuratius, quam vulgo fit, exposuisse verum operae pretium erit, ut duo hac de re Nasonis Nostri loca melius intelligantur.

Itaque cum D. Brutus à M. Antonio Mutinae per tres circiter menses obsessus vix jam sustineret, atque Hirtius & Caesar aliquandiu cum firmo exercitu se continuissent, ille *Claternae*, hic ad *Forum Cornelium*, ut Pansam Romae copias ex dilectu Italiae comparantem exspectarent (b); tandem uterque conjunctis viribus ad D. Brutum obsidione liberandum profecti, haud longe ab urbe Mutina castrametati sunt. *Antonius cum deditionem à Bruto jam non amplius speraret, relicto in obsidione urbis L. Antonio fratre suo, in Caesarem & Hirtium profectus est. Cum castra castris essent opposita, per aliquot dies equestria praelia levia & dubia victoria commissa sunt*, teste Dione (c). Et paucis post lineis addit, M. Antonium, *cum approximare Pansam fecisset, hostium castra oppugnare fuisse aggressum*; at Caesarem Hirtiumque *castris suis continuisse, eaque custodisse*.

Ad hanc oppugnationem feliciter ab Hirtio Caesareque repulsam id refero, quod Ovidius Augusto paparturus ad XVIII. Kalend. Majas canit, Fastor. Lib. IV. vers. 615-618:

Luce secunda [Idus] *tutos pete, nauta, portus:*
Postera ab occasu grandine missus erit.
Sollicitus at fuerit; tamen hoc Mutinensia Caesar
Gradiva militia condidit arma sua.

Deinde Antonius, pergit Dio, *relicta ibi parte suorum copiarum, qui castra* (Hirtii Caesarisque) *oppugnarent, ut & ipse adesse omnino crederetur, —— clam de noctu in Pansae Boionia tum procedentem profectus est; eumque insidiis exceptum vulneravit, milites ejus occidit —— Quam rem cum Caesar Hirtiusque intellexissent, Hirtius ex libera urbanae pugnaque desistigato Antonio occurrit, Caesare ad castra defendenda relicto* *, *eumque subigit. Victoria superavit.* Subjungit Hirtium non modo, sed & Pansam, Caesaremque *à militibus senatuque Imperatores nominatos esse*. Huc respicit Naso ad XVII. Kalend. Majas, ibid. vers. 673-676.

Hanc quondam Cyllaros diem properantius ire
Fecit, & atherea praecipitavit equos;
Et titulum Imperii quem primum luce sequenti
Ducibus juvenis prospera bella darent.

Ex quibus liquido patet, praedictam de M. Antonii *Victoriam* † fuisse reportatam, ac *Imperatoris* titulum singulis Ducibus à militibus datum, pro Ovidii calculis, die XVI. Kalend. Majas; atque proinde *Pansam* eodem die vulnera accepisse; siquidem hoc collatio cum Dionis narratione docet, atque prae ceteris Cicero,

(a) Vellej. Patere. lib. II. c. LXI.

(b) Vid. Cicer. Epist. V. & VI. lib. XII. fam. Adde Epist. XXV. ex qua patet, *Pansam* adhuc in *Romae*, & in *Senatu*, *Quinquatribus*, scil. primo Festi die, seu Martii XIX. fuisse: confer inf. 3. sequ. Adeoque *Pansa* videtur Roma profectus incunte *Aprili*.

(c) Lib. XLVI. pag. 317.

* Eum quoque eodem die rem feliciter egisse testatur Cicero Philip. XIV. *Hic ergo, ait, adolescens maximi animi, ut verissime scribit Hirtius, castra multarum Legionum paucis cohortibus tutatus est, secundumque praelium fecit.*

† De qua vide Ciceronem Phil. XIV. Epist. 30. lib. X. famil. &c.

cero, rem dilucide prosequens: *Unius autem*, ait (a), *dici quot & quantae virtutes, Dii immortales, fuerunt? Princeps enim omnium Pansa praelii faciendi, & cum Antonio conflligendi fuit. —— Sed cum libertatis avida Legio* [Martia] *effrenatius in aciem hostium irrupisset, ipseque in primis Pansa pugnaret, duobus periculosis vulneribus* (NB.) *acceptis, sublatus è praelio Reip. vitam reservavit*, &c.

Negotium tamen hic, quoad praelii diem, facessit Galbae ad Ciceronem ex ipsis Castris epistola (b) qua duplicem Pansae Hirtiique pugnam cum M. Antonio contigisse XVII. *Kal. Majas* illic nuntiat. Sed facile potuit mendum in notas numerales Librariorum culpa irrepere, ac pro XVI. scribi XVII. quemadmodum eruditissimus Paul. Manutius censet, XII. *Kal. Maji* pro XVI. ad epistolae calcem fuisse appositum. Emendationem quoque non parum suadet, quod nonnisi XII. *Kal. Maji* de copiis M. Antonii profligatis nuncios Romae acceperunt, prout Cicero Epist. VII. ad Brutum, X. *Kal. Maji* data, scribit. Etenim tanta non erat inter utramque Urbem, Mutinam ac Romam distantia, ut *nunciis*, * quinque diebus esset opus.

Ex hac porro pugna M. Antonius cum integro (c) Equitatu recedens *hora noctis quarta se in castra sua ad Mutinam recepit* (d); sed paucis post diebus iterum Hirtius Caesarque cum eo acie congressi ejus copias deleverunt ipsumque ad fugam compulerunt (e). Quod Cicero Epistola Bruto narrans: *Hirtius*, inquit, *in ipsa victoria occidit, cum paucis diebus* (NB.) *magno praelio ante vicisset. Nam Pansa fugerat, vulneribus acceptis, quae ferre non potuit.*

IV. *Mensem* insuper, atque *diem* natalium Ovidius nos docuit eadem Elegia, vers. 9. 14.

Nec stirps prima fui; genito jam fratre creatus;
Qui tribus ante quater mensibus ortus erat.
Lucifer amborum natalibus adfuit idem.
Una celebrata est per duo libra dies.
Haec est armiferae festis de quinque Minervae,
Quae fieri pugna prima cruenta solet.

His clare indicat, se fratremque, duodecim mensibus natu majorem, eadem die *Martii*, nempe XX*. natum esse. Etenim XIV. *Kalend. Aprilis* †, seu XIX. die *Martii*, incipiebat Minervae festum, *quinque* diebus celebratum, unde *Quinquatria* dictum, cujus prima dies sacrificiis dicata, tribus vero sequentibus Gladiatores in Theatro certabant; ac proinde secunda Festi dies, qua Naso Noster procreatus, prima fuit, quae *pugna* fieri *cruenta* soleret. Ea vero de hoc Festo disertissime Poëta narrat, Fast. Lib. III. vers. 809-814. Ubi cum ante de *tertia post Idus* Martii, hoc est de XVII. die, dixisset, addit:

(a) Philipp. XIV.

(b) Ep. 30. Lib. X. famil.

* Qualis non erat *Lupus*, D. Bruti & Ciceronis familiaris, qui *Romam sexto die Mutina venit*, Epist. VI. Lib. XI. fam.

(c) Vid. Cicer. Epist. 15, 33, 34. Lib. X. & Ep. 10. Lib. XI. ad fam.

(d) Id. Ep. 30. Lib. X. fam.

(e) Dio Lib. XLVI. p. 318. &c.

* Ut certum fit, eos Interpretes errare qui XXI. *Martii* dicunt; uti & Ald. Manutium, qui in Nostri Vita scribit, eum XIV. *Kal. April.* natum esse.

† Ad quem quoque diem Quinquatria consignant Kalendaria, tum Grutenianum, pag. CXXXIII. quam Vindobonense apud Lambecium.

Una dies medius est: & festa sacra Minervae:
Nominaque *à jactis* quinque diebus *habent*.
Sanguine *prima vacat, nec fas concurrere ferro.*
Causa, quod est illa nata Minerva die.
Altera, tresque super strata celebrantur arena.
Enyhus exercitis bellica laeta Deus est.

V. Genus tandem Nostri quam fuerit clarum, nos latere noluit. Ibidem enim vs. 7, 8.

Si quid & à proavis usque est ceteus Ordinis haeres:
Non modo Fortunae munere factus Eques.

Quae totidem fere syllabis jam cecinerat Amor. Lib. III. Eleg. xv. vers. 5, 6.

Si quid id est, usque à proavis ceteus Ordinis haeres,
Non modo militiae *turbine factus* Eques.

Et Lib. I. El. III. vers. 7, 8.

Si me non veterum *commendant* magna parentum
Nomina; *at nostri sanguinis auctor Eques*, &c.

Lib. II. vers. 110. de domo sua.

Parvus quidem periit, sed sine labe, domus.
Sic quoque parvus Ovidius, patrio *dicetur ut avito*
Eques; *nec illius* nobilitate *minor*, &c.

Denique Lib. IV. ex Ponto El. VIII. ver. 17, 18.

Sed gravis exactus; Equites, *ab origine prima*,
Usque per innumeros *invenietur* avos.

Quibus patuit est, Nasonem Nostrum non modo *Equestris* fuisse Ordinis, sed & ex illis, qui ob gentis antiquitatem dicti videntur Equites *Splendidi*, *Speciosi*, *Illustres* *, uti jam in Horatii Vita (a) notavimus, simul ex Nostro monentes, hosce multum aliis Fortunae seu Militiae munere factis Equitibus praecelluisse. Unde est, quod Ovidius in mulierem invehitur, quae alium militia nuper ad Equestrem Ordinem promotum ipsi praetulerat, Amor. Lib. III. Eleg. VIII. vers. 9. & seqq.

Eques recens dives, parvis per vulnera Census,
Praeferitur nobis sanguine patius Eques, *&c.*

Quae vero ad hunc Ordinem spectabant jura & instituta, plures (b) jam docuerunt, nec hujus est loci rem accuratius discutere.

VI. Pater & Mater adhuc in vivis erant cum Noster scriberet Amor. Lib. I. El. III. (vid. inf. An. U. C. DCCXXXIV. n. III.) Nec mortem nisi aetate provecta obierunt, prior ille jam nonagenarius, post mater, atque uterque ante filii exilium: Trist. Lib. IV. Eleg. X. vers. 77.

Et jam compleraf genitor sua fata; novemque
Addiderat lustris *altera* lustra novem
..... Matri *proxima justa tuli.*
Ilicet ambo, tempestiveque sepulti,
Ante diem poenae quod periere meae! &c.

An-

* De ambis nomulis notat Lipsius ad Tacit. Annal. XI, c. 4. quae nobis non placent, nec confutare per nostrum non licet institutum.

(a) Pag. 114. & seq.

(b) Vid. Rosin. Antiquit. Lib. I. c. 17. Joan. Anton. Valtrinius de Re milit. Lib. III. c. 4. Lipsi. de Milit. Rom. Lib. Dial. v. Alexand. ab Alex. Lib. II. c. 29. cum Tirag. Not. &c.

ANNO { Ante C. XLII. U. C. DCCXII.
Ovidii I. & II.

M. AEMILIO LEPIDO II. L. MUNATIO PLANCO COSS.

Bello, quod his Consulibus adversus Julii Caesaris interfectores susceptum & feliciter confectum, atque *Philippense* Historicis à pugna ad *Philippos* commissa (a) dictum est, Caesar Octavianus Templum *Marti* vovit, & quidem sub praelii tempus, ut Naso Noster testatur, Fast. Lib. V. vers. 569-578.

Voverat hoc *juvenis tunc cum pia sustulit arma.*
A tantis Princeps incipiendus erat.
Ille manus tendens, hinc stanti milite justo,
Hinc conjuratis, talia dicta dedit:
Si mihi bellandi Pater *est, Vestaeque sacerdos*
Auctor; *&* ulcisci *Numen utrumque* paro;
Mars, *ades*; *& satia scelerato sanguine ferrum,*
Stetque favor caussa pro meliore tuus:
Templa *feres*, *& me Victore* vocaberis Ultor.
Voverat; & fuso *Laetus ab* hoste *redit.*

Idem paucis narrat Suetonius (b): *AEdem Marti bello* Philippensi, *pro ultione paterna suscepto, voverat.* De cujus Templi Constructione & Consecratione plura deinceps ex Nostro dicemus.

ANNO { Ante C. XXXIV. U. C. DCCXX.
Ovidii IX. & X.

L. SCRIBONIO LIBONE, M. ANTONIO II. COSS.

I. Quomodo suam Ovidius exegerit *pueritiam*, annuatim dicere nobis sine teste non licet. Ex ipso tantum in genere novimus, cum cum fratre patris cura * Romae teneris ab annis excultos & institutos fuisse; atque insignium Magistrorum Scholas frequentasse. Etenim Trist. Lib. IV. Eleg. X. vers. 15. 16. canit.

Protinus excolimur teneri, *curaque* parentis
Imus ad insignes Urbis *ab arte viros.*

Quod subjungit nos docet, quae utriusque fuerit indoles, & quo jam à pueritia propenderet ingenium:

Frater ad eloquium *viridi* tendebat *ab aevo*,
Fortia verbosi natus *ad arma* Fori.
At mihi *jam* puero *coelestia sacra placebant*;
Inque suum furtim Musa *trahebat opus*, &c.

E 2 In-

(a) De qua fusius in Horatii Vita. p. 50-55. diximus.

(b) In Aug. c. 29.

* De utriusque parentis sui cura Trist. Lib. II. vers. 343. & seq.
Hei mihi, quod didici! quod me docuere parentes,
Litteraque est oculos ille moratus meos!

incompertum vero est, quos frequentaverint *Grammaticos*, qui solebant his temporibus primi puerorum esse Magistri. Equidem *Cajus Julius Hyginus*, Augusti Libertus, illustribus Grammaticis à Suetonio annumeratus, eidem dicitur fuisse *familiarissimus Ovidio Poetae* (a): At, eo teste, Hyginus nonnisi puer à Julio Caesare Romam advectus fuit, *Alexandria capta*, hoc est anno U. C. DCCVII. Ut hinc non videntur ille jam hoc tempore Grammaticae professionem suscepisse.

II. Sub illis autem puerorum Magistris, Grammaticesve Professoribus Linguam eusque Graecam pro more Noster procul dubio didicit; cum Graece doctum fuisse ipsemet indicet, Trist. Lib. III. El. XII.

Raptus ab Italis inutine more nacita transit:
Littera nunc in hac paucibus orba venit.
Sicut tamen Graja fuerit, fuit ille Latina
Voce loqui; *arte gravior hujus erit*, &c.

Inde est quod Eleg. VII. dicit, se *Judicem* Carminum fuisse, quae docta mulier Romana, sub *Perilae* nomine latens (b), scripserat *non patrio more*, hoc est, non Latina Lingua, sed *Graeca*, quippe cujus opus *fala vates Lesbia* Sappho vincebat, vers. 11, 12.

Tu [illegible], *dic, fidelis commanibus equid inberes,*
Doctaque non patrio *Carmina* more *canis?*

Deinde vers. 20.

Dic tamen vates Lesbia vincet opus.

Et vers. 23, 24.

Dum licet, cum fuge mihi, tibi nostra legebam:
Saepe mei judex, saepe magister eram.

Illae & aliae Loca, quibus patet, Nasoni lectos Homerum, aliosque Graecos Scriptores. Vide Trist. Lib. I. El. V. Lib. II. vers. 363. Adde quod & Athenas studiorum causa petierit, vide inf. ad An. U. C. DCCXXVII. n. III.

III. Caesuram nullam apud me fidem habet, quod in Ovidii Vita ex vetusto Codice Pomponii Laeti legimus, Nostrum nempe *sub Plotio Grippo Literis eruditum*, sed, prout alius Codex Farnesianus fert, eum *Romae sub Plotio Grippo Literis operam dedisse*. Plotius certe Grippus inter Grammaticos hujus aevi apud Suetonium, Senecam, aliumve non occurrit. *Plotius* quidem *Griphus* Tacito semel atque iterum memoratur, ut qui *ab Vespasiano in Senatorium Ordinem additus, ac Legionis praepositus* fuerat (c), deinde *Praetura* donatus (d), anno Ch. LXX. Statius quoque *Plotium Grippum*, ut vulgares quidem Codices habent *, laudat (e), tanquam *augoris gradus juvenem*, hoc est procul dubio, Senatorii Ordinis; eumque prodit à Domitiano *arbitrum Annonae datum*, ac *omnium viarum stationibus praefectum*, cum prius in Foro & apud Centumviros Causas *juvenis* dixisset. Quae cum Statius adulto jam Domitiani imperio scriberet, hinc patet, huncce *Plotium Grippum* haud eundem esse cum illo sub Vespasiani principatus initium *Praetura* functo, uti male Gevartius (f) opinabatur. Ex his vero fontibus forte processit fortasse ille Plotius Nostri Magister.

An-

(a) Suet. de Illust. Gramm. c. 21. (b) De qua infra. (c) Tacit. Hist. Lib. III. c. 52. (d) Ib. Lib. IV. c. 39.

* Griphum tamen ex Tacito, legendum existimabant Scriverius ac Gevartius, nisi quis ab Statio, Tacitum ex Statio emendandum.

(e) Praef. Lib. III. Sylv. & Carm. IX. (f) Not. ad illud Stat. Carm. c. XII.

ANNO { Ante C. XXVIII. U. C. DCCXXVI.
Ovidii XV. & XVI.

C. CAESARE OCTAVIANO VI. M. AGRIPPA II. COSS.

I. CUm Nostro ad *Togam* ejus *virilem* (a), quae & *libera* (b), ac *pura* (c), dicebatur, magno satis saltu transimus; de qua sic eadem Elegia x. L. IV. Trist. vers. 27. 28.

Interea, tacito passu labentibus annis,
Liberior *Fratri* sumta *mihique* toga *est*.

Qui vero vulgaris fuerit dies togae huic dandae dicatus, docet ipse Naso, Fastor. Lib. III. dum ad *tertium* post *Idus Martii*, seu XVII. ejus mensis diem *Bacho* sacrum, ac *Liberalia* inde dictum, haec prodit, à vers. 770.

Restat ut inveniam, quare toga libera detur
Lucifero pueris, *Candide* Bacche, *tuo*.
Sive quod ipse puer *semper, juvenisque videris,*
Et media est aetas inter utrumque tibi:
Seu quia tu Pater *es, Patres sua pignora natos*
Commendant curas numinibusque tuis:
Sive, quod es Liber, vestis *quoque* libera *per te*
Sumitur & vitae liberioris iter, &c.

Haud tamen omnibus observatus fuit hic dies, uti jam in Horatii Vita, Ciceronis exemplo, ostendimus; cui & alia possent addi. Nec forte mos ille ad alia quam prisca spectabat tempora, ut Poëta videtur innuere proximis versibus:

An quia, cum prisci *colerent studiosius agros*, &c.

Ut ut sit, hoc circiter tempore Naso *togam* sumserit *virilem*, siquidem haud immerito docti viri (d) censent, eam anno aetatis XVI. ineunte pro hujus aevi more datam fuisse; quo certe anno eandem filio M. Cicero induit, ut jam alibi (e) docuimus. Huc etiam Augusti exemplum referunt, de quo Suetonius (f): *Duodecimum*, ait, *annum agens aviam Juliam defunctam pro concione laudavit* (g). *Quadriennio post virili toga sumta, militaribus donis triumpho Caesaris Africano donatus est*, &c.

Alii vero haud indoctiores viri, (h) Nicolaum Damascenum secuti, censent togam virilem Augusto XIV. tantum annos nato datam; ac proinde in eo Suetonii loco legunt *Decimum*, pro *Duodecimum*, annum, quo Princeps ille aviam laudaverit; ut *Quadriennium* exinde supputatum in Augusti XIV. incidat. Disserta-

(a) Quod nempe qui eam induebant ex ephebis in viros transciberentur.

(b) Quia tum è Magisterio excedebant.

(c) Ut quae tota esset alba, nihil purpurae admixtum habens.

(d) Vid. Ald. Manut. Quaest. per Epist. Lib. II. de Toga Rom. Noris de Cenot. Pis. p. 114. Gracvi. ad Sueton. Aug. c. 8.

(e) In Horat. Vita p. 25.

(f) Lib. II. c. 8.

(g) Idem aliquot ante annis scripserat *Quintil.* Lib. XII. c. 6. *Caesar Augustus duodecim natus annos aviam pro Rostris laudavit.*

(h) Vid. Heur. Valesi, Not. ad Nicol. Dupasc. Excerpta. p. 475. Henr. Dodwell. Prael. V. ad Spartiani Hadrian.

lerta fane sunt Nicolai verba: Κατέλαβεν δὲ εἰς τὴν ἀγορὰν περὶ ἔτη μάλιστα τεσσαρεσκαίδεκα, ἡνίκα Νικόδημος μὲν ἀνὴρ ἤδη τὴν πραιετόρειον ἐσθῆτα, ἀναλαβὼν ἐκ τῆς ἀναβαθρίδος, ἐνεδύετο χρῶν τῆς εἰς ἄνδρας ἐσθῆτος: *Inde annos circiter quatuordecim natus in Forum descendit, posita praetexta, togam puram indutus, quod civilis tirocinii argumentum est.*

At Eminentissimus Norisius, & ejus vestigia premens Celeberrimus Graevius, ut vulgarem Suetonii Lectionem vendicent, nodum secant, erroris Damascenum incusantes, quasi etiam parum sibi constaret. Ejus tamen uti & Suetonii fides integra nobis videtur, dum haec observamus. 1°. Cum illud Nicolai περὶ ἔτη τεσσαρεσκαίδεκα, *circiter annos quatuordecim*, optime possit de XV. labente anno intelligi; hinc etiam bene conveniet quod idem addit, ac praelaudati viri objiciunt. Scilicet scribit ille, togam virilem ab Augusto sumtam ea die, qua Pontifex creatus fuerit in L. Domitii jam defuncti locum. Atqui L. Domitius in acie Pharsalica, anno U. C. DCCVI. adulta aestate, periit; quo tempore Augustus annum agebat XV. cum esset die XXIII. Septembris initurus XVI. annum. Igitur potuit ante hujus anni XVI. principium togam induere puram. 2°. *Quadriennium* illud, post *Juliae* mortem Suetonio numeratum, omnino videtur ad tempus spectare, quo *donis militaribus* Augustus fuit *donatus*. Noluit nempe Suetonius indicare, quo aetatis anno ille hanc sumsit togam, sed quo Julius cum donis militaribus ornavit; sicque interpungendus est ejus textus: *Quadriennio post, virili toga sumta, militaribus*, &c. Passim Historicus ille eadem phrasi plura simul jungit, quae varii sunt temporis. Quod si eruditis viris animadversum fuisset, alias facile removissent difficultates, quibus cruciantur; ut aliquot exemplis demonstraremus, si locus id permitteret.

Idcirco per Suetonium nihil obstat, quo minus cum Cl. viris Valesio, ac Dodwello concludamus, togam virilem ab Augusto sumtam, cum XIV. aetatis annus jam esset completus, ac XV. laberetur. Ea certe aetate ipsemet nepotibus Cajo & Lucio Caesaribus eandem togam dedit, aliique postea sumserunt; uti Cl. Dodwell. (a) post alios recte docuit. Quin etiam doctissimus Octavius Ferrarius (b), qui Solidum XV. anni sumendae pro more togae liberae assignat, existimat cum Manutio, Augustum, Ciceronis item filium, & alios serius id egisse magis ab aliis custi, quam à lege aut more. Quem morem si Nasonis Nostri parentes secuti fuerint, potuerunt hisce Consulibus, & quidem die superius notato, *Liberalibus* nempe, filium hac virili toga induere, cum ejus XV. annus esset in exitu.

II. In primis porro venit observandum quod Noster praedicta Lib. IV. Tristium Elegia X. de *Lato Clavo* sibi & fratri simul cum toga pura dato subjungit, vers. 29.

Inditurque humeris cum lato purpura clavo.

Ubi, consentiente Doctorum recentiorum * Cohorte, significat Poëta inditam sibi fuisse *tunicam*, quae Scriptoribus aliis dicitur *tunica Lati Clavi* (c), seu *Laticlavia* (d). At Aldus Manutius (e) hinc clare sibi videtur colligere, hanccce tunicam omnino *purpuream* fuisse. Etenim cum in hanc rem testimonium ex Quintiliano & Cicerone prius laudasset, addit: *Verum de tunica Lati Clavi purpurea, ut omittantur dubiae fortasse* (NB.) *fidei testimonia, satis aperta sit significatio in hoc Ovidii versu*: Induitur, &c. Octavius vero Ferrarius, qui cum aliis existimat *tunicas*, uti & togas viriles, fuisse *albas*, ea quidem Quintiliani & Ciceronis loca, quibus Manutius minus fidebat, ad examen revocat, ut ea illi eripiat (a). Sed de hoc Nasonis loco prorsus silet. Addamus igitur, hinc non magis probari, tunicam laticlaviam omnino *purpuream* fuisse, quam evinci posse, *togam puerilem* ejusdem quoque coloris fuisse, ex eo quod saepe haec Poëtis *purpura* dicitur. Manutius ipse cum aliis censet, togam hanc, *Praetextam* passim dictam, nihil purpureum habuisse praeter Limbum, qui vestem extremam ambiebat, unde *praetextae* nomen. Quin etiam prolatis pluribus ut id probaret locis, objectionem ex alio Statii testimonio, huic Ovidiano persimili, petitam sic solvit (b): „Nam „ si quis, cum legerit versum Statii Sylv. Lib. V. (Car. II. ver. 67.)

Nec saltem teneris Ostrum puerile lacertis
Exuit:

„ Ostrum dicat pro tota purpura praetexta usurpatum; respondebitur, togam „ quidem puerilem, id est, praetextam indicari, cujus in Limbo *Ostrum*, id est, „ purpura cernebatur; non tamen hoc dici, totam praetextam purpuream fuisse.

Idem de Juvenali Persioque dicendum, qui *purpuram* pro praetexta usurparunt; ille Sat. X. ver. 154.

Ingenui vultus puer, *ingenuique pudoris*,
Quales esse debet, quos ardens purpura *vestit*.

Persius Sat. V. vers. 30.

Cum primum paviido custos mihi purpura *cessit*.

Igitur cum *purpura* simpliciter vocetur toga praetexta, quae in extrema tantum ora purpuram praetextam sive circumtextam haberet; quidni potuerit *purpura* quoque dici tunica, quae in *Clavo*, tam lato quam angusto, purpuram gestabat? Licet enim nondum inter eruditos de *Clavi* forma (c) convenerit; uno tamen ore consentiunt, utrumque *Clavum* latum & angustum fuisse *purpureum*, ac tunicae adsutum, vel intextum.

Oritur & alia quaestio ex eodem Nasonis versu, qui nempe potuerit Noster, *Equestri* tantum sanguine procreatus, *Laticlaviam* induere tunicam, quae *Senatorii* Ordinis insigne passim habetur (d)? Si Manutium audiamus, dicendum erit, „ Laticlaviam omnium fuisse, qui vel patre Senatore, vel Equite nati essent; „ non quidem à primis annis per omnem aetatem, sed ab anno, quo virilis toga „ sumebatur, ad annum aetatis Senatoriae, quo Curiam ingredientibus remanebat ejusdem tunicae jus: sin autem Senatoriam dignitatem non assequerentur, „ vel quia nollent, vel quia non possent; Lato Clavo deposito angustum sumebant. Haec omnia doctus vir cruit ex hoc Ovidii loco; qui tamen ejus sententiam evincere nequit; cum ab exemplo singulari non valeat ad universos Equites consequentia; atque alia possit assignari causa cur Noster id jus habuerit. Li-

(a) Praelectione V. ad Sparti. Hadrian. Vide Lipsi. ad Tacit. Annal. Lib. XII. c. 41.
(b) De Re Vestiar. Lib. II. c. 1.
* Laborare quidem XV. seculo *Cuspeus* ingenue fatebatur, se hujus loci difficultatem tollere non potuisse; neque feliciores erant alii, quos in Urbe Roma & in celeberrimis Italiae Gymnasiis hac de re consuluerat: vid. ejus ad hanc Loc. Not.
(c) Sueton. in Aug. c. 94. (d) Valer. Maxim. Lib. V. c. 1.
(e) Quaest. per Epist. Lib. II. c. 2. de toga Rom.

(a) De Re Vestiaria. Lib. III. c. 10.
(b) Quaest. per Epist. Lib. II. c. 1.
(c) Qua de re disputantes prae caeteris vide Ferrarium de Re Vestiar. Lib. III. c. 12. Anslect. c. 1. 3. & Rubeni. Lib. I. c. 1, 2. &c.
(d) Vid. Sueton. in Aug. c. 38. 94. in Tib. c. 35. in Claud. c. 24. Plin. Hist. Nat. Lib. XXXIII. c. 2. &c.

Lipsius (a) vero rem fusiius intelligebat, census Equites Romanos *Illustres* natorum, qui non quidem Senatores, sed & Censum habebant & spem Senatoriae dignitatis, Ovidius enim Senatorii insigne, id est, latum clavum gestasse. Veruntamen vel ex hoc Nasonis exemplo confuteretur, siquidem id refert ad Augustum, qui anno U. C. DCCXLII. legem tulit, ut ex Equitibus, qui non minus decies sesterciis possiderent, eligerentur à Magistratibus, è quibus Tribuni plebis Senatoresque fierent, qui gesto Tribunatu aut retinerent Senatorium Ordinem si vellent, aut iterum redirent ad Equestrem (b). Jam autem Noster ex Equitibus *Illustribus* si quis aequam, plurimis ante praedictam Augusti legem annis *Laticlaviae* habuerat. Alii proinde ratio quaerenda.

Cuiacionus (c) autem nullus sibi incompertum esse, quo tempore coeperit mos illi Latum Clavum cum virili toga sumendi; affirmat tamen illud certum esse, ea nempe fieri solitum in Splendidiorum Equitum Liberis, atque id arguere quod Ovidius de se narrat hoc, quem tractamus, loco. *Quod*, ait, *fatium esse certum* [illegible] *post Augusti in Urbem reditum à victo Antonio*, id est, ante U. C. DCCXXVII. vel sequente. Dein addit: *Sive ex Augusti constitutione, seu ex alius Imperatoris innovatione, non ita fuit hoc jus promiscuum, ut sine regulari Principis usu fieri posset: quia patres id ab eo Liberis suis, quos destinabant Reip. administrationi, petebant.* Ad eandem Principis indulgentiam alii quoque cum viri, & hanc modo solvendo recurrunt, omnesque Statium prae primis adeunt, qui Lib. IV. Sylv. VIII. ait vers. 59-62.

Quique Dyn & Origo fuum, hac e lampade primo
Laticlavi Patres, hoc pulsi sub ipso
Sic modo primi boni invitti Caesaris adfiat
Nomina. Tyrrhidi Linea pulsare Senatus.

Ubi notant viri laudati necessaria Equitum filiis, ut possent Curiae interesse, 1. Dyn, seu Censum, 2. Originem, seu natalium splendorem, & 3. Principis [illegible]. Hinc ut insuper confirment, & alia proferunt exempla, quibus [illegible] Imperatorum beneficio Latum Clavum viris ex Equestri Ordine concessum. Sed cum id ex aliis quamplurimis constet, viros quoque haud natalium splendore claros Laticlaviam, ac Senatoriae dignitatem a Principibus impetrasse; non vices eant Equites Splendidi hac in re peculiare habuerint; nisi dicamus his Latum Clavum facile, & [illegible] ac postierant, datum fuisse, quem alii vix ac magna [illegible] gratis obtinuerint.

Ut ut sit, tria saltem vel ex Nasone Nostro constant: 1. *Laticlaviam* tunicam [illegible] & Splendidiorum *Equitum*, nec modo Senatorum, Liberis, sive Natalium jure, sive beneficio & indulgentia, concessam fuisse; atque proinde,

(a) Not. in Tacit. Lib. XI. Annal. c. 4.
(b) Vid. Dion. Lib. LIV. p. 543-545.
(c) Not. in Sueton. Aug. c. 38.
(d) Pinod. Miscell. Not. in Sueton. Vespas. c. 2. Albert. Ruben. de Re Vestil. Lib. I. c. 14. Cuiac. Paratit. Analect. c. 20.
* Sic ferunt vulg. Codd. at Casaubonus *hoc* legit, uti & versu sequ. pro *hac*. Gravius vero *hoc* & *hac* retinet; quod magnus in re Critica judex Cl. Joan. Frid. Gronovius, Diatribe in Sueton. p. 288. probavit, uti & Alb. Ruben. L. I. c. 14. Gravius scil. confuit, Statium hac ipsa Matronam ob illudam recens natam gratulari, cum deo ante filii fuissent eidem [illegible] & filiciam *hoc* & ambos filios tangere, ut dicat, & [illegible] & opes nemiperes, *Hoc*, id est, *filiolam* primis nuptiis Patritio juveni nubere, *Hoc*, id est, *Duos filios* Latum Clavum posse induere, &c.

de, uti jam Lipsio & Rubenio notatum est, Dionem quid humanitus passum esse, dum affirmavit (a), ante Cajum Caligulam nonnisi *solis Senatorio genere natis* (μόνοις τοῖς ἐκ τῆς βουλευτικῆς φύλης γεγενημένοις) *permissum* fuisse *usum vestis Senatoriae, antequam Magistratum ullum gessissent, quo aditus in Senatum paratur.* 2. Certum est, Latum Clavum illis datum in *spem Ordinis Senatorii*, ut loquitur Dio apud Xiphilinum (b) de *Julio Calvastro* adolescente, qui ei dicitur παιδιόθεν ἐς βουλὴν ἐλπίδα; quique idem proculdubio ac quem Suetonius (c) innominatum vocat *Tribunum Laticlavium*; siquidem apud utrumque eadem res narratur. In eum enim Senatoriae dignitatis *spem* Ovidius latum sumsit Clavum, ut invicte docet mox addens, vers. 35. *Curia restabat*, &c.

3. Ex hoc Nostri loco patet, eosdem Illustrium Equitum liberos simul cum toga virili Laticlaviam induisse, cum ipse haec duo una jungat:

Liberior *fratri sumta mihique toga est;*
Induitque humeris cum Lato *purpura* Clavo.

Nec alio sensu hos versiculos intellexerunt viri magni Aldus Manutius (d), ac Isaac. Casaubonus (e); quibus, quoad rem ipsam, accedunt Theod. Marcilius (f), & Octavius Ferrarius (g). At dubium hic movere potest, quod celeberrimus Gravius observat ad haec Suetonii de Augusto verba: *Protinus à virili* (ut legendum censet) *toga Latum Clavum induere permisit*, scil. Senatorum Liberis. „ Etenim autumat, *protinus*, quod quidem est continue, non ita intelligendum esse, quasi ipso die tirocinii sumenda quoque fuisset tunica Laticlavia; tum enim rectam sumebant; sed statim, aut non longe post, &, si luberet, sequente die. Quae tamen interpretatio contorta, nec valido tibicine fulta videtur. Etsi enim certum esset, tunicam rectam cum toga virili sumtam fuisse; quidni liceret cum Ferrario existimare, tunicam rectam & Lato Clavo insignitam fuisse, atque unam eandemque tunicam vario nomine dictam, quemadmodum ipsa toga virilis, & libera etiam, ac pura vocabatur; aut rectam cum Laticlavia sumtam, ut haec superior, illa esset inferior. Deinde parvum est discrimen, si dicas Laticlaviam tunicam cum toga virili, vel statim post *sequente die*, indutam esse, ut operae pretium non sit ferram hac de re reciprocare.

Ea porro novissima observatione, ut hoc addam, id quoque ruit, quod eidem Cl. Viro, Rubenium secuto, ita liquidum videbatur, ut nihil magis; „ *Patriciorum* nempe filios Latum Clavum gestasse ante togam virilem in praetexta; „ siquidem die tirocinii tunicam rectam boni ominis caussa induebant; unde Augusto virilem togam induenti tunica Laticlavia, quae ad pedes illius decidebat. Etenim, inquam ego, cum Suetonius (h) scribit: *Augusto, sumenti virilem tunica Lati Clavi, refuto ex utraque parte, ad pedes decidit*; non magis istam sententiam juvat, quam aliam existimantium, Patritios uti & caeteros nobiles pueros nonnisi cum toga pura Latum induisse Clavum. Semper certe redit quaestio, quam ex eo Suetonii loco Casaubonus proposuit; quorsum scil. isto loco & tempore ea

F tuni-

(a) Lib. LIX. pag. 646. 647.
(b) Lib. LXVII. pag. 764.
(c) In Domit. C. X.
(d) Quaest. per Epist. Lib. II. c. 2.
(e) Not. in Sueton. Aug. Cap. 38.
(f) Not. in Suet. Vesp. c. 2.
(g) Analect. c. 20.
(h) In Aug. c. 94.

cunien, nisi vel cum virili toga esset induenda, vel cum praetexta deponenda? Neque sequitur, Augustum ea tunica indutum cum praetexta in Forum die tirocinii venisse, si eo die tunicam *rectam* sumserit. Nam & hanc & *Laticlaviam* tum induere potuit, si una fuerit eademque tunica, vel si duplex indura sit; cum alterutrum contra morem esse nemo hactenus probaverit. Deinde cum Dio diserte tradat (a), propter hoc omen tunicae Laticlaviae ad pedes decidentis Julium retulisse Octavium, qui posthac Augustus, in patricios; haud satis est Rubenio Graevioque Dionem erroris arguere, nisi rem aliter se habere, alio probassent graviori testimonio, quod tamen ab illis adhucdum exspectamus. Neque tandem alio confirmant reste, aliam hac in re *Patritiorum* fuisse, quam caeterorum Nobilium puerorum caussam. Id enim non evincit *Statius* ab utroque Cl. viro in medium prolatus, & qui solus quidem istius opinionis *fundus* Rubenio, ejus asserori primo, dicitur. Ille Lib. V. Sylv. II. haec ad Crispinum:

Sic ie, clave puer, genitum sibi Curia *fensit*,
Primaque patrita clausit vestigia Luna:
Mox Tyrios ex mare finus, tunicamque potentem
Agnovere humeri.

Ubi, notat Rubenius (b), non dubium est, per *Tyrios finus*, praetextam puerilem, per *tunicam potentem*, Laticlaviam designari. Crispinum autem tunc temporis nondum virilem togam sumsisse, satis ait ex iis quae sequuntur constarum:

Nec fallem tenuis Ofirum puerile lacertis
Sustit, atque humeros induvit amictu.

At vero, ut optime regerit Ferrarius (c), Poeta postremo hoc loco conqueritur eorum fatis parentem, cum adhuc puer esset Crispinus, & praetextatus; atque ita non potuisse interesse filii tirocinio, & togae virilis solemnitati. Proximis enim versiculis Statius cecinerat:

Nec genitor justa: fatis namque benignus iniquis
Occidit: heu, geminam prolem sub praesule linquens.
Nec fallem, &c.

Haec igitur omnino demonstrant, Crispinum jam virilem togam induisse; idemque confirmant, quae sequuntur:

Quem non corripuit pubes effrena? novaque
Libertas properatae togae? &c.

Quin imo Statius vers. 12. testatur, Crispinum tunc XVI. aetatis annum egisse.

— *Et Octonos bis jam tibi circuit orbes*
Vita.

Atque quam aetatem solebant hic temporibus toga libera indui.

Ea autem si Rubenius observasset, non videtur fundum suae opinionis in Statio positurum fuisse. Attamen Cl. Graevius, qui Ferrarii solutionem legerat, adhucdum affirmare sustinuit, „ illum Statii locum tantopere firmare eam Rubenii sententiam, ut nihil fieri possit liquidius. Per *Tyrios*, pergit, *finus* nihil „ posset intelligi, nisi praetexta, non vero, ut interpretatur Ferrarius, tunica „ ad pectus, sive in sinu lato clavo insignis. Quis enim unquam sinum tribuit „ tunicae? &c.

Cum

(a) Lib. XLV. p. 271. (b) De Re Vestiar. Lib. I. c. 14. (c) Analect. c. 29.

Cum hoc rogaret eruditissimus vir, versus non succurrebant, quos ipse Rubenius ex *Albinovani*, ut cum aliis arbitratur *, Epicedio in Maecenatem laudavit, vers. 25.

Invide, quid tandem tunicae *nocuere* solutae,
Aut tibi ventosi *quid nocuere* sinus?

Ubi diserte *sinus* tunicae tribuuntur *discinctae*, quam gerebat Maecenas, unde illi dicuntur *ventosi*. Nec video cur Statius eo loco non potuerit latum clavum, quem, ut Horatius habet (a), *demittebant pectore*, pro quo passim *sinus* ponitur, translate per *Tyrios sinus* intelligere; quemadmodum ipsemet dixit Lib. IV. Sylv. IV. vers. 76.

Jam te blanda sinu Tyrio *sibi* gloria *felix*
Educat, & cunctas gaudet spondere curules.

Plura his possent addi, quibus illa Cl. virorum opinio ac aliae insuper hac in re hallucinationes revincerentur; sed ea nobis hic sunt omittenda, ne longior fiat excursus. Consulantur interim, quae Ferrarius in Analectis adversus Rubenium scripsit; ubi doctus ille vir, non inficiante Graevio, in nonnullis rectius sentit.

ANNO { Ante C. XXVII. U. C. DCCXXVII.
Ovidii XVI. & XVII.

C. CAESARE OCTAVIANO VII. M. AGRIPPA III. COSS.

I. Cum ex illis ad superiorem annum discussis pateat, Ovidium eo, vel summum hoc anno, *togam* induisse *Virilem*; licet huc referre quae de Nostri post pubertatem studiis novimus. Etsi vero Pater à Musarum inutili studio puerum fere deterruisset, ut *toto Helicone relicto*, Noster scribere conaretur *verba soluta modis*; attamen, ipso canente:

Sponte sua carmen numeros veniebat ad aptos:
Et, quod tentabat dicere, versus erat.

Hinc nihil mirum, si libera jam toga indutus ad delicias statim redierit:

Induiturque humeris cum lato purpura clavo:
Et studium *nobis, quod fuit ante*, manet.

II. Nihilo tamen minus Naso noster, pro adolescentulorum his temporibus consuetudine, Rhetoricae Professores audivit, ac declamationibus se in eorum scholis exercuit, uti nos Seneca pater docuit, Lib. II. Controv. 11. ubi de jurejurando mariti & uxoris agens: „ Hanc, ait, controversiam memini me videre „ *Nasonem* declamare apud Rhetorem *Arellium Fuscum*, cujus auditor fuit. Nam „ *Latroni* admirator erat, cum diversum sequeretur dicendi genus; habebat enim „ ille constans & decens & amabile ingenium. Oratio ejus jam tum nihil aliud „ poterat videri, quam solutum carmen. Adeo autem studiose *Latronem* audivit, „ ut multas ejus sententias in versus suos transtulerit. In armorum judicio dixerat „ *Latro*: Mittamus arma in hostes, & petamus; *Naso* dixit:

Arma viri fortis medios mittantur in hostes,
Inde jubete peti (b).

F 2 „ Et

* Nobis enim non videtur istius Poetae Carmen, uti jam in Horatii Vita indicavimus, pag. 143-14.

(a) Lib. I. Sat. 6. (b) Reperiuntur Metam. Lib. XIII. vers. 120. seq.

» Et alium ex fusoria sensum, quem a *Latrone* mutuatus est, memini *Latronem*
» in praecitatione quadam dicere, quod Scholastici quasi carmen didicerant: non
» vides, ut immota fax torpeat, & exagitata reddat ignes? mollit viros otium,
» ferrum situ carpitur & rubiginem ducit; desidia dedocet. *Naso* dixit:

Vidi ego jactatas mota face crescere flammas:
Et versus, nullo concutiente, mori (a).

» Tunc autem cum fluderet, habebatur bonus declamator. Hanc certe contro-
» versiam ante *Arellium Fuscum* declamavit, ut mihi videbatur longe ingenio-
» sius; excepto eo, quod sine certo ordine per locos discurreret, &c*. Decla-
» mabat autem Naso raro controversias, sed nonnisi Ethicas: libentius dicebat
» suasorias: molesta illi erat omnis argumentatio, &c.

Illi autem duo Rhetores, quos Ovidius sectatus est, his temporibus Romae fuerunt celeberrimi. *M. Porcius Latro* magnopere laudatur ab eodem Seneca, qui ejus *amicissimus* fuerat *sodalis*, *& à primo pueritiae usque ad ultimum ejus diem familiarem amicitiam* coluerat (b): *Nihil*, inquit, *illo viro gravius, nihil suavius, nihil sequentia sua dignius*, &c. Plinio (c) quoque *clarus inter dicendi magistros* dicitur, & Quintiliano, (d) *in primis clari nominis Professor*. Obiit autem anno U. C. circiter DCCL. quo per autumnum defit annus Abrahae MMXIII. ac Olymp. CXCIV. primus, ad quem Hieronymus in Chronico haec notat: *M. Porcius Latro Latinus declamator taedio duplicis quartanae semet interfecit.*

Non adeo nobis notus est *M. Arellius Fuscus*, alter Ovidii Rhetor, de quo Seneca liberum fert judicium (e): *Erat explicatio Fusci Arellii splendida quidem, sed sparsa & implicita: cultus nimis exquisitus: compositio verborum mollior*, &c. Idem nonnullis (f) videtur, ac ille, quem Plinius (g) prodit se vidisse *motum Equestri Ordine ob insignem calumniam, ex argento annulos habentem*. Sed cum alii codices *Aurelium Fuscum* exhibeant, nec verisimile sit, Plinio † visum esse Rhetorem sub Augusto in Ovidii adolescentia profitentem; satius mihi videtur assensum hac in re cohibere.

III. Quin & *Athenas* studiorum causa Naso petiit, ipsomet docente, Trist. Lib. I. El. 2. vers. 77.

Nec petiti, quas quondam petii studiosus Athenas.

At

(a) Idem Lib. I. Amor. Eleg. 2. vers. 11. 12. nisi quod 12. sic habeatur:

Et vidi, nullo concutiente, mori.

Sed alii forte sunt hic omissi, quibus totius superioris sententiae imitatio fuerat demonstranda; isque videntur esse, quos jam And. Schottus indicavit; scil. de Pont. Lib. I. Eleg. 5. vers. 5.

Cernis, ut ignavum corrumpant otia corpus, &c.

Vide Lib. I. Remed. vers. 139. Trist. Lib. V. El. 12. vers. 21.

Addo, quod ingenium huga rubigine laesum
Torpet, &c.

* Quaedam postea Seneca profert ex illa Nasonis declamatione à se excepta, quae videas.

(b) Controv. Lib. I. Praef.

(c) Hist. Nat. Lib. XX. cap. 14.

(d) Institut. Lib. X. cap. 5.

(e) Praef. Lib. II. Controv.

(f) Nic. Fabro Not. & And. Schotto. de Cl. ap. Sen. Rhet. p. 6.

(g) Lib. XXXIII. cap. 12.

† Natus scil. erat An. U. C. DCCLXXVI. exeunte, vel An. DCCLXXVII. ineunte, X. post Augusti obitum annis; quippe qui obiit Augusto mense, An. DCCCXXXII. aetatis *sexto & quinquagesimo*; vid. Vit. Plinii jun. ad hunc An.

At aliud tempus spectaverit iter, quo se Siciliae Asiaeque urbes perlustrasse canit. Ibidem enim subjungit:

Oppida non Asiae, non loca visa prius.

Et ex Pont. Lib. II. Epist. x. ad MACRUM, vers. 21.

Te duce magnificas Asiae perspeximus urbes:
Trinacris * *est oculis te duce nota meis.*

Sequentibus varios Syracusani agri fontes memorat, significatque se Syracusis per totum fere annum mansisse. Nam *Arethusa* istius urbis fonte descripto, addit, vers. 29.

Hic mihi labentis pars anni magna peracta est.

Hoc porro in Asiam iter (a) *puerilibus annis* (id est, paulo post togam virilem indutam, cum ante non solerent peregre proficisci) factum indicat Ovidius, Fast. Lib. VI. de Vestae Sacris agens, vers. 417-424.

Caetera jam pridem didici puerilibus annis;
Non tamen idcirco praetereunda mihi.
Moenia Dardanides nuper nova fecerat Ilus:
Ilus adhuc Asiae dives habebat opes.
Creditur armiferae signum coeleste *Minervae*
Urbis in Iliacae desluisse juga.
Cura videre fuit: Vidi Templumque locumque.
Hoc superest illi: *Pallada Roma tenet.*

Quibus clare testatur, se olim *Ilium*, seu *Trojam* lustrasse, ibique Palladis Templum vidisse, in quo non amplius erat *Palladium*, jam pridem Romae consecratum; quanquam Strabo Nasoni coaevus scribit (b), Ilienses sua aetate quoddam Palladium habuisse *rectum stans*, cum ex Homero sederit antiquorum Ilienses signum.

Quis fuerit ille MACER, in cujus comitatu *Ovidius* Asiam perlustravit, difficile satis definitu. Profecto idem esse nequit, ac *Aemilius Macer*, qui in Hieronymi Chronico ad An. I. Ol. 191. seu U. C. 738. *Mortuus in Asia* dicitur; siquidem Ovidii *Macer* adhucdum in vivis erat, cum Poëta noster Librum II. ex *Ponto* scriberet, anno circiter U. C. 766. Ut egregie hallucinetur Cl. V. *Gar. Vossius*, qui utrumque confundit, Lib. de *Poëtis Lat.* &c.

Forte fuerit *Pompejus Macer*, Theophanis filius, quem *olim Caesar Augustus, Asiae Procuratorem constituerat*, ut Strabo (c) scribit, addens tum hunc fuisse *inter primos* Tiberii *Caesaris amicos*.

IV. In Asia vero Nostrum sub *Varrone* militasse, perperam legitur in brevissima, quam aliqui Codices ferunt, Vita, idque Ciofanus ac alii suis in notis inconsideratius arripuerunt. Repugnat enim disserto ipsiusmet Ovidii testimonio, Amor. Lib. I. Eleg. 15. initio:

Quid

* Sic, vel *Trinacria*, vocabatur *Sicilia*, scil. à tribus ἄκροις sive *promontoriis*, sicuti vel ex Nostro discere est, Fast. Lib. IV. vers. 429.

Terra tribus scopulis vastum procurrit in aequor
Trinacris, *à positu nomen adepta loci.*

(a) Haud absurde intra annum U. C. DCCXXVII. & DCCXXXI. collocaretur; quo tempore *Pompejus Macer* potuit ab Augusto *Procurator* in Asiam mitti.

(b) Geogr. Lib. XIII. p. 897. Ed. Amst.

(c) Lib. XIII. p. 918. Confer. Tacit. Ann. L. I. c. 72. & Lib. VI. c. 18.

Quid mihi, Livor edax, invenos objicis annos;
Ingeniique vocas Carmen inertis opus?
Non me more patrum, dum frenas sustinet aetas,
Praemia militiae pulverulenta sequi.

Quae canebat, cum jam *Aeneis* vulgata, quae tamen nonnisi post *Virgilii* mortem, hoc est, post annum U.C. DCCXXXV. fuit edita; vide inf. ad An. DCCXXXVI. Quin & jam in exsilio scribebat, *Trist.* Lib. IV. El. 1. vers. 71. 71.

Aspera Militiae juvenis *certamine* fugi,
Nec nisi lusura moximus arma *manu*, &c.

ANNO { Ante C. XXIV. U. C. DCCXXX.
Ovidii XIX. & XX.

C. CAESARE AUGUSTO X. C. NORBANO FLACCO COSS.

I. NIsonis nostri frater natu major his Consulibus decessit, & quidem post XX. Martii diem, quo ille duodecim ante Nostrum mensibus natus erat[a]; quippe qui jam *decem vitae geminaverat annos*, hoc est, vicesimum aetatis annum abtoleverat: Trist. Lib. IV. Eleg. 10. vers. 31. 32.

Jamque decem vitae frater geminaverat annos,
Cum perit; & cospi parte carere mei.

II. Utrumque vero fratrem non videtur respicere, sed Ovidium modo Nostrum, quod ibidem subjungit:

Capimus & tenuae primos aetatis honores.

Proxime enim sequens versiculus,

Eque viris quondam pars tribus una fui,

istum interpretatur, & quos Noster honores in adolescentia sumserit, clarius indicat. Neque etiam ante potuit hoc *Triumviratus* munere fungi, quam viginti annos natus esset, uti ad annum sequentem ostendemus. Jocosi autem illi sunt, qui istis ad hunc locum notis per *primos honores* intelligunt etiam *Aedilitatem* & *Quaesturam*, quasi Magistratus isti primum adolescentibus darentur; cum tamen constet, *Quaesturam*, quae primus erat in Senatu gradus ac Magistratus, haud ante XXV. aetatis annum initum ex Lege annali fuisse gestam. At Naso noster Latum Clavum ante exuit, quam ullam in Senatu dignitatem adeptus esset, prout inferius ipso praeeunte docebimus.

ANNO { Ante C. XXIII. U. C. DCCXXXI.
Ovidii XX. & XXI.

C. CAESARE AUGUSTO XI. CN. CALPURNIO PISONE COSS.

I. NOndum ab eruditis definitum observavi, quis ille fuerit *Triumviratus*, quo se functum olim esse tradit Ovidius versu jam citato:

Eque viris quondam pars tribus una fui.

Difficultas exinde oritur, quod varii inter Romanos *Triumviri* extiterint. At vero hic de illo solum *Triumviratu* cogitandum venit, qui Magistratus erat necessarius adolescentibus in Senatus spem latum clavum gerentibus, qualis Ovidius hoc tempore fuit. Idcirco litem his modo terminis circumscribi mihi videtur, ut quaerendum superfit, an Noster annumerandus Triumviris, vel *Capitalibus*, vel potius *Monetalibus*, qui etiam passim in Nummis ac Lapidibus III. VIRI A.A.A.F.F. id est, Auro, Argento, Aere flando feriundo signantur. Etenim geminus tantum hicce Triumviratus à Scriptoribus inter illas recensetur dignitates, quae gradus erant ad Senatorium Ordinem; nec alius inter vulgares occurrit titulos, quibus Lapidum Inscriptiones viros Ordinis Senatorii exornant.

[a] Vide sup. An. U. C. DCCXI. n. 3.

Deinde vero mihi persuasum est, Ovidium è *Triumviris* fuisse *Capitalibus*, qui scil. de capite judicabant vilis & abjectae conditionis hominum, uti furum & servorum, atque carceris custodiam habebant. Ratio meae sententiae est, quod ii saepe simpliciter & absque ullo titulo apud antiquos Auctores dicantur *Triumviri*; sed alii non ita soleant, nisi cum muneris sui notis designari. De illis Plautus Amphit. Act. 1. Sc. 1.

Quid faciam nunc, si Tresviri *me in* carcerem *compegerint?*
Inde cras è promptuaria cella depromar ad flagrum, &c.

Et Asin. Act. 1. Sc. 2.

— *Nam jam ex hoc loco*
Ibo ego ad Tresviros, *vestraque ibi nomina*
Faxo erunt.

Valer. Maximus Lib. VIII. c. 4. n. 2. de Alexandro Fannii servo: *A Judicibus*, ait, *damnatus, & à L. Calpurnio* Triumviro *in crucem actus est.* Tacitus quoque in Agricolae Vita cap. 2. eadem voce in eundem significatum utitur, conquestus Domitiani principatu *delegatum* Triumviris *ministerium, ut monumenta clarissimorum ingeniorum in comitio ac Foro urerentur.* Item Seneca Pater (a): *Triumviris opus est, Comitio, Carnifice*, &c. Tandem, ne pluribus exemplis taedium crem, Aul. Gellius Lib. III. c. 3. narrat, Naevium fabulas in carcere duas scripsisse, cum *in vinculis Romae à Triumviris conjectus esset.*

II. Maxime porro venit observandum, Capitalem hunccc Triumviratum partem fuisse vigintiviratus, qui ad Senatum erat gradus. Id optime nos Dio (b) docuit ad An. U. C. DCCXLI. narrans, quod cum Senatorius census *usque ad decies sestertium auctus fuisset*, nemoque jam inveniri posset, qui sponte sua Senator esse vellet, ideo Senatusconsultum fuerit factum, *τοὺς ἐκατὸν πληρώσαντας ἄνδρας ἐκ τῶν ἱππέων δοκιμάζειν, ut qui vocabantur* XX. *viri ex Equitibus constituerentur.* „ Quorum deinde nullus in Senatum est allectus, nisi quem etiam alium Magi„ stratum, cujus ratione Senator posset fieri, gessisset. Deinde qui fuerint hi XX. viri sic exponit: Et hi XX. viri facti fuerunt ex illis XXVI. viris, in „ quibus erant *tres* viri rerum capitalium, & alii *tres* signandae pecuniae nego„ tium gerentes, *quatuor* viarum urbanarum curatores, & *decem* judicus, quae „ ad Centumviros sorte deferuntur, praeficiuntur; ἐξ οἱ δέκα, οἱ ὅδοι τῶν δικαστη„ ρίων τῶν ἐς τοὺς ἑκατὸν ἄνδρας πληρουμένων δοκιμαζόμενοι.

Unde liquido patet per hunc *vigintiviratum* fuisse aditum ad majores in Senatu honores, uti recte Lipsius ad hunc Taciti (c) de Tiberio locum notavit: *Per idem tempus Neronem è liberis Germanici jam ingressum juventam, commendavit Patri-*

lius;

(a) Lib. III. Controv. 16. sub fin.
(b) Lib. LIV. p. 540.
(c) Annal. Lib. III. c. 29.

bat; neque munere capessendi VIGINTIVIRATUS *foeteretur, & quinquennio maturius, quam per leges Quaestorium peteret, non sine invidia audientium postulavit.* Subjungit idem Cl. vir. & alium è Dione (a), qui de Claudio prodit, eum *jussisse genero suo in vigintiviris esse,* τὸν γαμβρὸν αὐτὸν ἐν τοῖς ἑκατὸν ἀνδράσιν ἄρχειν, atque indulsisse, ut quinquennio maturius Magistratus peterent, τὰς ἀρχὰς αἰτοῦντα.

III. Cum autem annus Quaesturae gerendae legitimus fuerit XXIV. completus, sicut idem Lipsius recte docuit (b); proinde duo postrema Taciti Dionisque loca probant, XX. aetatis annum fuisse *vigintiviratus* proprium, siquidem hujus numeris loco Quaesturam Neroni petiit Tiberius, *quinquennio* ante quam ille posset Quaesturam adipisci. Ut hic dubius haerere non debuerit Cl. Siccama (c); maxime cum eadem vigintiviratus aetas ex antiquo lapide sepulchrali colligatur, qui dicatus est *Julio Claro* & *Julio Nepotiano* IV. Viris viarum curandarum, quorum prior annorum XXI. alter XX. erat cum obiret. En ipsam Inscriptionem ex Gruterio (d).

D. M. S.
Q. IVL. CLARO C. V. IIII. VIR.
VIARVM. CVRANDARVM
ANN. XXI.
Q. IVL. NEPOTIANO. V. C.
IIII. VIRO. VIARVM. CVRAN-
DARVM. ANN. XX.
CALP. SABINA FILIS.

Longe haud sane ratione nobis videmus existimare, Triumviratum haud ante hos Consules, quibus annum aetatis XX. adimplevit Ovidius, ab eo susceptum esse. Nec enim audendus est Lipsius, qui ex priore Dionis loco autumat, institutos esse XX. viros ab Augusto, cum antea viginti sex essent, anno U. C. DCCXLI. siquidem hoc non scribit Dio, neque exinde sequitur, quod ille ad eum annum fuisse dixerit, qui fuerint XX. viri. Quin etiam haud obscure innuit, XX. viros jam ante constitutos fuisse, quam illud fieret Senatusconsultum, cujus occasione de illis loquitur; idemque diserte confirmat mox addens, *jam ante subrogatos fuisse* sex alios, qui olim viginti sex virorum numerum complebant, *duo ministrant ii, qui circa extra Urbem curabant, & quatuor, qui in Campaniam mittebantur.*

Caeterum adhuc erat Siccama (e), cum ex eodem Dionis loco cruit, XX. viros demum anno U. C. DCCXLI. octo. ex Equitibus electos esse, cum prius ex plebe potissimum crearentur. Quasi vero Dio significaret, XX. Viros ab eo anno coepisse ex solis Equitibus creari! Hanc certe interpretationem confirmat non modo alia, quae ex ipsomet Dione & Tacito jam protulimus, sed ipsemet locus à Cl. viro in suum praesidium advocatus; siquidem exinde clarum est, XX. viros eo anno ex Equitibus fuisse designatos, ob hanc tantum rationem, quod tum *nemo esset, qui sponte sua Senator esse vellet.* Adeoque Senatusconsultum tunc temporis factum, non fuit perpetua lex, qua in posterum XX. Viri

(a) Lib. LVIII.
(b) Vide Excurs. D. ad Annal. Lib. III. & Lib. de Magist. Rom. c. 6.
(c) De Commovir. Judic. Lib. I. c. 9.
(d) Pag. cccxxiii. n. 4
(e) De Commovir. Judicio Lib. I. c. 9.

ii ex Equitibus essent designandi; quemadmodum insuper innumerae demonstrant lapidum Inscriptiones, quibus X. Viratus stilitibus judicandis, pars scil. XX. Viratus, ipso Siccama confitente, recenseretur inter honores Consularium virorum, quos omnes ex Equitibus in Senatum allectos affirmari nequit, cum & plures ex Patriciis fuerint.

IV. Haud longe ab hoc tempore removendae sunt priores *Ovidii* nuptiae, de quibus ipse Trist. Lib. IV. Eleg. 10. vers. 69.

Paene *mihi* puero *nec digna, nec utilis* uxor
Est data: quae tempus perbreve nupta fuit.

Paene adhuc puer erat, hoc est, paucis ante annis pueritiam egressus toga virili fuerat indutus; nec dum tamen *juventam* erat adeptus, quae *post ter septenos flore annos; genas vestit*, ut habet Macrobius (a). Unde est quod Statius Lib. V. Sylv. 2. *barbam* vocat signa validae *juventae*, cum ad Crispinum XVI. annos natum (vid. vers. 12.) haec canit vers. 62.

— *Nondum* validae *tibi signa* juventae
Irrepsere genis, *& adhuc decor integer aevi.*

V. Cum ad alteras statim transierit nuptias, quarum tempus certo definire non datur, subjungamus etiam quae de his habet ibidem, vers. 71.

Illi successit, quamvis sine crimine, conjux;
Non tamen in nostro firma futura toro.

Alteruta fuit *Phaliscis* (alii per F. scribunt) orta, Amor. Lib. III. El. 13. init.

Cum mihi promiseris conjux foret orta Phaliscis;
Moenia contigimus victa, Camille, tibi, &c.

Quibus patet, uxorem, qua comite id suscepit iter, jam sibi dimissam fuisse, cum id hac Elegia describeret: atque adeo de tertia conjuge, quae ad vitae finem usque permansit, intelligi nequit. *Phaliscorum* autem nomine plerique ex Antiquis populum intelligunt (b), cujus Oppidum *Falerii* fuerit dictum, & à Camillo expugnatum. Ibi cum *Junoni* festum & ludos celebraverint, ut Noster enarrat, qui & *Junonia sacra* vocat; hinc Frontinus de coloniis Tusciae: *Colonia*, inquit, *Junonia quae adpellatur Faliscos.* Mirari hic liceat, tantum virum *Ezech. Spanhemium* potuisse *Faliscos* hosce Etruriae populos cum *Falejis* in Magna Graecia sitis confundere, dum tot scriptores memorat, qui meliora docuissent, si ad eorum verba animum advertisset. vid Lib. de Praest. Numism. T. 1. p. 107-109. & *Harduin.* de Num. Popp. in v. ΦΑΛΕΙΩΝ; ubi eundem sequitur errorem; &c.

VI. Addamus & hoc loco quae de *tertia* conjuge prodit Noster, cum verum nos fugiat tempus, quo eam duxerit. Trist. Lib. IV. El. 10. vers. 73. 74. ait:

Ultima *quae mecum ferus permansit in annos,*
Sustinuit conjux *exsulis esse viri.*

Quae an fuerit *Fabii Maximi*, (de quo plura ad An. U. C. DCCLXVII.) seu potius Conjugis Marciae affinis, haud recte Lipsius (c) mihi videtur dubius haerere; siquidem clare satis *Ovidius*, eam ad ipsum *Fabium* pertinuisse, docet Pont. Lib. I. Ep. 2. huic inscripta, vers. 138.

Ille ego, de vestra *cui data nupta* domo.

G Cae-

(a) In somn. Scip. Lib. I. c. 6.
(b) Vide Cellarii Geogr. Antiq. Lib. II. c. 9.
(c) In Tacit. Annal. Lib. I. c. 2.

Caeterum vero mox subjunctis indicant modo, eandem Nasonis uxorem amicitiae Marciae fuisse conjunctam, quemadmodum & ante fuerat materterae Caesaris Augusti:

Hoc probat, & primo dilectum *semper ab aevo*
Lis inter comites Marcia *causa fuas.*
Jugque fuit habuit matertera Caesaris *ante:*
Quorum judicio si quis probata, probus est, &c.

His adde Epist. 1. Lib. III. ex Ponto vers. 75-78. Fastor. Lib. VI. sub fin. Ad Marcam quoque necessitudine quadam eandem attinuisse liquet ex Ep. x. Pont. Lib. II.

Excidisti tantum ne tibi cura mei:
Quam tu cui longi debes convivatibus aevi,
Vel mea *quod* conjux *non* aliena *tibi.*

Idem & de *Rufo* dicimus ex Eleg. xi. ejusdem libri, vers. 13-18.

Sponsus quidem, per sequa mea *est laudabilis* uxor;
Adhuc in melior sit tamen ille tuo.
Namque quod Hermiones Castor fuit, Hector Isili,
Hoc ego te lector conjugis *esse* meae.
Quae, ne dissimilis tibi sit probitate laborat;
Sequa tui cara *sanguinis esse probat.*

Unde palam fit, *Rufum* fuisse hujus tertiae uxoris Ovidii *avunculum*, quemadmodum *avunculus* erat *Hermiones* Castor, uti & *Juli* Hector. Etenim *Hermione* filia fuit *Helenae*, quae soror *Castoris* & *Pollucis*, ex *Leda* uxore Tyndari. In *Julo* filius erat Aeneae ex *Creusa* Priami filia, & Hectoris sorore. Idcirco haec Nasonis uxor matrem habuit *Rufo* sororem. *Fundus* vero *Rufus* iste fuit, ut Eleg. iii. Noster docet:

Maxima Fundani *gloria*, RUFE, soli.

Fuerat haec Ovidii tertia conjux antè alteri nupta marito, ex quo filiam pepererat, quam postea *Suillius* Germanici Caesaris Comes duxit, Ep. viii. ex Pont. Lib. IV. vers. 9-12.

Jus aliquod faciunt affinia vincula nobis,
Quae simper maneant illabefacta precor.
Nam tibi quae conjux, eadem mihi filia paene *est:*
Et quae te generum, *me vocat illa* virum, *&c.*

Quod porro Noster de sua subjungit filia, postquam de suis conjugibus narraverat, ambiguum efficit qua ex uxore eam genuerit, Trist. Lib. IV. El. x. vers. 71-76.

Filia bis prima mea *nec fecunda juventa,*
Sed mea ex uno conjuge, facit avum.

ANNO { Ante C. xxii. U. C. dccxxxii.
Ovidii xxi. & xxii.

M. CL. MARCELLO, L. ARRUNTIO COSS.

§. Vix ante hunc annum, ut ex superius dictis constat, Ovidius potuerit altero decorari munere, quo se functum esse *Fastor. Lib.* IV. diserte docet, vers. 383. ubi dicitur

In-

Inter bis quinos *ipsos honoro* Viros.

Etenim, uti modo vidimus, *Decemviratus* ille pars erat *Vigintiviratus*, quem adolescentes, in Senatus spem Latum Clavum gerentes, necessario suscipiebant, ut gradus ad Senatorios honores esset.

Decem virorum quod fuerit munus, jam ad annum superiorem (n. II.) ex Dione audivimus, ut nempe centumviralibus judiciis praeessent; unde *litibus judicandis* passim in lapidibus inscribuntur, quod de litibus judicarent. Id ipsum jam docti viri ex Pomponio probarunt, qui lege 2. de Orig. juris: *Deinde* (id est post Praeturam peregrinam, adeoque post An. U. C. DX.) *cum esset necessarius Magistratus, qui hastae praeesset; decemviri litibus judicandis sunt instituti.* At non soli, sed cum Praetore, qui eos in consilium adhibebat, praefuerunt; uti recte doctissimus consultissimusque *Gerard. Noodt* (a) colligit ex Plinio juniore, Lib. V. Epist. xxi. scribente: *sedebant judices, Decemviri* * *venerant, observabantur advocati, silentium longum, tandem à Praetore nuncius, dimittuntur centumviri. Hoc facto commotus Praetor, qui centumviralibus praesidet*, &c. Idem X. virorum munus indicat Scriptor incertus † Paneg. ad Pisonem.

Seu trepidos ad jura decem *citat hasta* virorum,
Et firmare jubet centeno judice *caussas.*

Eorumdem jura Caesar Augustus auxit, quippe qui, narrante Suetonio (b), auctor fuit, *Centumviralem hastam, quam Quaestura funesti consueverant cogere, Decemviri cogerent.*

Cl. vero Graevius (c) affirmans, *Decemviros*, non secus ac omnes Judices & Centumviros, *fuisse privatos, hoc est, nullos Magistratus, sine imperio & potestate*, revincitur vel ex solo Pomponii loco jam prolato, ubi diserte X. Viratus vocatur *Magistratus.* Hunc omnemque Vigintiviratum in Senatus arbitrio sub Tiberio fuisse, docet Tacitus, (d) cum scribit, cum à Patribus postulavisse, ut Nero Germanici filius *munere capessendi Vigintiviratus solveretur.* Scilicet Princeps ille statim post Augusti obitum jus eligendi Magistratus a Populo ad Senatum removerat, ut ante Tacitus (e) narravit: *Tum primum è campo Comitia ad Patres translata sunt. Nam ad eam diem, etsi potissimo arbitrio Principis, quaedam tamen studiis Tribuum fiebant*, &c.

Aliud superest *Decemviratus* privilegium, quod hîc fusius enarrandum venit, cum ab Ovidio sit indicatum, ac ad ejus honorem spectet, nec satis hucusque doctis Interpretibus intellectum fuerit. En primum ipsa Poëtae verba, Fast. Lib. IV. vers. 377-384.

Tertia *lux (memini)* Ludis *erat: ai mihi quidam*
Spectanti senior, contiguusque loco,
Haec, ait, illa dies, Libycis qua Caesar in oris
Perfida magnanimi contudit arma Jubae.

(a) De Iurisdictione Lib. I. c. 12.
* Sic in aliquot MSS. cum in aliis habeatur: *Centumviri.*
† Nec Ovidii nec Lucani opus esse deinceps offendemus, interim vide Lipsii not. ad Tacit. Annal. Lib. XIV. c. 14.
(b) In Aug. c. xxxvi.
(c) Praef. T. II. Thesau. Antiq. Roman.
(d) Annal. Lib. III. c. 29.
(e) Annal. Lib. I. c. 15.

Dux mihi Cæsar *erat, sub quo meruisse* Tribunus
Gloria. Officio præfuit ille meo.
Hanc ego militia *sedem*, tu pace *peresti*
Inter bis quinos *ejus honore* Viros.

Ubi præsertim investigandum quænam sit illa *sedes*, quæ in *Ludis* eadem, sed ex vario jure, utrique obtigit: Ovidio nimirum quod ex *Decemvirris* fuerit, alteri vero seniori, quod illam *militia* meruerit.

1. Ideo imprimis observare est, *Ludos*, de quibus hoc loco agitur, nullos esse alios præterquam *Megalenses*, seu *Megalesiacos* Magnæ Matri dicatos, de quibus solis Ovidius ante locutus fuerat, & quorum proinde illa fuit *tertia lux*, sive dies, quam nunc tangit. Soli etiam hi Ludi mense Aprili ante *Cereales*, quos Naso *Fastis* post hos describit, per plures dies fuerunt celebrati, à pridie scil. Nonas ad V. Idus Aprilis, uti ex Calendariis (a) veteribus patet, in quibus ad prid. Non. Apr. apponitur: LUDI MATR. MAG. vel *Ludi Megalesiaci*, & producuntur ad V. Idus, appositis iisdem vocabulis, ad indicium spatii dierum, quibus illi continuarentur Ludi.

Itaque *tertia lux Ludis* apud Ovidium idem est ac tertius dies Ludorum Megalensium, sive VIII. *Idus* April. aut VI. Aprilis dies, non vero VIII. ejusdem mensis, ut doctis compluribus viris male visum, qui putabant, *tertiam lucem* ab ipsis *Nonis* Ovidio supputari; quod est præter ejus verborum fidem.

2. Deinde notandum, Megalenses hosce Ludos omnino *Scenicos* fuisse, prout Noster superius indicaverat, vers. 187.

SCENA *fuit, Ludique vocant: spectate Quirites.*

Id clarius adhuc Livius Lib. XXXVI. c. 3. tradit, ubi de Matris Magnæ AEdis dedicatione: *Locaverant*, inquit, *AEdem faciendam M. Livius, C. Claudius Censores, M. Cornelio, P. Sempronio. Cos.* (id est, An. U. C. DL. Varron.) *Decimo anno, postquam locata erat, dedicavit eam M. Junius Brutus; Ludique ob dedicationem ejus facti, quos primus* SCENICOS *fuisse Valerius Antias est auctor*, Megalesia *appellatos*. Quod confirmat Lib. XXXIV. c. 53. ad Consulatum Scipionis Africani II. & Semproni Longi, hoc est, An. U. C. Varron. DLX. his verbis: *Megalesia Ludos* SCENICOS, *C. Attilius Serranus, L. Scribonius Libo AEdiles Curules primi fecerunt*. Inde est, quod Andria Terentii dicatur in titulo, *acta Ludis Megalensibus*, &c.

3. Tertio apprime animadvertendum, hisce in Ludis Senatum à Populo secretum spectare ab illo anno U. C. DLX. coepisse, uti clare rem exponit Valer. Maximus Lib. II. c. IV. *Per quingentos autem*, ait, *& quinquaginta octo* (b) *annos, Senatus Populo mixtus spectaculis Ludorum interfuit; sed hunc morem C. Attilius Serranus & L. Scribonius Libo AEdiles, Ludos Matri Deûm facientes, Superioris Africani* (tum Cos. II.) *sententiam secuti, discretis* (NB.) *Senatus & Populi locis, fecerunt*, &c.

Postea

(a) Vide Gruter. pag. CXXXIII. Lambeci comment. de Caes. Bibl. Tom. IV. pag. 288.
(b) Sequitur nempe Verrii Flacci calculos, *Livius* vero alios; quippe qui ad eosdem Consules narrat, *bonam AEdilem Ludos Romanos primum Senatum a Populo secretum spectasse; nunc ad quingentesimum octoquinquagesimum sextum annum*, scil. U. C. *in promiscuo spectatum esse*: Lib. XXXIV. c. 53. Ubi simul notare est, eum de *Ludis Romanis*, non vero *Megalensibus*, uti Vat. Meadius, id observare, non secus ac Cap. 44. quo refert, *Censores, Ludis Romanis AEdilem Curulem imperasse, ut loca Senatoria secernerent à Populo: nam antea in promiscuo spectabant.*

Postea vero L. Roscius Otho *Equestrem* quoque Ordinem à Plebe & Senatu distinxit, XIV. Theatri Amphitheatrive gradus seu Ordines Equitibus assignans (a). Alter enim se res in *Circo* habebat, apud quem Nero primus *Equitum Romanorum locos sedilibus Plebis antepositit. Namque* addit Tacitus (b) *ad eam diem indiscreti ineibant, quia lex Roscia nihil nisi de quatuordecim* (Theatri *) *ordinibus sanxit*. Quin etiam Senatus promiscue in Circo spectavit, donec Claudius Imp. *Circo maximo, marmoreis carceribus auratisque metis exculto, propria Senatoribus constituit loca, promiscue spectare solitis*, uti scribit Suetonius (c), qui tamen non omnino cum Dione convenit. Is enim ad An. U. C. DCCLVIII. haec tradit (d): *Ludos Circenses seorsim Senatores, & Equites seorsim à reliqua Plebe spectarunt, quod & nunc fit*; Καὶ τὰς ἱπποδρομίας χωρὶς μὲν οἱ βουλευταὶ, χωρὶς δὲ οἱ ἱππεῖς ἀπὸ τοῦ λοιποῦ πλήθους εἶδον, ὃ καὶ νῦν γίγνεται. Sed quo pacto fint reconciliandi, vide apud Lipsium ad Tacit. Annal. XV. c. 32.

Ex quibus ita discussis jam liquidum est, *Sedem*, quam Ovidius & alter ille senior parem sibi meritis paraverant, ac Ludis Megalensibus habebant, fuisse vel in *Orchestra* inter Senatores, vel in *XIV. Gradibus* inter Equites. Hoc postremum Lipsio (e) placet, sed prius mihi magis Veritati consentaneum videtur. Namque Naso sub senioris persona dicit, hanc *Sedem* sibi obvenisse, non ex Equestris Ordinis jure, quod ab atavis ejusdem Ordinis ad ipsum descenderat; sed ex eo quod inter *Decemviros* fuisset; adeo ut hanc *Sedem* ipsemet suo proprio titulo & merito comparavisset; quemadmodum alter *Tribunatu* sub Caesare functus eandem suo proprio Marte, suaque *militia*, non vero Majorum jure, obtinuerat. Profecto cum *Decemviratus* ille non fuerit Equitibus proprius honos sed illis modo datus, qui in Senatus spem alebantur; ita & jura, quae ipsum sequebantur *Decemviratum*, debuerunt ad Senatorios honores spectare. Paucis, quandoquidem illi juvenes Lato induti Clavo dicebantur *Senatorii Ordinis*, etsi nondum in Senatu *honorem capessissent*, uti Tacitus (f) loquitur de *Julio Montano*, quem Suetonius (g) *Laticlavium* vocat; idcirco nullum est dubium, quin iidem juribus Senatorii Ordinis fruerentur, nec modo privilegiis alterius inferioris Ordinis, ad quem non amplius attinebant.

Cæterum cum Ovidius, prout mox probabimus, spem Senatus sponte abjecerat, ac ad Angustum Clavum redierit, priusquam ullum in ipso Senatu capessisset honorem; hinc ambigere licet, num postea iterum Equitibus annumeratus jure Decemviratus antecedi potuerit in *Orchestra* spectare. Hoc ipsi licuisse facile non est definitu; nec mihi quidem verisimile sit; quippe qui videam, Augustum iis, quos etiam ad se Senatu abdicandos *compulerat*, velut peculiari indulgentia *servavisse insigne vestis, & spectandi in Orchestra opulandique publice jus* (h). Verum mihi apud Ovidium occurrit, quod nobis tempus illud innuat, quo jam Senatum ejuraverat.

Al-

(a) Vide quae notamus in Horat. Vita p. 112. seqq.
(b) Annal. Lib. XV. c. 32. Sic & Sueton. in Ner. c. XI. Plin. Hist. Nat. Lib. VII. c. 7.
* Quod non satis considerate attendit Paul. Manutius de Legib. Rom. c. 3. ubi hac de re hallucinatur; quod monuisse satis est.
(c) In Claud. c. XXI.
(d) Dio Lib. LV. p. 563.
(e) Lib. de Amphit. c. 14. pag. 37.
(f) Annal. Lib. XIII. c. 25.
(g) In Ner. c. 26.
(h) Sueton. in Aug. c. 35. vid. & Dion. Lib. LIV. p. 531.

Alterum vero quod attinet, qui *Tribunatu* sub Julio Caesare in bello Africano contra *Jubam* functus est, is proinde *ἐς βουλὴν ἐλπίδα in spem Senatoriae dignitatis* Tribunus fuit, ut Dio de *Julio Calvaftro* loquitur, atque militia promotus est ad Senatum; quemadmodum & aliis contigisse plura docent exempla passim in Historia satis obvia. Adeoque frustra est Lipsius, qui hoc ad Tribunatus jura refert, quasi inde priores ex XIV. Amphitheatri gradibus patuissent Tribunis, quod jam in Horatii Vita ab confutavimus.

III. Ad haec quoque tempora referre *juvenilia* Nasonis *carmina* licet, ex hisce Trist. Lib. IV. El. X. vers. 54-58.

Notaque non tarde facta Thalia mea est.
Carmina *cum primum populo* juvenilia *legi*;
Barba resecta mihi bisve semelve fuit.

Barbam quidem Romani ponebant serius, citius; sed plerumque sub annum aetatis XXII. Lipsio (b) placebat XXI. *Macrobius certe*, ait, *in somn. Scipionis* ter septenarium numerum requiri ad radendam barbam *affirmavit*. Cl. etiam Dodwellus (c), ut probet barbam anno aetatis XXI. rasam fuisse, ad idem Macrobii opus, nullo libro capiteve prolato, nos amandat. At cum totum pervolverem opus, haec modo succurrerunt Lib. I. c. 6. verba: *Post ter septenos annos flore genas rasit juventa.* Citius tamen validae signa juventae genis irrepsisse, testatur Auctor Carminis ad Pisonem, canens:

Quaeris, nunc juvenile decus mihi pingere malas
Coeperit, & nondum vicesima venerit aetas.

Melius vero Cl. Pagius (d) haud ita pridem contra Lipsium contendit, barbam sic more anno aetatis XXII. inchoato rasam esse. In exemplo tamen *Caji* difficultas adhuc superest. Si Suetonii verbis adhaereamus, Cajus *vicesimo aetatis anno exitus Caprearum à Tiberio, uno eodemque die togam sumsit, barbamque posuit.* At hunc locum ita Pagius exponit, ut significet, Cajum XX. aetatis anno Capreas reisse, hoc est anno C. XXXII. (male apud Pagium XXXI.) quo Cajus XX. complevit suum; deinde anno C. XXXIII. quo Cajus ultimo mensis Augusti die annum aetatis XXII. ingressus est, togam virilem sumsisse, barbamque posuisse. Quae interpretatio minus contorta illis non videbitur, qui observaverint, Suetonium passim uno tenore unaque periodo plures conjungere res, ad quarum primam modo nota temporis apposita spectaverit.

Ut ut sit, satis est novisse Nasonem circiter hanc aetatem & barbam pro more solenniter resecavisse, & *juvenilia populo legisse*, hoc est, recitasse ad aliorum hujus aevi Poëtarum instar, quorum consuetudinem indicat & exagitat *Horatius* Noster concrus, Lib. I. Sat. IV. vers. 73-77.

Non recito cuiquam, nisi amicis, idque coactus:
Non ubivis, coramve quibuslibet. In medio qui
Scripta Foro recitent, sunt multi: quique lavantes:
Suave locus voci resonat conclusus: inanes
Hoc juvat.

IV. Juvenilium autem Ovidii Carminum quae praecipua fuerit materia, mox ipsemet aperit, eadem Elegia vers. 59. 60. *Mo-*

(a) Pag. 116-118.
(b) Excurs. B. in Tacit. Ann. XIV.
(c) Annal. Quintil. p. 79.
(d) Critic. in Annal. Baron. ad An. C. LVI. n. 2.

Moverat ingenium totam cantata per urbem
Nomine non vero dicta Corinna *mihi.*

Ita & Amor. Lib. III. El. XII. vers. 15.

Cum Thebae, cum Troja forent, cum Caesaris acta;
Ingenium movit sola Corinna *meum.*

Ex quibus facile colligimus, Ovidium plures de hac *Corinna* scripsisse Elegias, quam hodie superfunt in Amorum Libris, ubi paucae ad eam, vel ejus gratia scriptae habentur. Ceterae forsan inter illa fuerunt Carmina, quae addit priore loco se Vulcano tradidisse:

Multa quidem scripsi; sed quae vitiosa putavi,
Emendaturis ignibus ipse dedi.

Haec vero Nasonis Domina tam bene sub illo Corinnae falso nomine latebat, ut aliae, per Ovidium famam quaerentes (a), id nomen sibi dederint; Amor. Lib. II. El. XVII. vers. 28.

Et multae per me nomen habere volunt:
Novi aliquam, quae se circumferat esse Corinnam.

Quin immo, licet Ovidius ex amore sollicito fingeret, se vereri, ne Corinnam suis carminibus ita notam fecisset, ut sibi rivales multos paravisset, Amor. Lib. III. El. XII. attamen viginti abhinc annis cum Noster Artem amandi scriberet, nondum ea vero nomine nota fuit, Lib. III. vers. 538.

Et multi, quae sit nostra Corinna, *rogant.*

Idem & V. seculo rogantibus plane fuit ignorata, ut docent Sidonii Apollinaris Carmina (b):

Et te Carmina per libidinosa
Notum, Naso, *tenet, Tomosque missum,*
Quondam Caesareae *nimis* puellae
Falso nomine subditum Corinnae.

Nihil enim minus verosimile, quam quod venerandus ille Antistes significat, *Juliam* nempe Augusti filiam sub Corinnae nomine ab Ovidio amatam, eamque exsilii caussam Poëtae fuisse. In *Juliam* certe cadere nequeunt indicia, quae Naso de suis cum Corinna refert amoribus. Hanc enim passim ceu puellam sui juris, nec nuptam pingit. Julia vero jam ab An. U. C. DCCXXIX. Marcello nupserat, & cum is sub anni U. C. DCCXXXI. obiisset, mox anno U. C. DCCXXXIII. incunte M. Agrippae nuptum ab Augusto data, atque subsequente anno Cajum peperit (c). Unde simul liquet, de Julia non posse intelligi, quod Ovidius de sua Corinna medicaminibus abortum faciente canit, Amor. Lib. II. El. 13. & 14. Adde cum Aldo Manutio, Nasonem de suis cum Corinna amoribus ea non relaturum fuisse, quae jam in exsilio praedicta El. 10. Trist. Lib. IV. scribebat, si quidem illa ejus miseriae & exsilii caussa fuisset. Plura dicemus ad An. U. C. DCCLXII.

An-

(a) Igitur Poëtice, nec omnino recte *Martialis* Lib. V. Ep. 10. querens, *vivis quod fama negatur*, scribit: *Norat Nasonem* sola Corinna *suum.*
(b) Carm. 23. à vers. 157.
(c) Vid. Dionis Hist. ad eos annos.

ANNO { Ante C. xx. U. C. DCCXXXIV.
Ovidii XXIII. & XXIV.

M. APULEJO, P. SILIO NERVA COSS.

I. QUandoquidem annus ætatis XXIV. recte Lipsio (a) videtur legitimus ad petendam Quæsturam, quæ primus in Senatu gradus fuit, inde licet ad hæc circiter tempora referre quod Ovidius de sua narrat Senatorii Ordinis ejuratione, cum jam, honoribus ad eum Ordinem necessariis ante peractis, nihil aliud superesset, quam ut interesset *Curiæ*, hoc est, primam in Senatu dignitatem susciperet, sicuti significat his Trist. Lib. IV. Eleg. 10. vers. 35-40.

CURIA *rejubet*: Clavi *mensura coacta est.*
Majus erat nostris viribus illud onus.
Nec patiens corpus, nec mens fuit apta labori,
Sollicitæque fugax ambitionis eram:
Et petere Aonine fundebant tuta sorores
Otia, judicio semper amata meo.

Porro autem *Curiæ* nomine non est cum nonnullis intelligendum. Sed ut Varro (b) definit: *Curiæ duorum generum; nam & ubi curarent Sacerdotes res Divinas, et Curiæ veteres, & ubi Senatus humanas, ut Curia Hostilia, quod primus ædificavit Hostilius Rex.* Hoc sensu passim apud Antiquos *Curia* venit pro loco, ubi Senatus habebatur, & transiere pro ipso Senatus seu Patrum Conscriptorum corpore. Differtus est Suetonii locus (c) de Augusto scribens: *Liberis Senatorum, quo celerius Reipubl. adolescerent, proximus virilem togam, latum clavum induere, & Curiæ interesse, permisit*, &c. Hinc apud Horatium Lib. II. Od. 1.

Infigne maestis præsidium reis
Et consulenti Pollio Curiæ.

Et Noster, ne plures proferam testes, Sext. Pompejum, quem Consulem proximis calendis augurabatur, Epist. 4. ex Pont. Lib. IV.

Curia te excipiet, Patresque e more vocati,
Intendant aures ad tua verba suas.

Item, *Fasor.* Lib. II. ut significaret, Augustum a tribus Ordinibus, Populo, Senatu, & Equitibus, *Patris Patriæ* titulo decoratum esse, ait vers. 127.

Sancte Pater Patriæ! *tibi* PLEBS, *tibi* CURIA nomen
Hic dedit, hoc dedimus nos tibi nomen EQUES.

II. Igitur cum Ovidius spem Senatus sponte abjiceret, Latum quoque Clavum, illius supremi Ordinis insigne, exuit, ac Angustum Clavum Equitibus proprium induit, sicque *Clavi mensura coacta est*; & quidem otii tantum amore, non vero *Census* Senatorii defectu. Is autem Senatorum census, (quem paucis exponere non erit abs re) *Octingentorum millium* fuisse videtur ex Suetonio (d), dum Augustus, cum multi per bella, civilia nempe, paternis spoliati fuissent bonis,

(a) Excurf. in Tacit. Annal. Lib. III. B. & Lib. de Magist. Rom. c. 6.
(b) Lib. IV. de Ling. Lat. & Lib. V. *Curia, ubi Senatus Remp. curat, & ubi cura sacrorum publica, ab his Curiones.*
(c) In Aug. c. 38.
(d) In Aug. c. 41.

nis, ad *quadringenta millia* eundem redegerit, ut Dio (a) tradit, qui ad An. U. C. DCCXXXVI. addit: *Omnibus, qui quadringenta sestertia* (δύο μυριάδων, scil. *drachmarum*, ut optime jam dudum Cl. Perizonius (b) monuit) *possiderent, & quibus Magistratus gerere per leges liceret, eorum petendorum potestatem dedit. Hunc eriam Senatorium Censum*, τὸ βουλευτικὸν ἀξίωμα, *prius constituerat, quem deinde usque ad decies sestertium protulit*: atque etiam postremo ad *duodecies* H-S. seu duodecies centena millia, prout Suetonius (c) indicat.

Ex quibus liquet, fas Ovidio fuisse post bella civilia sopita ad hæc usque tempora, in quibus versamur, *Magistratus*, per quos ad Senatum erat aditus, petere, modo *quadringenta millia* habuerit. Quæ nequaquam ei defuisse, exinde colligere certo possumus, quod reapse id genus Magistratibus sit functus, ac lato clavo indutus. Quin etiam hæc fuerat ante summa census *Equestris* ex lege Roscia, sicut vel Horatius docet Lib. I. Ep. 1. vers. 57.

Si quadringentis, *sex, septem millia desunt,*
Est animus tibi, sunt mores, & lingua, fidesque;
Plebs *eris*, &c.
ROSCIA, *dic sodes, melior* Lex, *an puerorum*
Nænia, quæ regnum recte facientibus offert.

Nec aliis licebat in XIV. Theatri ordinibus sedere; cum esset ea *lege Roscia decoctoribus certus locus constitutus, quamvis quis fortunæ vitio, non suo decoxisset* (d).

Quod tamen Augustus ita temperavit, ut *cum plerique Equitum, attrito Civilibus bellis patrimonio, spectare ludos e quatuordecim non auderent, metu pœnæ Theatralis*, pronuntiaverit, *non teneri ea, quibus ipsis, parentibusve Equester census unquam fuisset* (e). Atqui hoc non obstitit, quominus idem interim esset Equestris census, qui & postea remansit, uti ex variis Antiquorum locis (f) patet.

III. Hac occasione data abs re non erit addere quæ insuper ipsemet de suis facultatibus variis in locis prodit. Dum parentes viverent *sumtus* filii temperabant, uti queritur, Amor. Lib. I. El. 3. vers. 9. 10.

Nec meus innumeris renovatur campus aratris;
Temperat & sumtus parcus uterque parens.

Quæ his circiter temporibus scripta fuisse, conjectare fas est.

In *Pelignis* vero rura Nostro fuisse paterna, docet Amor. Lib. II. El. 16. quam rusticans scripsit Augusto mense ad amicam:

Pars me Sulmo *tenet* Peligni *tertia ruris;*
Parva, sed irrigais ora salubris aquis, &c.

Deinde vers. 33. 38.

At sine te, quamvis operosi vitibus agri
Me teneant, quamvis annibus arva natent,
Et vocet in rivos parentem rusticus undam,
Frigidaque arboreas mulceat aura comas;

(a) Lib. LIV. p. 532. 540.
(b) Differt. Triad. p. 174. ubi optimam Suetonium cum Dione conciliandi methodum proposuit, quam postea Cl. Gravius suo probavit calculo, Not. ad Suet. Aug. c. 41.
(c) In Aug. c. 41.
(d) Cicero Philip. II.
(e) Sueton. in Aug. c. 40.
(f) Vid. Plin. Maj. Hist. Nat. Lib. XXXIII. c. 2. Plin. Jun. Lib. I. Ep. 19. Martial. Lib. V. Ep. 24. 36. 39. Juven. Sat. 14. vers. 322-325. &c.

Non ego Peligni videor celebrare salubres:
*Non ego natalis rura paterna * locum.*

De rifem, uti & de hortis, quos ad *Clodiam* viam possidebat, loquitur ex Ponto Lib. I. Ep. 8. vers. 41-45.

Non mihi amissis animus defecerat agros,
Rerumque Peligno conspicienda solo:
Nec quos pinifera positos in collibus hortos
Spectat Flaminia Clodia juncta via.
Quos ego cessio cui tolli; quibus ipse solebam
Ad fata fontanis (nec pudet) addere aquas.
Sunt ibi, si crevere, nostris quoque consita quondam,
Sed non & nostris pauca legenda manu.

Piniferos hosce Colles, in quibus siti fuerunt Naſonis horti (a) Cl. Nic. Heinſius de *Apennino* intelligit monte, qui etiamnum frequentiſſimam pinum fert, & per quem, ut putat, *Clodia* via deducebatur Roma Lucam uſque. Verum veriſimile non eſt, hanc viam per Apennium eſſe ductam, quae, Antonino tradente, per *Arretium*, *Florentiam* ac *Piſtorium* ferebat *Lucam*. Vix etiam crediderim Ovidianos hortos tam longe Roma remotos fuiſſe; cum id genus delicias ſolerent Romani prope Urbem habere, ut eo facilius ſecederent, vel inde, quando luberet, Romam repeterent; quemadmodum & ipſi Ovidio mos erat, Triſt. Lib. IV. El. 8. vers. 15.

Tempus erat, nec me peregrinum ducere coelum, &c.
Sed modo, quos habui, vacuum secedere in hortos:
Nunc hominum visu rursus & Urbe frui.

His in hortis operam Carminibus navabat, Triſt. Lib. I. El. ult. vers. 37.

Nam haec in nostris, ut quondam, scribimus hortis.

Tandem de hoc in genere cenſu haec ad Auguſtum habet, Triſt. Lib. II. vers. 110. ſeqq.

Parva quidem periit, *ſed ſine labe*, domus.
Sit quoque parva tamen, patrio *dicatur ut* aevo
Clara, *nec ullius* nobilitate *minor*:
Et neque divitiis, nec paupertate notanda;
Unde ſit in mentum conſpiciendus Eques.
Sit quoque noſtra domus vel cenſu parva, vel ortu;
Inſignis certe non latet ille novo.

ANNO { Ante C. XIX. U. C. DCCXXXV. Ovidii XXIV. & XXV.

C. SENTIO SATURNINO, Q. LUCRETIO. COSS.

I. HAnc ante hunc annum Ovidius potuit Lib. III. Amor. Elegiam 9. concinnare, cum ea *Tibulli* mortem deflet. Is enim Poëta hoc anno, quo ex-

* Triſt. Lib. IV. El. 8 vers. 1.
Ex quo nunc Domino rura paterna carent.

(a) Hos Ovidii *Hortos* Nardini collocat haud longe a Ponte *Milvio*; p. 485. prope hunc Pontem iuxta viam Florentiam, & *Lauretum* ducentes, monumentum A. 1674. repertum fuit Sepulcrale, ad *Naſonum* familiam pertinens, ut ex Inſcriptionib. patet, quas cum iconib. edidit & notis ornavit Cl. *Bellorius*.

exeunte *Virgilius* deceſſit (a), ultimum obiit diem, ſi Epigrammatio, quod *Marſo Domitio* adſcribitur, credimus:

Tu quoque VERGILIO *comitem non aequa*, TIBULLE,
Mors juvenem campos miſit ad Elyſios.

Unde liquet paulo poſt *Virgilii* obitum vita functum eſſe *Tibullum*, ſiquidem hic comes illius ad Campos Elyſios miſſus Marſo dicitur.

Ex ipſa vero Naſonis Elegia diſcimus, *Tibullum* non modo poſt *Calvum* ac *Catullum* mortalitatem exuiſſe, ſed & poſt *Cornelium Gallum*, qui anno U. C. DCCXXVIII. ſibi violentas manus intulerat, Dione (b) teſte. Canit enim Noſter ibidem vers. 60-65.

— *In Elyſia valle* TIBULLUS *erit.*
Obvius huic veniat hedera juvenilia cinctus
Tempora cum CALVO, *docte* CATULLE, *tuo.*
Tu quoque (ſi falſum temerati crimen amici)
Sanguinis atque animae prodige GALLE *tuae.*
His comes umbra tua eſt.

At aliquot poſt *Gallum* annis *Tibullum* vixiſſe, haud obſcure indicat Ovidius Triſt. Lib. IV. Eleg. 10. ſimul docens, ſibi nullam cum Virgilio, brevem vero cum Tibullo, amicitiam fuiſſe, vers. 51-53.

Virgilium *vidi tantum: nec avara* Tibullo
Tempus amicitiae *fata dedere meae.*
Succeſſor *fuit hic tibi*, Galle: Propertius *illi.*

Scilicet ſi Tibullus ſucceſſor Galli fuit, ille ergo aliquandiu poſt hunc floruit, & nova Carmina ſcripſit.

II. Ovidius porro cum Tibulli mortem deploraret, jam ſe iſtius aevi *Poëtis* annumerabat, Amor. Lib. III. Eleg. 9. vers. 17.

At ſacri vates, & *Divûm cura* vocamur.
Sunt etiam, qui nos *numen habere putent.*

Quibus confirmantur ſuperius adnotata de juvenilium Noſtri carminum tempore.

III. Hinc admonemur ut de illorum (c) opinione dicamus, qui exiſtimant, *Collegium* Poëtarum Romae fuiſſe, cujus pars Ovidius fuerit. Quod omnino certum minime mihi videtur ex locis in ſubſidium vocatis. Valerius nempe Maximus (d) de *Accio* Poëta: *Is*, ait, *Julio Caeſari ampliſſimo & florentiſſimo viro in* Collegium Poëtarum *venienti nunquam aſſurrexit*, &c. Qui locus cum ſolus id genus *Collegia* memoret, eum poſſumus translate & figurate interpretari, non vero proprie de *ſodalitate* Poëtarum vera, quae legibus, numeroque membrorum circumſcripta fuerit. Cum enim & Poëtae ſuos Coetus haberent, ubi Carmina invicem recitarent, eo potuit Valerius reſpicere, ſiquidem addit: *quapropter inſolentiae crimine carnit, quia ibi voluminum, non imaginum certamina exercebantur.* Nec magis ſtringunt e Naſone loca. Is Triſt. Lib. V. Eleg. 3. cum ad Bacchum diximſſet vers. 1.

Illa dies haec eſt, qua te celebrare Poëtae,
Si modo non fallunt tempora, Bacche, *ſolent;*

addit vers. 5.

In-

(a) Vide quae in Horatii Vita notavimus p. 310. 311.
(b) Lib. LIII. p. 513. vid. Horat. Vit. p. 208. 209.
(c) Vide Lomeier de Biblioth. p. 337. &c.
(d) Lib. III. c. 7. n. 11.

Inter quos memini, dum me mea fata finebant,
Non inscia tibi pars ego *sæpe fui.*

Et vers. 47-52.

Vos quoque, consortes studii *pia turba* Poëtæ, &c.
Adsuetique mei, cum circumspexerit omnes,
Dicat, ubi est nostri pars *modo Naso* chori?

Ubi Poëtæ possunt, etsi in nullum fuerint cooptati Collegium, dici consortes ejusdem studii, atque etiam *chorus* *, quemadmodum superius vers. 10. dixerat, se mollem egisse

In studia vitam, Piericumque Choro,

ut significaret, se Musis operam navasse, quarum veluti *Chorus* fingebatur, quas & vocatis vanitate adscribi potuit.

Anno { Ante C. XVIII. U. C. DCCXXXVI.
{ Ovidii XXV. & XXVI.

P. CORN. LENTULO, CN. CORN. LENTULO COSS.

A Eneida jam vulgatam fuisse, cum Ovidius Amor. Lib. I. Eleg. 15. canebat, docent vers. 25, 26.

Arma, & legimus, Aeneïdeque *arma* legentur;
Roma, triumphati dum caput Orbis erit.

Virgilius autem cum desinente anno superiore obiret, nondum id opus absolverat, ac testamento jusserat, ut cremaretur, teste Plinio (a): *Divus Augustus carmina Virgilii cremari contra testamenti ejus cerecundiam vetuit*, &c. Quin etiam Hieronymus in Chronicis ad haec tempora (b) prodit, *Varium & Tuccam* Poëtas illustres fuisse, *qui Aeneadum postea libros emendarunt sub ea lege, ut nihil adderent.* Unde fas colligere, Aeneidos carmen haud ante hunc annum emendari, nec proinde in lucem prodire potuisse. Quapropter neque citius ea Nasonis Elegia fuerit exarata, cum adhuc aetas Poëtae frenua ferret, vers. 3.

Nec me moro patrum, dum frenua *sustinet* aetas,
Praemia militiae pulverulenta sequi.

II. Quod ibidem mox habet, vers. 5. 6.

Nec me verbosas leges edisceré: *nec me*
Ingrata vocem *prostituisse* Foro,

Ultro nos ducit ad illos hic revincendos, qui arbitrati sunt, Ovidium fuisse *Caussidicum*, quique vel hinc manifesti erroris arguuntur. Eorum agmen ducit doctiss. *Adam Mantius*, claudit vero *Petrus Bayle*, eodem loco uterque abutens, Trist. Lib. II. vers. 93.

Nec male commissa est nobis fortuna rerum,
Usque † decem decies *inspicienda* Viris.

Ubi

* Ant. Amand. Lib. III. vers 533.
Carmina qui facimus, mutamus carmine textum.
Hic Chorus *ante alios oscula amare sumus.*

(a) Hist. Nat. Lib. VII. c 30 (b) Olymp. CXC. an. 3.

† Hanc vocem frivolam hoc loco judicabat Cl. Nic. Heinsius, adeoque legebat, *usque*, ut qui poterat, *Centumviros litibus judicandis* designari. Ingeniosa quidem est emendatio; sed *Decemviri*, non autem *Centumviri* dicebantur *litibus judicandis*; omnesque codices *usque* ferunt, nisi quod duo *usque*, unus *uxque* habeant. Nec etiam vox illa *usque* otiosa videtur, cum tacite spe numerum antecedat centenum.

Ubi tamen clare Naso significat, se ex Centumviris Judicibus fuisse, quemadmodum & Epist. 5. ex Ponto Lib. III. ad Cottam:

Legimus, *ô juvenis, patrii non degener oris,*
Dicta *tibi pleno* verba *diserta* Foro, &c.
At nisi peccassem, — —
Quod legi, tua vox exhibuisset opus:
Utque fui solitus, sedissem forsitan unus
De centum Judex *in tua verba* Viris.

Ex quibus simul collatis luce meridiana clarius est, Ovidium in Foro nunquam caussas ad Caussidicorum instar egisse, sed inter Centumviros ibidem in subsellis sedisse ceu judicem, ac Advocatorum orationes audivisse caussasque judicasse, quod est *sedere in aliquem*, vel, ut Noster habet, *in alicujus verba sedere.*

Centumviri autem qui fuerint, paucis docet Festus: „Centumviralia, inquit, „ judicia à Centumviris dicta sunt. Nam cum essent Romae triginta quinque „ Tribus, quae & Curiae sunt dictae, terni ex singulis Tribubus sunt electi ad „ judicandum, qui Centumviri appellati sunt. Et licet quinque amplius quam „ centum fuerint, tamen quo facilius nominarentur, Centumviri sunt dicti. Cetera, quae ad eorum judicia spectant, plures jam docti viri (a) tractarunt, quos consulere est. Addemus tantum, ut posterior Ovidii locus illustretur, Centumviros non fuisse perpetuos, nec semper eosdem quotannis in centumviralibus sedisse; Sed ex Judicum decuriis à Praetore lectos in suum annum esse, ut una cum eo caussas Centumvirales deciderent. Unde intelligitur, quare Naso dixerit, *sedissem forsitan*, &c.

III. Subjungit porro Noster eodem loco, Trist. Lib. II. vers. 95.

Res *quoque* privatas *statui sine crimine* JUDEX (b),
Deque mea fassa est pars quoque victa fide.

Absurdam hujus loci interpretationem à nonnullis confictam satis revincemus, modo rectiorem proferamus. Scilicet à Praetoribus ex Decuriis praeter Centumviros legebantur & alii ad privatorum lites dijudicandas, qui *privati* quoque Judices vocabantur, quique sigillatim ad quamvis caussam, Centumviros non spectantem, dabantur. Audiamus hanc in rem Aul. Gellium (c), qui id genus judex fuit: „ Quo primum tempore à Praetoribus lectus in Judices sum, ut Ju- „ DICIA, quae appellantur PRIVATA, susciperem; Libros utriusque Linguae de „ Officio Judicis scriptos conquisivi; ut homo adolescens à Poëtarum fabulis & „ à Rhetorum epilogis ad judicandas lites vocatus, rem judiciariam, —ex mu- „ tis, quod ajunt, magistris cognoscerem, &c. In hisce vero privatis judiciis unus quidem tantum Judex litem sua Sententia definiebat; erant tamen alii Judicis amici Jurisperiti in consilium adhibiti, prout idem Gellius postea (d) docet: *Petebatur*, ait, *apud me pecunia, quae dicebatur data numerataque*, &c. Paucis dein-

(a) Gal. Budaeus Not. prior. ad Pand. p. 242. 245. Ant. Augustin. de Legib. leg. Aebutia. Car. Sigonius de Judiciis Lib. I. c. 22. Siccama de Centumvir. Judicio Lib. I. capp. 6--13. Franc. Hotoman. de Magistratib. Rom. Lib. I. &c.

(b) Haec Pet. Bayle sic intelligit, ut censeat, Ovidium quibusdam in libb. *Arbitrum* esse factum, &c. Verum *Judex* ab *Arbitro* differt. Ille est qui à Praetoribus datur: *Arbiter* qui à litigantibus eligitur. vid. Senec. de Benef. Lib. III. c. 7. Plin. Ep. 30. Lib. VII. Cicer. orat. pro Roscio.

(c) Noct. Attic. Lib. XIV. c. 2.

(d) Vide & Lib. XII. c. 13.

deinde post lineis: *Hinc*, addit, *ibi amici mei, quos rogaveram in consilium, vel convocaverat, atque in parietinis & in operis Fori celebres, —non sedendum dixerunt, ac nihil esse durum dixerunt, quin obsolescendus foret*, &c. Praeterea vel ex Cicerone patet, causas haud adeo leves ac vulgo putant, sed & gravissimas in iisdem judiciis privatis agitatas fuisse. Ille enim de Oratore (a): *Volitare in Foro, haerere in jure, ac Praetorum tribunalibus*, JUDICIA PRIVATA *magnarum rerum obire, in quibus saepe non de facto, sed de aequitate & jure certetur; jactare se in causis* CENTUMVIRALIBUS, *in quibus usucapionum, tutelarum, gentilitatum, agnationum, alluvionum, circumluvionum, usurum, parietum, luminum, stillicidiorum, Testamentorum ruptorum, aut ratorum, caeterarumque rerum innumerabilia jura versantur*, &c.

ANNO { Ante C. XV. U. C. DCCXXXIX. / Ovidii XXVIII. & XXIX.

M. DRUSO LIBONE, L. CALPURNIO PISONE COSS.

I. AD hoc tempus alligare licet Amor. Lib. I. Elegiam 14. quae canit:

Nunc tibi captivos mittit Germania *crines*:
Clara triumphaces *ornare* gentis *erit*.
O quam saepe, comas aliquo mirante, rubebis!
Et dices, cuta nunc ego merce probor;
Nescit quam pro me laudat nunc ipse Sicambram.

Etenim, Drusus celte (b), *maximum bellorum, quae tunc Romanis contingebant, cum* GERMANOS *fabat*, itque *ipsum Augustum Urbe extraxit*, SICAMBRIS, Usipetis, &c. arma moventibus. Augustum vero nonnisi post *Actiacos Ludos*, ac proinde post a. Septemb. diem, An. U. C. DCCXXXVIII. Roma profectum esse, ex eodem Historico patet, ut alibi (c) fusius ostendimus. *Barbari* autem, ipsomet narrante, *cum Tullium* (quem (d) ante vicerant) *arma parare, & Augustum exercitum adducere audirent, in suam terram regressi, obsidibus datis, pacem acceperunt*. Quae pax cum adeo sub ipsius anni exitum composita fuerit, hinc colligere est, Ovidium his ciritissimum Consulibus potuisse prolatis versiculis eo spectare, dum de *Sicambrorum* gente ceu modo victa loquitur; quemadmodum Horatius eodem fere tempore (e) *Sicambros* velut victos, & propediem triumpho ducendos memorat Lib. IV. Ode. 2.

II. Haud longe ab hoc tempore censemus Ovidium suos *Amorum Libros* primum in lucem, quinque voluminibus distinctos, protulisse; cum pleraque eorum carmina videantur ad Poëtae Nostri *juvenilia* (f) esse referenda, sintque nonnulla ibi-

(a) Lib. I. c. 38. vide & 39.
(b) Lib. LIV. pag. 535.
(c) Jani Tacit. Illust. p. 174.
(d) Vide Horat. Od. 2. 9. 19. seqq.
(e) Vide Horat. Od. 2. 34.
(f) Fast. Lib. II. vers. 7. ad Elegos:

Ipse ego vix dubitem juvenes in amoris ministros,
Cum laxa numeris VENIA JUVENTA *fuit.*

Lib. IV. vers. 9.

Quae dederit PRISCIS *sine crimine lusimus* ANNIS.

ibidem, superiorum annorum criteria, quae jam indicavimus. Bis autem hosce Libros ab Auctore fuisse editos, ipsemet aperit prooemio Libri I.

Qui modo Nasonis fueramus quinque Libelli,
Tres *sumus*: *hoc illi praestulit Auctor opus.*

Nec prior tantum editio, sed & posterior praecessit *Artem amandi*, quam haud ante annum U. C. DCCLII. prodisse deinceps ad eum annum probabimus. Id autem disertus hujus Operis locus demonstrat; Scilicet. Art. Amatori. Lib. III. ubi cum de antecessorum sui Poëtarum Carminibus dixisset, de suis addit à vers. 339 *.

Forsitan & nostrum nomen *miscebitur istis*:
Nec mea *Lesbaeis* scripta *dabuntur aquis.*
Atque aliquis dicet, *Nostri lege culta magistri*
Carmina; *queis partes instruit ille duas* †.
Deve tribus Libris, *titulus quos signat* AMORUM,
Elige, *quod docili molliter ore legas.*

Recensitos tamen *Amorum* Libros iterum editos tum fuisse, cum jam Ovidius *Artem Amatoriam* sibi conscribendam suscepisset, haud obscure indicat Lib. II. Amor. El. 18. vers. 19. 20.

Quod licet, *aut* ARTES *teneri profitemur* AMORIS:
(*Hei mihi* PRAECEPTIS torqueor ipse MEIS!)

III. Quae porro Noster ibidem subjungit, docent *Heroïdes* quoque *Epistolas* ante secundam saltem *Amorum* editionem jam conscriptas & vulgatas fuisse, vers. 21-26.

Aut, *quod* Penelopes *verbis reddatur* Ulyssi,
Scribimus; *aut lacrymas*, Phylli *relicta*, *tuas*:
Quod Paris, & Macareus, & *quod male gratus* Jason,
Hippolytique *parens*, Hippolytusque *legant*:
Quodque tenens strictum Dido *miserabilis ensem*
Dicat, & *Aeoliae* Lesbis *amica Lyrae.*

Quibus pleraque designantur Epistolae ab Ovidio exaratae nomine 1. *Penelopes* ad *Ulyssem*, 2. *Phyllidis* ad *Demophoontem*, 3. *Oenones* ad *Paridem*, 4. *Canaces* ad *Macarcum*, 5. *Hypsipyles* ad *Jasonem*, 6. *Ariadnes* ad *Theseum*, 7. *Phaedrae* ad *Hippolytum*, 8. *Didonis* ad *Aeneam*, 9. *Sapphos* ad *Phaonem*.

Quin & *Sabinus* Poëta jam alias concinnaverat Epistolas, quibus fingebatur Ulysses, Hippolytus, Aeneas &c. ad Penelopen, Phaedram, Didonem, &c. rescribere. Addit enim vers. 27-34.

Quam cito de toto rediit meus orbe Sabinus ‡,
Scriptaque diversis rettulit ille locis!
Canidia Penelope *signum cognovit* Ulyssis;
Legit ab Hippolyto *scripta* noverca *suo.*
Jam pius Aeneas *miseraeque rescripsit* Elisae:
Quodque legat Phyllis, *si modo vivat*, *habet*:

Tri-

* Versu quoque 538. ad eos Amorum Libros, quibus suam maxime *Corinnam* celebrat, liquido spectat:

Et multi, *quae fu* nostra Corinna, *rogant*.

† Ipsos Artis Amatoriae Libros intelligit.

‡ Eiusdem jam vita functi Noster meminit Epist. 16. ex Ponto Lib. IV. vers. 13-16.

Triffis ad Hypsipylen *ab* Jasone *littera venit:*
Det velum Phœbo Lesbis *amato lyram.*

Illas vero Epistolas ab Ovidio jam ante *Artem Amatoriam* publici juris factas, ipsemet Lib. III. ejusdem Artis confirmat, vers. 345. 346.

Vel tibi composita canatur Epistola *voce;*
Ignotum hoc aliis ille movebit opus.

Indicat nempe Poëta quemdam, qui eum velut in arte amandi Magistrum secutus ipsius Opera ceteris indicarit, ac imprimis aperuerit, *Heroides* ab eo concinnatas; quod aliis verus Auctor fuisset ignotus. Confer versiculos superius N. 11. appositos.

IV. Abs re non erit & hic observasse, quae Dio (a) ad hunc annum de *Liviae Porticu* tradit, cujus Naso in *Arte Amatoria* ceu jam exaedificatae meminit; siquidem & hinc palam fiet, Nasonem nonnisi post haec tempora eam Artem effe molitum. Historicus igitur ille nobilis, cum *Vedii Pollionis* mortem, & quae augusto aliique legaverat, narrarisset, addit: *Justisque* (Vedius) *ut Populo perpetuum opus praeiret. Ejus operis faciendi praetextu, re autem vera, ne quod Vedii in Urbe esset monumentum,* AEDES *Pollionis funditus evertit Augustus: Atque* PORTICUS *ab eius aedificatio, non Pollionis, sed* LIVIAE *nomen inscripsit. Sed haec posteriibus* (NB.) *temporibus facta sunt.* Ovidius autem eandem Porticum velut jam constructam memorat Art. Amat. Lib. I. vers. 71. 72.

Nec illi videtur, quae pristis sparsa tabellis,
Porticus *auctoris* Livia *nomen habet.*

Sic & Lib. III. cum Porticus Pompeji ac Apollinis Palatini laudasset, mox addit, *Liviae* nimirum, *Octaviae*, & *Agrippae* his indigitat verbis, vers. 391. 392.

Quaeque Soror (b), Conjuxque (c), Ducis (d), *monumenta pararunt:*
Nataique genor (e) *cinctus honore caput.*

Nec hoc loco praetereunda Liviae Porticus descriptio, Dionis narrationem haud parum illustrans, quam Noster exhibet Fastor. Lib. VI. vers. 639-646.

Dicite tamen, veniens aetas, ubi Livia *nunc est*
Porticus, *immensae tecta fuisse domus.*
Vidit opus domus una fuit: spatiumque tenebat,
Quo brevius mavis oppida multa tenent.
Haec vepreta solo est, nullo sub crimine regni,
Sed quis luxuria cuncta novere sua.
Suffiscit statuas operum subvertere moles,
Totque suos haeres perdere Caesar *opes.*

V. Caeterum quandoquidem *Propertius* anno praeterito postremum, quod in ejus Operibus occurrit, Carmen exaravit, ut in ejus Vita fusius demonstramus; nec aliud est, quod ad subsequentes annos referre per certas temporis notas liceat:

(a) Lib. LIV. p. 536. 537.
(b) *Octavia* soror Augusti:
(c) *Livia.*
(d) *Augusti.*
(e) *Agrippa*, qui rostrati corona donatus ab Augusto; Unde eum *Virgilius* Aen. Lib. VIII. vers. 682. sic designat:
—— *Cui belli insignes superbum,*
Tempora navali fulgent rostrata Corona.
De cujus Porticu vide quae in Horatii Vita notavimus pag. 213-216.

cent: hinc ejus obitum ulterius protrahendum, nequaquam arbitramur; maximeque cum constet, huncce Poëtam jam ante editam *Artem Amatoriam* (a) decessisse. Idcirco quae Noster de se velut *Propertii* successore canit, illa confirmant superius à nobis de primo Librorum ejus sub *Amorum* titulo editione dicta. Scilicet ait Trist. Lib. II vers. 463-467.

—— —— *Legiturque* Tibullus,
Et placet, & jam te Principe notus erat
Invenies eadem blandi praecepta Propertî:
Districtus: minima nec tamen ille nota est.
His ego successi.

Et Trist. Lib. IV. El. X. vers. 53. 54.

Successor fuit hic (Tibullus) *tibi*, Galle; Propertius *illi.*
Quartus *ab his serie temporis* IPSE *fui.*

ANNO { Ante C. XI. U. C. DCCXLIII.
Ovidii XXXII. & XXXIII. }

Q. AELIO TUBERONE, P. FABIO MAXIMO COSS.

I. TERTIUM Romae *Theatrum* hoc anno dedicatum (b) ab Augusto *Marcelli*, jam duodecennio ante denati, nomine fuit; si quidem *Plinio* (c) credamus. Is enim narrat, Augustum *Q. Tuberone, Fabio Maximo consulibus*, IV. *Nonas Majas, Theatri Marcelli dedicatione tigrim primum omnium Romae ostendisse in cavea manufactam.* Hanc tamen dedicationem Dio (d) ad annum U.C DCCXLI. quo & *Balbi Theatrum* ex ejus calculis dedicatum fuerat, refert. Verum Plinio potius fides habenda videtur, ut qui rei propior fuit, ac non modo Consules, sed & mensem diemque notavit, quae majorem demonstrant diligentiam; ut vix liceat haece temporis notas falsi arguere, vel etiam suspicari.

Cum vero *Pompeji* Theatrum Romae solum ante fuisset, quam ista duo, *Balbi* ac *Marcelli*, construerentur; hinc liquet nonnisi post haec tempora *Nasoni* licuisse ea canere, quae profert Art. Amat. Lib. I. ubi varias recensens Porticus (e) quibus Romanae solebant puellae spatiari, *Pompejanam* primum memorat, deinde *Octavianam* simul & *Marcelli* ejus filii *Theatrum* designat, vers. 67-70.

Tu modo Pompeja *lentus spatiare sub umbra,*
Cum sol Herculei terga leonis adit:
Aut, ubi muneribus NATI *sua munera* MATER
Addidit, externo marmore dives opus.

Postremis scil versiculis indicat, *Octaviae* Porticum juxta filii ejus scil. *Marcelli* Theatrum fuisse; quod & Trist. Lib. III. El. 1. confirmat, dum *Bibliothecam* in ista Porticu reconditam indigitat, vers. 69.

 Al-

(a) Vide Lib. III. vers. 333. 536.
(b) Et quidem *Commissione Ludorum*, ut habet Sueton. Lib. II. c. 43. & indicat Plinius loco seq.
(c) Hist. Nat. Lib. VIII, c. 17.
(d) Lib. LIV. p. 539.
(e) De quibus *Martial.* Lib II, Ep. 14.
Inde petit centum *pendentia tecta* columnis,
Illinc Pompei *dona nemusque duplex.*

Altera Templa (a) *peto*, vicino *juncta* Theatro, *&c.*

Ad eadem porro tria Romae Theatra Noster spectat Art. Amat. Lib. III. vers. 394

Vejice suspicimus TERNA THEATRA *locis.*

Sic & Trist. Lib. III. El. 12. vers. 24.

II. Alius est insuper Nasonis locus, qui ex *Dionis* ad hunc annum narratione hic venit illustrandus. Is nempe tradit (b), his Consulibus, ut alibi (c) ostendimus, *primum post Meruleum* (d), *Flaminem Dialem creatum esse.* Ovidius autem de prioribus suae *Filiae* nuptiis narrat, eas ex consilio conjugis Flaminis Dialis aliquot diebus dilatas esse, Fast. Lib. VI. vers. 219--234.

Est mihi (ejusque, precor, nostris diuturnior annis)
FILIA —
Hanc ego cum vellem genero dare; tempora taedis
Apta requirebam, quaeque cavenda forent.
Tum mihi post sacras monstratur Junius Idus
Utilis & nuptis, utilis esse viris.
Primaque pars hujus thalamis aliena reperta est
Nam mihi fic conjux *sancta* Dialis *ait*, &c.

Quae si historica fide fuerint dicta, hinc manifestum erit, Nasonis filiam haud ante hunc annum *Genero* datam esse; quae tamen *prima juventa* bis Ovidium

Sic non ex uno conjuge fecit avum,

prout Noster habet Trist. Lib. IV. El. 10. vers. 75. 76.

ANNO { Ante C. H. U. C. DCCLII.
{ Ovidii XLI. & XLII.

C. CAESARE AUGUSTO XIII. M. PLAUTIO SILVANO COSS.

I. ARTEM AMATORIAM à Nasone hoc anno vulgatam esse, invicte primum conficitur ex Naumachia, quam CCU MODO celebratam memorat Lib. I. Amor. vers. 171.

Quid

(a) Delubrum Apollinis ad Porticum Octaviae, (in quo Latonae quoque signum fuit, teste Plinio, Lib. XXXVI. c. 5.) Theatro item Marcelli proximum fuisse, probat etiam Cl. Fabretti (Inscr. p. 455.) ex Kalendarii fragmento, quo legitur:

APOLLINI. LATON.
AD THEATR. MARC. &c.

Laudat & Festum testem Lib. XIII. Eum, ut idem observat, male *Dacierus* affirmat Octaviae Porticum nominare *Porticum Marcelli*; cum hoc nusquam apud Festum occurrat. quibus robur addit, uti & firmat hinc illustratur, *Augusti* hac de re testimonium in lapide *Ancyrano*, ex Apographo, quod *Paul. Lucas* vulgavit tanquam suum, at quod habuerat Smyrnae à viro *Fabri*, Mercatoris Galli, qui plures annos *Ancyrae* degerat; prout narravit Cl. V. *Gal. Sherard* nuper *Smyrnae* pro Gente Britannica consul, quique idem Apographum aliquandiu domi habuerat. Scilicet ibidem haec, quae facile supplentur, habemus; MARTIS TEMPLVM FORVMQVE AVGVSTVM: THEATRVM AD AEDEM APOLLINIS IN SOLO MAGNA EX PARTE A me EMPTO FECI QVOD SVB NOMINE M. MARCELLI GENERI mei ESSET.

(b) Dio Lib LIV. p. 546.

(c) Jani Templ. Refer. p. 201--203.

(d) Is anno U. C. DCLVII. interfectus est. Tacitus autem Annal. Lib. III. c. 38. inducit *Servium Malugineusem*, qui Flamen Dialis, dictitantem, *Duobus & Septuaginta annis post Caes. Meruleo eadem veneno esse suffectum.* Quos calculos alibi cum Dionis rationibus conciliamus.

Quid MODO, *cum* belli Navalis *imagine* Caesar
Persidas induxit, Cecropiasque * *rates?*
Nempe ab utroque mari juvenes, ab utroque puellae
Venere: atque ingens orbis in Urbe fuit, &c.

Jam vero ex Vellejo (a) novimus, hocce Naumachiae spectaculum hoc anno ab Augusto fuisse datum; siquidem de *Juliae* relegatione agens: *At*, inquit, *in Urbe eo ipso anno, quo magnificentissimi Gladiatorii muneris, Naumachiaeque spectaculis Divus Augustus, abhinc annos triginta,* SE & GALLO CANINIO COSS. *dedicato Martis Templo, animos oculosque Populi Rom. repleverat, foeda dictu memoriaque horrenda in ipsius* (Augusti) *domo tempestas erupit*, &c. Scilicet si *triginta* retro numeres annos ab exordio Consulatus *Vinicii*, cui Libros inscribit suos Vellejus, id est ab anno U. C. DCCLXXXIII. sponte in annum U. C. DCCLII. incidere ea spectacula videbis. Hoc autem anno consulatum XIII. ac ultimum Augustus gessit, *Silvano* quidem per priorem anni partem collega, at post eum *Gallo Caninio*, qui suffectus *Silvano* fuit. Deinde *Caninius*, Augusto sese abdicante, Collegam *Q. Fabricium* habuit, uti vel ex Ancyrano monumento constat; ubi etiam, si *Dan. Cossonii* schedas à Cl. *Jac. Gronovio* editas (b), sequamur, immeditate praecedebant Consules anni U. C. DCCLI. cum ibi post Coss. anni DCCL. legatur: ET N.....M. MESSALA † CONSULIBUS. ET L. CANINIO ET Q. FABRITIO CONSULIBUS. In Exemplari autem *Pauli Lucae* legitur: ..... MESSALIA ..... CONSVLIBVS ET L. CANINIO ET Q. FABRICIO ... Unde simul, non secus ac ex Vellejo, liquet, *Caninium* hoc anno, in quo versamur, U. C. DCCLII. Consulem fuisse, ac proinde tum praedicta spectacula reapse edita.

II. Obscurior non erit anni tempestas, quâ haec spectacula fuerunt exhibita, si *Vellejum* cum *Nasone* nostro conferamus. Etenim in *Martis* Templi dedicatione Naumachiam aliaque spectacula fuisse ab Augusto edita, clare satis Vellejî contextus indicat; ex more nimirum recepto id factum, ut plura id genus consecrationum exempla comprobant. Sic ipse Augustus in Theatri Marcelli dedicatione *Ludos* dedit; quemadmodum & paulo ante Balbus suum dedicans Theatrum *Spectaculo* exhibuerat, narrante Dione (c).

Clarissime vero *Ovidius* significat, Ludos solennes *Marti* sacros, & quidem ob Templum ab Augusto in suo Foro ei constructum, IV. IDUS MAJAS in Circo celebratos esse, uti jam alibi (d) nobis observatum. Fastorum enim Lib. V. ad eum diem Noster canit a vers. 550.

* Unde liquet, ut & aliis jam animadversum est, Naumachiae spectaculum tunc temporis ab Augusto exhibitum, repraesentasse Navalem *Persarum* cum *Atheniensibus* pugnam ad Salaminam.

(a) Lib. II. c. 100.

(b) Memor. Cosson. p. 62.

† Coss. anni U. C. DCCLI. vulgo dicuntur *L. Corn. Lentulus* & *M. Valerius Messalinus*; quod confirmant Anonymi Fasti à Norisio editi, quibus legitur: *Lentulo & Messalino.* His si potius fides adhibeatur, corrigendae sunt schedae Cossonianae; alias ex iis vulgares Fasti erunt emendandi. Quo in dubio nihil nos juvat Reinesii Inscr. XXIX. Clas. V. L. LENT. M. MES. COS. K. JUN. Melius P. Lucae Exemplar MESSALIA, manifeste pro MESSALINO.

(c) Lib. LIV. p. 539.

(d) Jani Templ. Refer. p. 323.

MARS venit; & ventos bellica signa dedit.
ULTOR ad ipse suos tecto defendit HONORES,
Templique in Augusto conspicienda Foro.
Et Deus ipse ingens, & opus. Debebat in Urbe
Non aliter nati Mars habitare sui, &c.

Deinde cum Templi * ornamenta sule complexus esset, enumerassetque arma & spolia de hostibus capta, affixa postibus, atque explicasset unde *Mars* cognomen *Ultoris* haberit, cuique Templum eidem in Augusti Foro constructum; quod nempe Mars Augusto Pauris necem, Crassique & Antonii Clades ulciscenti adfuerat †: tandem addit, ut vulgares ferunt Codices, quos sequi malumus, vers. 597. 598.

Sedeat: Ludos Circi celebrate, *Quirites*,
Non ulla est fortem Sæva decere Deum.

Ex

* Ejus effigies in variis Augusti nummis cernitur, quales jamdudum complures viri docti exhibuerunt Ant. Augustinus, Sebast. Erizzo, Goltzius, Torrentius ad Sueton. Aug. c. 29. aliique. Nec rari sunt in hodiernis rem Antiquariam colentium Cimeliis, praesertim Anglicanis. Repraesentant nonnulli Templum in fastigio rotundum sex columnarum cum tribus signis militaribus, ac his hinc inde verbis: MAR. ULT. Aliorum Postica Martem exhibet cornutum in medio Templi quatuor Coll. stantem, dextra signum Legionis, sin. signum aliud militare aquilae tenentem, in imo. MART. ULT.

† Vers. 599. & seqq. ea prosequitur:

Vosque, dies juvenis tunc, cum pia sustulit arma, &c.
Templa *ferat, & ne cultore vocaberis* Ultor, &c.
Nec satis est meruisse semel *cognomina* Marti:
Prosequitur Parthia Signa *retenta* manu, &c.
Parthe, *refers* aquilas: *exules quoque porrigit arcus.*
Pignora jam nostri nulla pudoris habet,
Rite Deo Templumque *datum nomenque* bis uito, *&c.*

Quae si hic cum caeteris carminibus conferantur, liquido patebit, nequaquam hinc ambiguum, *an duobus cognomento Martis in eodem Templo sit cultus, an duo essent Templa, Ultoris & Bifulcoris*, ut censet Donatus, (de Urbe Rom. Lib. II. c. 22.) quo cum alii, Torrentius, Nardini, &c. et hoc loco ac Dione (Lib. LIV. p. 526) colligunt, praeter hoc Templum in Foro Augusto Marti Ultori consecratum, aliud etiam delubrum minoris impensae in Capitolio positum ab Augusto. Verum Ovidius unum modo Templum, quod Marti Ultori fieri fecerat eo in Foro, quoque suspensa ibidem signa Romana à Parthis recepta, indicat. Dio quidem, ut vulgatus ejus codicibus habetur, de istis Signis agens ad An. U. C. DCCXVIII. quo Augustus ea recepit, haec predit: *Itaque & Sacrificia ejus rei causa, & Templum Martis Ultoris in Capitolio, ad imitationem Jovis Feretrii, Κατὰ τὸ τῶν Διὸς βροντῶν ζῆλωσις, quo signa ea militaria suspenderentur, decerni jussit, ac deinde perfecit.* At hic locus mendo non carere, nihilque constat, verba, Scribarum culpa male detorta, sic esse restituenda: *Templum Martis Ultoris, ad instar illius Jovis Feretrii in Capitolio, quo, &c. decerni jussit*, &c. Ratio est, quod Ovidius, Suetoniusque ad solum Martis Templum in Foro Augusto constructum referant, quae Dionis textus ad aliud in Capitolio constituendum trahit. Alia praeterea argumenta, cum id satis hoc loco sit. Adimus modo, si Nasonis versus postremo probatus cum Cl. Nic. Heinsio ex Codd. Mss. legatur, nullum Marti cognomen *Bifulcoris* esse datum; sed Poetam ibidem tantum docere, *Ultoris* cognomen huic Deo tributum fuisse; quod semel bisque sit res Romanas alius. Nec proinde aliud quaerendum est Templum, quod Martis *Bifulcoris* vocatum fuerit. Nec etiam ex duplici Templo petenda cum Torrentio causa, cur *non eadem in nummis omnibus Martis Templi forma cernitur.* In nummis enim MARTIS ULTORIS titulus legitur; atque cum in nonnullis sex Columnae cum signis militaribus cernantur, in aliis vero quatuor solum Columnae cum ipso Marte Signa gerente; haec varietas ad varias ejusdem Templi facies referri potest. Vide Nostrum, Fast. Lib. V. vers. 561-566. Trist. Lib. II, vers. 295.

Ex quibus simul collatis manifestum est, Ludos quotannis ad IV. IDUS MAJAS in Circo celebratos Romae fuisse, ex quo *Marti Ultori* Templum Augustus suo in Foro dicaverat. Quod valide confirmatur ex Veteri Kalendario (a), quo ad eundem diem haec signantur: LUD. MART. IN CIRC. Nec ibidem, nec aliis Kalendariorum fragmentis ad ullum praeter illum diem Ludi notantur *Marti* facti.

Ut vero difficultatem hac in re ex Vellejo motam solvat Eminentissimus Norisius (b), haec quidem regerit: „Quamvis Vellejus, Caninio Consule nominato, „ Templum Martis dedicatum recenseat, non tamen post *Kal. Julias* (c) dedica„ tio peracta fuit: Nam Gladiatorium tantum munus ac Naumachia eodem Con„ sulum Collegio signantur, addita postica Templi Martis consecratione, ne rem „ ejus anni memorandam omisisse videretur. At cum mihi sit persuasum, ea spectacula pertinuisse ad ipsam Templi dedicationem; ideo jam olim malui dicere, Vellejum modo voluisse ea temporis nota *Juliae* relegationem, de qua hoc loco praecipue agit, signare, ac significare, eam post ista spectacula contigisse, cum nempe jam Augustus à *Kal. Jul.* vel ab aliis quibuscunque antecedentibus, Caninium collegam in Consulatu haberet, at ante *Septembris* exitum, quoque per *novem* menses Consulatum gessisse videtur (d) Augustus. Quae interpretatio prorsus Velleji contextui consentanea videbitur, si animum Lector attentum ad eundem vertat.

Aliam porro difficultatem objicit *Dio*, haec ad A. V. C. 744. Claudiique primum scribens, Lib. LX. p. 667. *Hos honores parentibus suis tribuens, ipse nihil praeter nomina Imperii accepit. Quae enim Equestria Certamina Kal. Augusti (qui est natalis Claudii) exhibentur, instituta sunt propterea, quod ea die* MARTIS *Aedes consecrata fuit.* Ex quo loco Bucherius deducit, revera *Martis* Templum *Kal. Aug.* An. V. C. 752. dedicatum esse. At cum Historicus ille omnino hac in parte adversetur *Ovidio* & *Kalendario*, quibus locupletiores hac in re testes desiderari nequeunt, ideo dicere malim, vel *Dionem* ipsum fuisse hallucinatum, vel potius mendum in ejus verbis cubare, ac loco vocis *Martis* reponendum esse Numinis alius nomen. Profecto in alio veteris *Kalendarii* frag. apud *Gruter.* p. 134. ad Kal. AVGVSTI legimus: SPEL. AD FORVM HOLITORIVM NATAL. TI. CLAVDII GERMANICI.

Ex dictis igitur clare satis patet, *Artem Amatoriam* ab Ovidio fuisse editam, Templo quidem Martis jam Naumachia aliisque spectaculis dedicato, seu post IV. IDUS MAJAS hujus anni, sed ante Juliae relegationem (e), ac Septembris finem. Quae sententia jamdudum doctissimis placuit viris, quos inter *Keplerum* laudat illustrissimus Norisius (f), qui & eandem suo calculo probat: „Eos vero, „ ait, Libros (Artis Amandi) ante damnatam Juliam scriptos opinatur, (Kepler-

(a) Vide Gruter. pag. CXXXIII.

(b) De Cenot. Pis. p. 183.

(c) Aquibus nimirum Ill. ille vir censet Consules suffectos, his Augusti temporibus, fasces gessisse semestres; quod in Fastorum fragmentis superstitibus videamus, nonnullos id egisse Consules ab iisdem *Kal. Jul.* Magistratum inire. Verum exinde certo minime sequitur, nec etiam aliunde probatur, hunc morem singulis constanter annis obtinuisse.

(d) Vid. Jani Templ. p. 327.

(e) Eam ante hujus anni exitum factam alio probat argumento Cl. Norisius, de Cenot. Pisan. p. 183. quem & nos secuti sumus, Jani Templ. Refer. p. 328.

(f) De Cenot. Pis. p. 188.

» rus) quod Augusto adulteris ingenti severitate poenas irrogante, neutiquam » Poëta aulus fuisset adulteria ac promiscuos foeminarum amores non tantum » laudare, verum etiam praecipere. Non rejicio, subjungit Eminentissimus » vir, probabilem conjecturam. Nam exilii sui causam hanc ipsam dicit Lib. II. ad Augustum:

Altera pars superest; qua turpi crimine tactus
Arguor obscoeni doctor adulterii, &c.

Eandem quoque rationem ex Juliae relegatione deducit *Bucherius* (a); licet male sit opinatus, Martis Templum *Kal. Augusti* dedicatum esse.

III. Alterum nobis Ovidius suppeditat argumentum, quo docemur, *Artem Amatoriam* hoc anno U. C. DCCLII. in lucem prodiisse. Scilicet de *Parthica* expeditione canens, ad quam tum se accingebat *Cajus* Augusti ex *Julia* nepos, et adoptione filius, ejus aetatem sic describit, Lib. I. à vers. 177.

Ecce parat Caesar *domito quod deest Orbi*
Addere. Nunc, Oriens *ultime, noster eris.*
Parthe, *dabis poenas*: Crassi *gaudete sepulti*,
Signaque barbaricas non bene passa manus.
Ultor adest: primisque *Ducem profitetur in armis* *:
Bellique non puero tractat agenda puer.
Parcite natales, timidi, numerare Deorum:
Caesaribus *virtus contigit ante diem*, &c.
Auspiciis armisque Patris *puer arma movebis*:
Et eines armis *auspiciisque* Patris.
Tale rudimentum tanto sub nomine debes:
Nunc Juvenum Princeps †, *deinde future Senum*, &c.

Ubi dum Poëta scribit CAJUM *arma moturum*, non modo *auspiciis*, sed & *armis Patris* [adoptione] Augusti, eo manifeste significat, Cajum tunc eundem aetatis

(a) Belgi. Rom. pag. 82.
* Alii Codd. *armis* habent.
† Scil. Cajus *Princeps Juventutis* jam ante appellatus fuerat, & quidem, ut Dio indicat, (Lib. LV. p. 553.) cum *virilem* induit *togam*; quam ut ei daret Augustus ac *Tirocinio dedicaret in Forum*, petiit sibi *duodecimum Consulatum*, (in An. U. C. 749.) uti & postea *tertium decimum* (in An. 752.) in *Lucii* Caesaris gratiam, teste *Suetonio* Lib. II. c. 26. Rem de hoc utroque suo Nepote, seu per adoptionem filio, *Cajo & Lucio*, sic ipsemet Augustus dilucide in Vitae Breviario narravit, pro ut ex Monumenti *Ancyrani* Apographis, & potissimum ex illo, quod *Paul. Lucas* edidit, paucis Litteris necessario & facile suppletis, habemus: ... FILIOS MEOS QVOS IVVenes mIHI ERIPVIT FATVM CAIVM ET LVCIVM CAESARES ..... HONORIS MEI CAVSA SENATVS POPVLVSQVE ROMANVS ANNVM QVINTVM ET DECIMVM AGENTIS CONSVLIS DESIGNAVIT VT EVM MAGISTRATVM INIRENT POST QVINQVENNIVM: ET EX EO DIE QVO DEDVCTI SVNT IN FORVM VT INTERESSENT CONSILIS PVBLICIS DECREVIT SENATVS. EQVITES AVTEM ROMANI VNIVERSI PRINCIPEM IVVENTVTIS VTRumQVe eoRVM PARMIS eT HASTIS ARGENTEIS DONATVM APPELLAVERVNT. Quibus variae Recentiorum conjecturae pravaque interpretationes evanescunt, alio loco discutiendae. Interim hic observare est, utrumque Principem in Nummo Augusti Arg. passim apud Antiquarios prostante, repraesentari cum iisdem *Parmis & Hastis*, hacque epigraphe, C. L. CAESARES AVGVSTI F. COS. DESIG. PRINC. IVVENT. Addit Ovidius, *Cajum* alloquens: *Deinde future Senum*, scil. Princeps; quod *in familiam Caesarum* per adoptionem *inductus*, ut habet Tacitus Annal. I. c. 3. alceretur in spem *Imperii*, tanquam Augusti *Successor Designatus*, Dio Lib. LIV, p. 533.

tis annum egisse, quo Augustus olim adversus M. Antonium arma moverat. Augustus autem, ut ipsemet in Ancyrano Monumento testatur, *annes undeviginti natus, exercitum privato consilio, privataque impensa comparavit*. Quod tamen cum nonnullis doctissimis viris haud eo sensu intelligendum, ut significet, Caesarem Octavianum sibi exercitum ante comparavisse, quam XIX. aetatis annum compleviset, id est, ante IX. Kal. Octob. anni U. C. DCCX. quo die *annum vicesimum* Princeps ille ingressus est. Etenim, ut jam alibi (a) observavimus, ex variis Ciceronis Epistolis demonstrari potest, Octavianum mense demum *Octobri* illius anni DCCX. Veteranos circumscribere, exercitumque contra Antonium ducere coepisse; cum jam *undevicesimum* aetatis annum modo absolviset, ac jam auspicatus esset *vicesimum*, quo labente, & U. C. DCCXI. haud multum adulto, M. Antonium armis vicit fugavitque. CAJUS vero adoptivus Augusti filius Apulejo & Nerva Coss. hoc est, anno U. C. DCCXXXIV. natus, teste Dione (b), *undevicesimum* aetatis annum inire debuit anno U. C. DCCLII. quo proinde summum se ad expeditionem Parthicam accinxerit *, ut anno proxime sequenti *arma moveret*, & auspiciis, & *armis* Patris. Et eo certe tempore *Cajum* in Parthos cum copiis profectum esse, aliis rationibus invictis olim post Cl. viros ostendimus (c). Idcirco & hinc constat, *Ovidium* nonnisi isto U. C. anno DCCLII. illa de *Caji* ad bellum Parthicum apparatu carmina scribere, atque adeo ipsam *Artem Amatoriam* edere potuisse, *tribus* libellis distinctam, ut ipsi superstites testantur, ac ipsemet Auctor Trist. Lib. II. ubi, cum ad Augustum dixisset, ei si hanc *Artem* legere vacasset, vers. 240.

Nullum legisses crimen in ARTE *mea*;

addit vers. 245. 246.

Neve quibus scribam possis dubitare; Libellus
Quatuor hos versus è tribus unus *habet*, &c.

III. Artis Amatoriae epocha sic fuse satis discussa & definita, jam constare possunt quae supra (An. U. C. DCCXLIII.) de *Amorum Libris* notavimus; quos ante illam Artem primum conscriptos ac editos, uti & iterum recensitos atque denuo vulgatos, cum eandem moliretur Poëta, patet ex Art. Amat. Lib. III. vers. 343. 535. collat. cum Amor. Lib. II. Eleg. XVIII. vers. 19. 20. Hinc item constat, & *Epistolas*, seu *Heroides*, de quibus ibidem diximus, ante haec tempora jam lucem vidisse, cum eodem Lib. III. Art. Amat. vers. 345. 346. hoc opus, ceu jam vulgatum memoretur.

Insuper vero ex dictis observandum venit, Nasonem & ante iteratam Librorum Amorum editionem, ac adeo ante haec tempora, Operam *Tragoediae* dedisse; siquidem eadem Lib. II. Eleg. XVIII. (quae, ut jam observatum, scripta, cum Noster sub incude Artem Amatoriam habebat) vers. 13-18. haec canit:

Sceptra *tamen sumsi*; *curaque* TRAGOEDIA *nostra*
Crevit; *& huic operi quamlibet aptus eram*.

Rifit

(a) Jani Templ. Refer. p. 333.
(b) Lib. LIV. pag. 526.
* Nondum enim tunc profectum, at in procinctu fuisse, docet Ovidius, non modo verficulis superius prolatis, sed & vers. 203.

Marsque pater, Caesarque pater date numen EUNTI.

(c) Jani Templ. Refer. pag. 334. & seqq. vide totum illud Cap. VI. sect. IV. quo tempus expeditionis à Cajo susceptae pluribus definire nitimur. Lege & Cap. V. pag. 290-301.

Risit Amor pallamque *meam pictosque* Cothurnos,
Sceptraque *privata tum cito fumta manu.*
Hinc quoque me Dominae nomen deduxit *iniquae:*
Deque cothurnato *Vate triumphat Amor.*

Idem ex Lib. III. Amor. El. I. confirmatur; ubi cum Noster *Tragoediam* ac *Elegiam* induxisset velut Poëtam vicissim ad sua carmina allicientes; addit, suo nomine loquens, vers. 63-70.

Altera me Sceptro *decores, altoque* Cothurno:
Jam mihi conscio * *magnus in ore sonor.*
Altera des nostro celebrem nomen amori, &c.

Quibus clare significatur, Ovidium jam ante fictum hoc certamen carminibus *Tragicis* inclusisse, non secus ac *Elegiacis*, seu amatoriis. Quod superius indicaverat *Tragoedia*, sic loquens, vers. 27--29.

Quod tenerae canunt, lusit tua Musa, *puellae*;
Primaque *per numeros* acta juventa *suos.*
Nunc *habeam per te, Romana Tragoedia, nomen*, &c.

Unde simul liquet, Nasonem, dum haec scriberet, *primam peregisse juventam*; quod & postea innuit eadem *Elegia*, vers. 59.

Prima *tuae mecum felicia* semina *mentis.*

Scilicet hoc 1. Poëmatum Lib. III. Amor. ex illis est, quae post priorem horum Librorum editionem addidit secundae sub haec tempora factae, cum Ovidius jam *quadragenarius* esset.

Alia sunt ipsiusmet Ovidii testimonia, quibus diserte profitetur, se *Tragoedias* scripsisse. Sic Trist. Lib. II. vers. 519. 520. ad Augustum:

Et mea *sunt populo* saltata Poëmata *saepe*:
Saepe oculos etiam detinuere tuos.

Inferius vero vers. 553. 554.

Et dedimus Tragicis *scriptum regale* cothurnis:
Quaeque gravis debet verba cothurnus *habet.*

Tandem & Trist. Lib. V. El. 7. vers. 25--28.

Carmina quod plenos saltari *nostra* Theatro,
Versibus & plaudi scribis, amice, meis;
Nil equidem feci (*tu scis hoc ipse*) Theatra.

Legimus nempe hoc postremo versu, non *Theatris*, ut vulgares Libri ferunt, sed *Theatra*. Etenim ex toto contextu manifestum est, Ovidium non sibi velle, se nihil *Theatris*, id est, ad *Theatra*, vel quod *Theatris* saltaretur scripsisse, sed omnino significare, se nihili *fecisse*, seu aestimasse *Theatra*. Quem sensum evincit & subsequens versiculus:

Musa vos in plausus ambitiosa mea est, &c.

IV. Ad ea porro *Tragica* carmina, quae ante hoc tempus coeperat quidem, sed ob amatoria non absolverat, referendum quod habet Amor. Lib. II. El. 1. a vers. 11.

Ausus eram (*memini*) *Coelestia dicere bella*,
Centimanumque Gygen; *& satis oris erat*:
Cum male se Tellus illa est, ingestaque Olympo
Ardua devexum Pelion Ossa tulit.

In

* An non potius legendum, *conscio*, ob larvam nempe, qua contegebatur *os*, faciebat.

In manibus nimbos, & cum Jove fulmen habenti,
Quod bene pro Coelo mitteret ille suo,
Clausit amica fores. Ego cum Jove fulmina misi, &c.
Blanditias Elegosque leves mea tela resumsi, &c.

Quod opus *Theatro* destinatum fuisse, docent etiam superiores vers. 3. 4.

Hoc quoque jussit Amor. Procul hinc, procul este severae:
Non estis teneris apta Theatra *modis.*

V. Ex illis vero Nasonis Operibus *Tragicis* laudatur praesertim ab Antiquis *Medea*, de qua Auctor Dialogi de Oratoribus: *Nec*, ait (a), *ullus Afranii aut Messalae liber tam illustris est, quam* MEDEA OVIDII, *aut Varii Thyestes.* Quintilianus (b) quoque idem opus extollit: OVIDII MEDEA, inquit, *videtur mihi ostendere, quantum vir ille praestare potuerit, si ingenio suo temperare, quam indulgere maluisset.* Recentiores omittimus.

ANNO { Ante C. I. U. C. DCCLIII.
Ovidii XLII. & XLIII.

COSSO CORN. LENTULO, L. CALPURNIO PISONE COSS.

I. HUIC citissimum anno venit adscribendum, quod Ovidius sibi, edita jam *Arte Amatoria*, obtigisse, canit, Trist. Lib. II. Artem illam, quae praecipua sui exsilii caussa dicebatur, apud Augustum vindicans, vers. 539-546.

Nos quoque jam pridem *scripto peccavimus uno.*
Supplicium patitur non nova culpa *novum.*
Carminaque edideram, *cum te* delicta notantem.
Praeterii *toties jure* * *quietus* Eques.
Ergo, quae juveni mihi *non nocitura putavi*
Scripta parum prudens, nunc nocuêre Seni?
Sera *redundavit* veteris *vindicta libelli.*

Quae cum sub sui exsilii ac anni U. C. DCCLXIII. principium scriberet, hoc est, *decem* integris post editam *Artem* annis, merito dicit, se *jam pridem* hoc scripto peccavisse, & *sera* mulctatum *vindicta*; qua potuisset Augustus eum multo citius notare, dum, jure sui morum regiminis, Equitum turmas recognosceret. Ad hanc enim *Recognitionem*, non vero ad solennem Equitum *Transvectionem* quotannis *Idibus Julii*s (c) peractam, hic respicit Ovidius, uti clarissime docet, dum ait, se multoties cum equo *praeteriisse* coram Augusto *delicta notante*, qui Nostrum *equo* non mulctaverit, sed sine nota & mulcta eum, *jure* adeo *quietum*, praeterire sivit. Haec scil. erat Equitum, qui gravibus delictis se poenae obnoxios fecerant,

K mul-

(a) Cap. XIII.
(b) Instit. Lib. X. c. 4. vid. & Lib. VIII. c. 5.
* Vulgo legitur *irrequietus*, vel etiam in Codd. MSS. *inrequietus*. Lipsius vero de Milit. Rom. Lib. I. Dial. V. *ille quietus*, legendum censebat. Melius postea Cl. Nic. Heinsius ex tribus antiquis MSS. *jure quietus* edidit.
(c) Vide Tacit. Annal. Lib. II. c. 83. cum Lipsii Notis, ac hujus Lib. I. de Milit. Rom. Dial. V. Senel nimirum quotannis illo die fiebat, uti patet ex Livio; (Lib IX.) *Ab eodem*, ait, (Q. Fabio Censore) *institutum dicitur, ut Equites Idibus Quinctilibus transveherentur* Idque à Templo *Martis* extra Portam Capenam ad Templum *Castoris* in Foro, ex Dionys. Halic. Lib. VI. vid. *Donat.* de Urbe R. Lib. III. c. 13.

mulcta, ut equus, qui illis publice assignabatur ac publico sumtu alebatur, à *Censoribus* adimeretur, cum singulis lustris Equites ad examen censuramve revocabant.

II. Augustus autem *Censuram* quidem *perpetuam* anno U. C. DCCXXXII. recipere noluerat (a); postea tamen An. DCCXXXV. decretum est, *ut Magistratum per quinque annos esset, potestatemque Censoriam per id temporis haberet* (b). Cum vero illud *morum legumque regimen* renovatum ac continuatum usque ad Augusti mortem fuerit (c); inde est quod Suetonius (d) scribit, Augustum recepisse *novam legumque regimen perpetuum. Quo jure*, subjungit, *quanquam sine Censurae honore, censum tamen populi ter egit*, &c. Eodem etiam jure *Equitum turmas frequenter recognovit, post longam intercapedinem reducto more transvectionis. Sed neque dari quemquam in transvehendo ab accusatore passus est; quod fieri solebat: & senio vel aliqua corporis labe insignibus permisit, praemisso in ordine equo, ad respondendum quotiens citarentur, pedibus venire*, &c (e). Quae non parum Nasonis locum, quem tractamus, illustrant, non secus ac quae idem Suetonius addit: *Impetratisque à Senatu decem adjutoribus, unumquemque Equitum rationem vitae reddere coegit: atque ex improbatis alios poena, alios ignominia notavit*, &c. quae videsis.

III. Singulas porro vices, quibus Equitum turmas ipsemet Augustus recognoverit, definire, silentibus Historicis, nobis non licet. Verum & hoc anno id poterant, cum modo Noster suam *Artem* ediderat, ex ejus verbis colligere fas est. Haud longe saltem ab hoc tempore removenda est novissima post eandem Artem editam facta Recognitio, qua rursus Naso probatus ab Augusto delicta notare fuit. Quo etiam spectat ejusdem Trist. Lib. II. vers. 89. 90.

At (mirantur) vitamque meam moresque probabes
Illo, quem dederas, praeterveunt is, equo.

ANNO { Ch. I. U. C. DCCLIV.
{ Ovidii XLIII. & XLIV.

C. CAESARE AUG. F. L. AEMILIO PAULLO COSS.

I. CAJUM Caesarem, de quo Poëta noster in Arte Amatoria canit, ceu ad *Parthicam* expeditionem se accingente, hoc anno consulatu decoratum fuisse, dum *ultra fines extremos Populi Romani bellum gerebat*, testatur Cenotaphii Pisani tabula, quam Eminentissimus *Norisius* insigni Opere illustravit. Hinc vero cum recte doctissimus vir, & post eum Pagius, deduceret, Cajum in Consulatu, superato Euphrate, (qui Syriam Romani Orbis Provinciam à Mesopotamia Parthorum ditioni subjecta disterminabat) barbarorum regionem invasisse, armaque in hostili terra circumtulisse; ita & exinde non minus recte Nasonis locum ex Libro *Remediorum Amoris* interpretatus est (f) de hac *Caji* Caesaris in Parthicam ditionem irruptione. Etenim cum Noster dixisset, ab Amore odio haberi

(a) Dio Lib. LIV. p. 521.
(b) Dio Lib. LIV. p. 527.
(c) Dio Lib. LIV. p. 542.
(d) In Aug. c. 27.
(e) Suton. in Aug. c. 38.
(f) De Cenot. Pisan. pag. 248. vide & Jani Templ. Refer. p. 347.

beri homines occupatos, otiosos vero eidem acceptos esse, subjungit, vers. 151-158.

Sunt Fora: sunt Leges: sunt, quos tuearis, amici.
Vade per urbanae candida castra togae.
Vel tu sanguinei *juvenilia munera* Martis
Suscipe: delitiae jam tibi terga dabunt.
Ecce fugax Parthus, *magni nova caussa triumphi,*
Jam videt in campis Caesaris ARMA *suis.*
Vince Cupidineas pariter Parthasque *sagittas:*
Et refer ad patrios bina tropaea Deos.

Quae pariter liquido probant, hunc *Remediorum Amoris* Librum fervente bello *Parthico* scriptum esse, & quidem dum Cajus Caesar in Parthorum campis cum exercitu degebat. Cum vero ex serie rerum à Cajo post suum ab Urbe Roma discessum in itinere gestarum (a) pateat, eum Principem vix ante hunc annum, in quo versamur, potuisse Euphratem cum copiis transire, atque revera eum trans eundem fluvium hoc ipso anno fuisse, ut Tabula Pisana docet; hinc haud invalide colligere licet, illa carmina, integrumque Librum hoc labente anno in lucem venisse. Quod confirmabitur, si observemus, *pacem* cum *Parthis* anno subsequente, U. C. DCCLV. medio compositam esse, uti alibi (b) post praelaudatum Norisium pluribus evicimus; quam tamen pacem nondum agitatam tum fuisse, cum Noster ea scriberet, ex iisdem palam fit, non secus ac ex vers. 223. 224.

Tempora nec numera; nec crebro respice Romam;
Sed fuge: tutus adhuc Parthus *ab hoste* fuga *est:*

Unde non male idem Eminentissimus vir colligit, Parthos rem praelio decernere detrectantes, intra munitiora oppida se continuisse.

II. Praeterea Naso significat, se hunc *Remediorum Amoris* Librum aliquo post *Artem Amatoriam* tempore exaravisse, cum sic orditur:

Legerat hujus Amor titulum nomenque libelli:
Bella mihi, video, bella parantur, ait.
Parce tuum Vatem, sceleris damnare, Cupido, &c.
Saepe tepent alii juvenes: ego semper amavi.
Et si, quid faciam nunc quoque, quaeris; amo.
Quin etiam docui, *qua possis* ARTE *parari:*
Et quod nunc ratio est, impetus ante fuit.
Nec te, blande puer, nec NOSTRAS *prodimus* ARTES:
Nec nova praeteritum *Musa retexit* opus.

III. Caeterum licet vulgares editi codices haec *Amoris Remedia* in duos dividant libros, alii tamen MSS. unum modo Librum faciunt, ut Illustrissimus Nicol. Heinsius nos docuit. Nec aliter ipsemet Ovidius, qui versu 1. jam prolato *Libellum* hoc Poëma vocat, observante eodem Cl. Viro. Haec tamen ratio, si sola foret, rem invicte non definiret, quandoquidem Noster *Libelli* quoque nomine *Artem Amatoriam* tribus Libris contextam indigitat; Trist. Lib. II. vers. 545.

An-

(a) Vid. Noris De Cenot. Pisan. pag. 248. & Jani T. Ref. Sect. IV. c. 5. & 6.
(b) Jani Templ. Refer. pag. 350-352.

ANNO { Ch. IV. U. C. DCCLVII. / Ovidii XLVI. & XLVII.

SEX. AELIO CATO, C. SENTIO SATURNINO COSS.

I. SI maximum Scaligerum sequamur, ad hunc annum spectaverit *Messalae Corvini* mors, ac in eam scriptum Ovidii carmen, quod periit quidem, sed ab ipsomet memoratur Lib. I. ex Ponto Ep. VII. *Messalino* Corvini filio inscriptum, vers. 27-32.

Nec tuus est genitor nos inscius: amicos,
Hortator studii caussique fuisse mei.
Cui nos & LACRYMAS, supremum in funere mittunt,
*Et dedimus medio scripta canenda Foro**.

Quibus ex verbis doctissimus ille vir recte colligit, Messalam ante exsilium Ovidii jam decessisse; hincque confutat, quod in Eusebii Chronico legitur ad annum Abrahae MMXXVII. Olymp. CXCVII. An. III. hoc est, An. U. C. DCCLXIII. vel subsequentem, ad cujus Septembrem usque producuntur numeri Eusebiani: *Messala Corvinus Orator ante biennium, quam moreretur, ita memoriam ac sensum amisit, ut vix pauca verba conjungeret, & ad extremum ulcere sibi circa sacrum spinam secto, medio se confecit, anno aetatis* LXXII. Ad quae Scaliger (a) haec animadvertit: „Quod si biennio post suam memoriam ipse mortuus est, (Messala) ut scribit Hieronymus, ergo obierit numero (id est Abrahae anno) MMXXIX. Augusti anno penultimo (b), VI. (c). exsilii Ovidiani. Atqui Ovidius hoc numero MMXXVII. scribens ad Messalinum hujus Messalae filium, ait se patris ejus funus Epicedio prosequutum fuisse:

Nec tuus est Genitor, &c.

„Ergo ante exsilium Ovidii jam decesserat, hoc est, ante num. MMXXIII. (d). „Qui fieri potest, ut num. MMXXVII. memoriam amiserit, & num. MMXXIX. „obierit? Quod patrocinium huic controversiae arcessemus? Rursus aliud durum subeunt. Si M. Valerius Messala obiit MMXXIX. numero, superfuit IX. annis C. Asinio Pollioni, qui decessit num. MMXX. Quomodo ergo „cachinnabimur hoc adversus ea, quae Auctor Dialogi de caussis corruptae eloquentiae scribit (e): *Corvinus in medium usque Augusti Principatum, Asinius paene ad extremum duravit?* Secundum haec, & ea, quae *auroreus* scribebat Ovidius, commutarunt locum in Chronico Eusebii Pollio & Messala, ut numero MMXX†. Messala mortuus fuerit, Pollio vero MMXXIX. Unde recte Auctor Dialogi dixe-

* In *Foro* fil. Romanum funera ducebantur, ut pro *Rostris* ibi proposita laudarentur. Ante vero hanc funebrem Orationem cantabatur *Naenia*; quemadmodum jam *Horatius* notavit ad *Horat.* Sat. VI. Lib. I. vers. 43. hunc Ovidii locum proferens, & *Lucan.* Lib. VIII.

Ut referent tristi carmen Foro, &c.

(a) Animadversion. ad Euseb. Chron. p. 180.

(b) Nempe An. U. C. DCCLXVI. quo per Autumnum exibat annus ille Abrahae MMXXIX.

(c) Dicendum potius fuit IV. siquidem Ovidius An. U. C. DCCLXII. exeunte in exsilium missus fuit, ut inferius ad eum annum demonstrabimus, ipso suffragante Scaligero.

(d) Imo MMXXVI. scribendum erat, cum hic numerus coeperit. An. U. C. DCCLXII. quo Naso in exsilium abiit.

(e) Cap. 17.

† Ofi mensis sequens. An. U. C. DCCLVI. coepit.

„dixerit, Asinium paene ad extremum Principatum Augusti pervenisse: penultimus enim annus Augusti incidit in num. MMXXIX (a).

II. Alius insuper in eodem Chronico locus cum illo collatus ostendit, Messalae obitum ex Eusebianis, seu potius Hieronymianis rationibus referendum esse ad eundem Abrahae annum MMXXIX. anno U. C. DCCLXVI. definentem. Etenim cum Hieronymus Messalae natales assignaverit anno II. Olymp. CLXXX. seu Abrahae MDCCCCLVIII. qui Septembri An. U. C. DCXCIV. init; atque loco prius citato dicat, Messalam *anno aetatis* LXXII. vita functum esse: hinc sequitur, annum huncce LXXII. Messalae novissimum, si ab anno U. C. DCXCIV. supputetur, in annum U. C. DCCLXVI. incidere.

III. Hos vero Hieronymi calculos optime revincit *Ovidii* locus modo laudatus; siquidem deinceps probabimus, illum priorem librum Epistolarum ex Ponto scriptarum haud ante hiemem Ovidiani exsilii *quartam*, anno U. C. DCCLXV. exeunte incipientem, in auras prodiisse. Idem quoque error retegitur ex Lib. II. Ep. 2. ubi cum triumphum Noster, a Tiberio de Dalmatis Pannoniisque eo ipso anno ductum, memorasset, addit, eundem Messalinum alloquens, vers. 99. 100.

Hoc pater ille tuus, primo mihi cultus ab aevo,
Si quid habet sensus Umbra disserta, *petit.*

Quibus patet, *Messalam* illum Oratorem disertum, nihil tum nisi *umbram* fuisse.

IV. Hisce addere licet, quae jam olim (b) obiter ex Cicerone observavimus, ut probaremus, *Messalam* ante annum ab Hieronymo signatum lucem vidisse. Etenim si ille anno Abrahae MDCCCCLVIII. (qui ab Autumno An. U. C. DCXCIV. coepit) natus fuisset, tum hoc sequeretur absurdum, Messalam nempe ante aetatem togae Virili eo aevo aptam petiisse *Athenas*, quo una cum Cicerone filio studiorum caussa profectus est anno U. C. DCCIX. & unde rediit anno subsequente mense Junio, uti palam fit ex Epist. 31. Lib. XII. ad Attic. ac Ep. 17. Lib. XV. Quin etiam XVI. modo, vel summum XVII. aetatis annum egisset, cum An. U. C. DCCXI. mortuis Coss. Lepidoque cum M. Antonio junctio, (quod 4. Cal. Jun. contigit, ex Ep. 23. Lib. X. Fam.) cum ad M. Brutum se conferentem Cicero summis effert laudibus, quae illi non conveniunt aetati, ne dicam pueritiae. Is enim Epist. 19. Lib. ad M. Brutum: *Cave*, ait, *putes, probitate, constantia, cura, studio Reip. quidquam illi esse simile. Ut eloquentia, qua mirabiliter excellit* (NB.), *vix in eo locum ad laudandum habere videatur; quanquam in hac ipsa sapientia plus apparet: ita gravi judicio, multaque* (NB.) *arte se exercuit in verissimo genere dicendi. Tanta autem industria est, tantumque evigilat in studio, ut non maxima ingenio, quod in eo summum est, gratia habenda videatur*, &c. Urgere quoque possemus quae Dio ad An. U. C. DCCXIX. narrat de rebus bello adversus Salassos, &c. a Messala praeclare gestis, & quibus triumphum meruit; ita & quae Tibullus Lib. II. El. 5. de ejus filio Messalino canit; atque etiam quae Suetonius de Tiberio scribit, cap. 70. *In Oratione Latina secutus est Cornutum Messalam, quem* SENEM (NB.) ADOLESCENS *observaverat.* Esti enim Tiberii *adolescentiam* ad annum usque aetatis XXV. extendere lubuerit; *senex* tamen jam fuerit Messala anno circiter U. C. DCCXXXVI. quo Tiberius XVI. Novemb. annum XXV. absolvit. Contra vero si rationes Hieronymo initas seque-

(a) Obiit nempe Augustus An. U. C. DCCLXVII. ac annus Abrahae MMXXIX. desinebat An. U. C. DCCLXVI.

(b) Jani Templ. Refer. p. 53.

remur, Messala tum XLII. tantum annos natus fuisset, hoc est, *juvenis* adhucdum ac longe satis à *senectute* remotus. At superiora sat superque suppurationem Hieronymianam convellunt.

V. An autem Scaliger veram erroris Hieronymiani caussam aperuerit, nolim affirmare aut pertinaciter negare. Attamen, si conjecturam proferre fas sit, existimaverim, hallucinationem ex alio fonte provenisse. Scilicet cum Hieronymus apud aliquem Latinum Scriptorem vidisset Messalae nativitatem Consulibus tantum signatam; & cum quidam *Q. Caecilius Metellus* Consul fuerit An. U.C. DCXCIV. alius vero ejusdem nominis An. DCLXXXV. hinc forte nominum similitudine deceptus, perperam illi anno adscripserit diem Messalae natalem, qui revera decennio ante contigerit. Quo errore semel admisso, postea Hieronymus, annos vitae LXXII. Messalae ab eo U. C. DCXCIV. deducens, non potuit, quin postremum ejus ac emortualem cum U.C.DCCLXV. vel subsequente, quibus respondet annus Abrahae MMXXIX. colligaret. At si eosdem LXXII. ab An. U. C. DCLXXXV. numeraveris, tum hoc anno DCCLVII. exiverit.

VI. Ad idem circiter tempus nos Vellejus etiam deducit, cum de *Messalini* sub initium belli Pannonici gestis, aestate nimirum An. U.C.DCCLIX. agens, haec habet (a): *Felix eventu, forte conatu, prima aestate belli, Messalini opus mandandum est memoriae: qui cir animo etiam quam gente nobilior, dignissimus qui & patrem Corvinum habuisset* (NB.), *& cognomen suum Cottae fratri relinqueret, praepositus Illyrio*, &c. Quibus videtur Historicus significare, Messalam Corvinum jam decessisse, cum Messalinus ejus filius eo anno gereret, quae ibidem ille narrat.

ANNO { Cl. VI. U. C. DCCLIX.
{ Ovidii XLVIII. & XLIX.

M. AEMILIO LEPIDO, L. ARRUNTIO COSS.

I. EDem Castoris & Pollucis, quam his Consulibus dedicavit Tiberius, narrant Dionem (b), ceu jam consecratam Ovidius quidem celebrat Fast. Lib. I. ad VI. Kal. Febr. sive Januarii XXVII. vers. 705. seqq.

At quae venturas praecedet sexta Kalendas,
Haec sunt Ledaeis Templa dicata *Deis.*
Fratribus *illa* Deis *fratres de gente Deorum*
Circa Juturnae composuere lacus.

Hinc tamen male Bucherius (c) colligit, hoc plane tempore *Fastos* ab Ovidio editos fuisse; cum ea tantum probent, hosce Libros haud ante hunc annum vulgatos; pluraque sint in iisdem sequentium temporum criteria, quibus etiam deinceps demonstrabimus, eos aliquot post Nasonis exsilium annis, immo post Augusti obitum in publicam venisse lucem. Ea tamen carmina potuerunt hoc tempore conscribi, siquidem Ovidius suos Fastorum libros Augusto dicandos orsus est ante relegationem, quanquam nonnisi post eosdem absolvit, ut Trist. Lib. II. à vers. 549. Augustum alloquens, docet:

Sex

(a) Vellej. Hist. Lib. II. c. 112. vid. Dionem Lib. LV. ad An. U. C. 759.
(b) Lib. LV. pag. 567.
(c) Belg. Roman. Lib. II. c. II. p. 91.

Sex ego Fastorum *scripsi, totidemque* Libellos,
Cumque suo finem mense volumen habet.
Idque tuo *nuper* scriptum *sub* nomine, Caesar,
Et tibi sacratum *fors mea* rupit *opus.*

II. Caeterum ut prior locus elucidetur, non erit abs re, nonnulla hic de praedicto *Castoris* * Templo subjungere. Et primum quidem Naso significat, *Tiberium* & *Drusum*, quos *fratres de Gente Deorum* vocat, simul id Templum sibi restituendum suscepisse. Idem diserte canit Albinovanus Consol. ad Liviam de Morte Drusi, à vers. 283.

Adjice Ledacos, *concordia sidera*, fratres,
Templaque Romano *conspicienda* Foro, &c.
Nec sua conspiciet (*miserum me!*) *munera* Drusus,
Nec sua prae Templi nomina fronte leget.
Saepe NERO † *in lacrymas summissa voce loquetur:*
Cur adeo fratres, *heu sine fratre*, Deos!

Dio (a) pariter testatur, id Templum utriusque fratris, Tiberii Drusique, nomine dedicatum fuisse, narrans, illud etiam plebem Romanam memoria Drusi recreavisse, *quod Tiberius in dedicatione Aedis Castoris & Pollucis non Claudiani modo, (adoptatus enim in familiam Augusti Claudianum se pro Claudio nuncupabat,) sed illius* [Drusi] *quoque nomen ei inscripsit.*

Deinde Naso eodem priore loco indicat, Templum illud *ad Lacum Juturnae*, ut habet etiam Victor, fuisse, in ipso nimirum *Foro Romano*, uti loca modo ex Albinovano ac Suetonio laudata evincunt, quae doctissimi viri *Donatus* (b) ac Nardini (c) de Roma Antiqua scribentes omiserunt, alia proferentes, quae Lector consulat. Addere tamen lubet aliud adhuc ex Nostro testimonium, quo patet, Castoris Aedem fuisse proximam *Julii Caesaris* Templo, quod & in eodem Foro constitutum constat ‡, scil. Epist. 2. Lib. II. ex Ponto, vers. 85. 86.

Frairibus assimileis, quos proxima Templa tenentes
Divus ab excelsa Julius Aede videt.

Nulli nempe Dii *Fratres* Templa tenebant proxima *Divi Julii* Templo, praeterquam Castor & Pollux, quos supra vidimus dictos Ovidio *Ledaeos Deos*, ac *Fratres Deos*, atque Albinovano *Ledaeos Fratres*, uti & *concordia sidera*. His autem *Fra-*

* Sic enim vulgo vocabatur, quanquam & *Polluci* dicatum, ut prodit Suetonius in Jul. Caes. c. 10. de M. Bibulo Julii Caesaris in Aedilitate Collega scribens, quod non *dissimulaverit, evenisse sibi quod Polluci. Ut enim Geminis fratribus Aedes in Foro constituta, tantum Castoris vocaretur: ita suam Caesarisque munificentiam, unius Caesaris dici.* Iade Statius Lib. I. Sylv. 1. vers. 55.

Et pavet aspiciens Ledaeus ab Aede propinqua
Cyllarus, &c.

& Martial. Lib. I. Epigr. 71.

—— —— *Vicinum Castora cunae*
Transibis Vestae.

† Tiberius nempe Nero Drusi frater natu major, qui post Augustum imperavit.
(a) Lib. LV. pag. 567.
(b) Lib. II. cap. 17.
(c) Lib. VIII. cap. 4.
‡ Aliis omissis, fat erit Ovidius Fast. Lib. III. vers. 702.

Quae cecidit ferro, Caesaris *umbra fuit.*
Ille quidem Coelo positus Jovis atria servat;
Et tenet in magna Templa *dicata* Foro,

Fastibus Noster canit *assimiles* esse, Concordia nimirum, Tiberium ac Germanicum, quos hoc loco laudat. Ut inde perspicuum sit, legendum cum vulgatis non esse *assimiis*, sed plurali voce *assimileis*, seu *assimiles*.

ANNO { Ch. IX. U. C. DCCLXII. / Ovidii LI. & LII.

C. POPPAEO SABINO, Q. SULPICIO CAMERINO COSS.

I. AD hunc exeuntem annum Nasonis *exsilium*, relegationemve, cum Doctissimis viris Jos. Scaligero (a), ac Aegid. Bucherio (b), referimus; quanquam id alii (c) doctrina praeclari proxime praeterito demandant. Anni *tempestatem*, quâ contigerit, primum demonstrabimus, cum sit controversiae minus obnoxia.

Eam, *hiemem* nempe, Noster dilucide satis indigitat tota Trist. Lib. I. Eleg. 10. ac ultima, praesertim initio:

Littera quamvisque est toto tibi lecta libello,
Est mihi sollicitae tempore facta viae.
Aut bene me, gelidi tremerem cum mense Decembris,
Scribentem mediis Hadria vidit aquis, &c.

Quae docent, Ovidium jam *mense Decembri* suum in exsilii locum iter suscepisse, atque per maris *Adriatici* aquas tum navigasse.

His non contenti *Calvisius* ac *Bucherius*, mensem insuper quaesiverunt (d), quo Noster Roma profectus est. Illi mensis *Octobris* initium placuit ex Eleg. 3. Lib. I. Trist. „ Refert enim, ait Calvisius, Arcturum tum occidisse, quod factum „ est vesperi, quando sol occidebat, cum gradu 12. Scorpionis, tum temporis „ circa diem 7. Octobris. Addit praeterea cum Lucifer oriretur, Lunam fuisse „ fere in medio Coelo: quo innuit discessum ejus incidisse post aliquot dies, cum „ Luna plena fuisset. Plena autem fuit hoc anno [Ch. VIII. U. C. DCCLXI.] „ die II. Octobris.

Luca tamen, quae Cl. Vir ob oculos habebat, rem non evincunt. Prior quidem vers. 123. 124.

Tingitur Oceano usus * *Erymanthidos Ursae* †,
AEquoreasque suo sidere turbat aquas:

Ostendit *Arcturum* tum occidisse, cum haec Naso scriberet; id est, non certe cum Roma proficisceretur, sed cum jam in mari esset, ac proinde mense citissimum *Decembri*, ex modo dictis. Addit enim Noster vers. 105. 106.

Nos tamen Ionium non nostra findimus aequor
Sponte: sed audaces cogimur esse metu, &c.

Quin

(a) Animadv. in Eus. Chron. pag. 182.
(b) Belg. Rom. pag. 102.
(c) Calvisius, Annal. ad An. Ch. VIII. Norisius de Cenot. Pisan. pag. 201. & novissime Flottemanvillaeus Annal. T. I. p. 204. n. 2. &c.
(d) Sic & ante ipse *Scaliger*, qui Prolog. ad Chron. Euseb. p. 16. probare conatur, Ovidii discessum ex urbe contigisse VIII. aut VII. Idus Novemb. non longe à Plenilunio.
* Alias *Arctophylax* ex Graeca origine, uti & *Arcturus*, ac *Bootes* vocatur.
† Hos versus profert *Scaliger*. J. C. indeque colligit, *mensem* discessus Ovidiani fuisse, in quo *Arcturus* matutino tempore occidit, id est, VIII. *Id. Novemb.*

Quin imo tum *Italia* adhucdum cernebatur, vers. 119-122.

Quod nisi mutatas emiserit AEolus auras;
In loca jam nobis non adeunda ferar.
Nam procul, Illyricis *laeva de parte relictis*,
Interdicta mihi cernitur Italia.

Ad idem *navigationis*, non vero *profectionis*, tempus spectat, quod de *Arcturo*, *Hoedis*, &c. habet Trist. Lib. I. Eleg. ult. vers. 13-16.

Saepe ego nimbosis *dubius jactabar ab* Hoedis:
Saepe minax Steropes *sidere pontus erat*:
Fuscabatque diem custos Erymanthidos Ursae;
Aut Hyadas *saevis auxerat Auster aquis*, &c.

Idcirco ad verum *profectionis* Ovidianae tempus eruendum, nihil est opus, ut magno molimine horum siderum ortus, vel occasus discutiamus; cum Poëta noster hisce characteribus signaverit, non suum Roma discessum, sed *navigationis* cursum, cujus mensem diserte notavit. Satis ad ea Nasonis carmina melius intelligenda sit, haec ex Plinio adnotasse. Is igitur Lib. XVIII. c. 31. *Sexto*, ait, *Kal. Novemb. Succulae* * *vespere exoriuntur. Pridie Kal. Caesari Arcturus occidit, & Succulae exoriuntur cum sole.* Lib. II. c. 47. *Post id AEquinoctium* [Autumni] *diebus fere quatuor & quadraginta Vergiliarum occasus Hyemem inchoat: quod tempus in III. Idus Novembris incidere consuevit.* Paria tradit Lib. XVIII. capp. 25. 29. 30. & 31. sicut & Vegetius Lib. IV. c. 39. cujus etiam verba subjungere lubet: *A Novembri autem mense crebris tempestatibus navigia conturbat Vergiliarum hyemalis occasus. Ex die igitur tertio Iduum Novembris usque in diem sextum Iduum Martiarum maria claudunturr.*

Alter, quem Calvisius profert, locus non melius ejus sententiam juvat, scil. Trist. Lib. I. Eleg. III. vers. 27. 28.

Jamque quiescebant voces hominum canumque:
Lunaque *nocturnos alta regebat equos*, &c.

Haec enim male Cl. vir conjungit cum vers. 71. 72.

Dum loquor, & flemus; *coelo nitidissimus alto*
Stella *gravis nobis* Lucifer *ortus erat*.

Quibus sane significat, jam adventasse diem, uti & vers. 47. 48.

Jamque morae spatium nox praecipitata *negabat*,
Versaque ab axe suo Parrhasis Arctos erat †.

At Noster Carminibus haec antecedentibus clare indicat, longum satis morae spatium ad *Luciferi* usque, seu dici exortum fuisse, postquam prece *Lunam* jam *altam* veneratus fuerat: vide vers. 27-46.

Praeterea licet Calvisio daremus, Ovidium illo loco innuere, discessum incidisse post aliquot dies, quam *Luna plena* fuisset; inde tamen non sequeretur, hoc *plenilunium* ad *Octobrem* potius quam alium mensem spectare; ne dicam, *plenilunium* alio fuisse ejusdem mensis die ‡, An. U. C. DCCLXII. quo mox demonstrabimus Nasonis exsilium contigisse.

Hinc est quod *Bucherius* ex eodem loco deducat, Ovidium circiter XX. Novemb.

* *In cauda Tauri septem, quas appellavere Vergiliae, in fronte Succulae*, &c. Plin. Lib. II. c. 41. Aul. Gellius Lib. XIII. c. 9. *Quas*, ait, *Graeci* Πλειάδας, *nos Vergilias vocamus*, &c.
† Vide Lucan. Lib. IV. vers. 523.
‡ Scil. XXI. circiter Octobris.

vemb. hujus anni Roma discessisse. „ Quin, ait, & ipse quoidam fui ex Urbe „ Roma discessus Characteres indicat. Primum Lib. I. Trist. Eleg. III. cum „ *Luna nocturnos alta regebat equos*, id est, Plenilunio, uti volunt, quod circa XX. „ Novembris hoc anno [in quo versamur] contigit. Item cum *Lucifer*, seu Ve„ nus *, oriretur mane; quod tunc tribus ante Solem ortum, duabus ante Auro„ ram horis (ut ibidem indicatur) factum plane videtur. Denique cum *Tomos* „ versus navigaret, mari se jactatum *mense* jam *Decembri*, diserte canit Elegia „ ejusdem libri decima. Prorius ut Ovidius *Novembri* praecipitante, Roma dis„ cesserit, tum Brundusio *Decembri* solverit.

Verum, nostro quidem judicio, Nasonis verba, de Luna *nocturnos alta regebat equos*, non adeo clara sunt, quin per ea liceat existimare, Poëtam Roma *ante*, atque ac *ipsi*, *plenilunium* abiisse. Deinde cum nonnisi decem minimum dierum petere Brundisium potuerit, atque ibidem aliquam facere moram, donec ventus navigationi faveret; ideo potuit etiam Ovidius vel labente *Octobri*, vel ineunte *Novembri* Romae valedicere. Satis igitur sit, certo novisse, cum mense *Decembri* jam navim ascendisse, ac in Hadriatico mari fuisse; atque sub *Autumni* finem, vel *Hiemis* initium in exsilium patria pulsum.

III. Annum quod attinet, cum sequentibus argumentis definimus, quibus etiam Cl. Norisius ad suam opinionem confirmandam abusus est. Primum ex Lib. IV. Pont. Ep. VI. desumitur, ubi Vates *Fabii Maximi*, ac *Augusti* mortem deplorans, ait, vers. 3-6.

In Scythia nobis quinquennis Olympias *acta est*.
Jam tempus Lustri *transit in* alterius.

„ Illi vero, nota Eminentissimus ille vir, è vita discesserunt anno U. C. „ DCCLXVII. quo *Ovidius*, ante octo fere menses, *Lustrum* in exsilio exple„ verat; etenim Olympiadem pro Romano Lustro intelligit.

Scilicet *Augustus* XIX. Sextilis die obiit; ac proinde si Naso in exsilium abiisset anno U. C. DCCLXI. mense Decembri, ut Cl. Vir censet, tum Poëta *Lustrum* explevisset Decembri An. U. C. DCCLXVI. à quo tempore ad XIX. Sextilis diem anni insequentis interfunt *Octo* menses. At observandum, istam Epistolam in exsilii loco, postquam nuntius de Fabii & Augusti morte ad Ovidium pervenerat, scriptam esse. Ergo circiter Septembris exitum potuit citissimum mitti. Tum vero *sextus* exsilii annus in exitu fuisset fere omnino absolutus, pro Norisii sententia. Hoc tamen non significant Ovidii verba; quin potius clare indicant, tum *alterum Lustrum*, seu *sextum* exsilii annum modo incepisse, cum Ovidius ea scriberet. Idcirco hinc nostra de anno U. C. DCCLXII. ceu Ovidiani exsilii epocha, demonstratur sententia. Etenim ab Octobri vel Novembri ejusdem anni ad alterutrum mensem An. U. C. DCCLXVII. completum haberet *Lustrum*. Adeoque laudata Epistola, seu Elegia, *Decembri* summum istius anni concinnata fuit; cum *quinquennis Olympias*, sive Lustrum Romanum quinque annorum, modo peractum esset, ac secundum exsilii Ovidiani Lustrum jam iniret. *Transit* enim, ait, in praesenti nimirum, non praeterito, tempore, *tempus in alterius Lustri tempus*.

2. Eadem nostra sententia valide *Ep. XIII. Lib. IV.* ex Ponto confirmatur, cui Cl. Norisius inde suae causae subsidium petat. Ovidius enim ibidem annum exsilii manifeste designat vers. 39.40.

— *Sed me jam*, *Care*, *nivali*,
Sexta *relegatam* bruma *sub axe videt*.

Superius autem obitus *Augusti*, ac successionis *Tiberii* mentionem injecerat, de libello loquens, quem in utriusque laudem Getico sermone scripserat, ut inferius ad An. U. C. DCCLXVII. prolixius ostendemus.

Igitur *hiems*, quam Ovidius *sextam* sui exsilii vocat, ea erat, quae Augusti mortem secuta est, id est, quae eo anno exeunte, quo Augustus XIX. Sextilis obiit, coepit, uti recte Illustrissimus Norisius observat. Verum male sic exinde ratiocinatur: „ Quare, inquit, primam hiemem in exsilio Pontico egit Ovidius „ An. U. C. DCCLXII. cum praecedentem hiemem mense *Decembri* ex Italia „ discedens, in longiori itinere sub custodia in Pontum deportatus, consumserit.

Profecto cum Noster se eo mense *Decembri* jactatum *Adriatico* mari scribat; hinc colligere fas est, cum non potuisse eodem mense Roma discedere, Brundisium petere, & inde solvere. Quin etiam asserere licet, eum jam in exsilii loco fuisse mense summum *Januario* exeunte, atque adeo aliquam primae hiemis partem in Ponto exegisse, quae in numerum Ovidio venire debuit. Praeterea mens Poëtae illis verbis fuit ac consilium ostendere, quamdiu tum exsulasset. Atqui parum apte id designaret, si quidem praeter *sex* illas hiemes, ab An. U. C. DCCLXII. praecipitante juxta Norisium supputatas, transegisset adhuc in exsilii loco ejusdem anni Autumnum, Aestatem, ac Ver, imo si unum amplius annum integrum, ab An. DCCLXI. Decembri, exsul fuisset. Itaque multo expeditius, ac huic loco convenientius est dicere, Nasonem ibidem significare, hiemem, post Augusti decessum proxime succedentem, esse exsilii *sextam*, ab eo tempore, quo ex Urbe Roma discesserat Poëta, numeratam; atque idcirco Nostrum revera anno U. C. DCCLXII. desinente in exsilium abiisse; quandoquidem *sexta* hiems ab anno U. C. DCCLXVII. exeunte retro supputata cum illa anni DCCLXII. coincidit.

3. Idem patet ex Tiberii triumpho de Pannoniis Dalmatisque, anno U. C. DCCLXV. exspirante, ut ipsimet Calvisius ac Norisius (a) concedunt, ducto, & Poëtae memorato, cum jam *quartum* exsilii *Autumnum* vidisset, ac *quarta* fatigaret *hiems*, uti fusius ad eum annum docebimus. Hiems autem, quae illum secuta est triumphum, dici *quarta* exsilii Ovidiani nequit, nisi Noster anno U. C. DCCLXII. relegatus fuerit.

4. Denique hoc ipsum demonstratur ex Bello Germanico eladem *Varianum* secuto, cujus Naso meminit *Trist. Lib. II.* quem statim, ac ad exsilii locum pervenerat, Augusto scripsit, ut apud eum sua vindicaret crimina, quorum causa exsulabat. Ibidem enim vota pro hoc Principe Tiberioque fundens, ait vers. 165-178.

Sic assueta tuis semper Victoria *castris*
Nunc *quoque se praestet*, *notaque signa petat*:
Ausoniumque Ducem *solitis circumvolet alis*:
Ponat & in nitida laurea serta Coma;

* Vir nihil Poëta videretur adeo strictè intelligendus, ut ad hujus stellae ortum spectaret; siquidem passim *Luciferi* nomine *diem*, solisve lucem in genere indigitat Noster, non secus ac alii Poëtae. Nec etiam in tanto luctu domi suis & amicis valedicens aliter potuit, quam lucis diciae exorta novisse, Luciferi seu Veneris stellam fuisse jam exortam. Sed tamen uniusquisque fruatur judicio; cum id parvi sit hac in re momenti.

(a) De Cenot. Pis. pag. 323.

Per quem bella geris, *cujus* nunc *corpore* pugnas,
Auspicium cui das grande, Deosque tuos,
Dimidioque tui praesens es, & aspicis Urbem,
Dimidio procul es, *saevaque* bella geris.
Hic tibi sic redeat superato *victor ab* hoste,
Inque consulis fulgent altus equis.

Quae clave significant, bellum tunc temporis saeviisse, idque gestum à *Tiberio*, quem *Ausonium Ducem* vocat, & per quem Augustus ei dicitur *dimidio sui praesens* Urbi, ac *procul saeva bella gerere*. Ejus nempe *dimidia* pars erat Tiberius, quod is jam ab An. U. C. DCCLVII. ab Augusto fuerat adoptatus. Unde Noster superius de illo ceu hujus filio ac Imperii haerede cecinerat, vers. 165. 166.

Sospite se te sit natus *quoque sospes; & olim*
Imperius regat hoc cum seniore senex.

Illud autem bellum in *Germania*, & quidem post *Vari* cladem, gestum fuisse, liquet ex Trist. Lib. III. El. XII. (proximo primoque *Vere* post Ovidii relegationem scripta, prout deinceps ex prioribus carminibus palam fiet) siquidem de Romano loquens Nauta, quem, ubi primum ad Pontum appulerit, se fore interrogaturum ait, haec subjungit vers. 45-48.

At, precor, auditas possit narrare triumphos
Caesaris, & Latio reddita vota Jovi:
Teque, rebellatrix *tandem*, Germania, *magni*
Triste caput pedibus supposuisse Ducis.

Quibus nonnisi Germaniae rebellionem hoc anno U. C. DCCLXII. jam adulto, excitatam, quâ *Varus* cum exercitu periit (a), designare Naso potuit; cum ab An. U. C. DCCLIX. quo pax cum Marcomannis facta, ad hunc usque annum nulla Germanorum rebellio apud Historicos memoretur; atque, Tacito (b) teste, *bellum ea tempestate nullum nisi adversus Germanos supererat, absolvendae magis infamiae ob amissum cum Quintilio Varo exercitum, quam cupidine proferendi imperii*, &c.

Igitur vel hinc constat, Ovidium *post Varianam* cladem, non vero *ante*, ut perperam Cl. Norisius autumavit (c), in exsilium abiisse. Etenim si Noster anno U. C. DCCLXI. relegatus fuisset, ut doctissimus ille vir censebat; qui Naso potuisset proximo Vere illa scribere, bellumque illud Germanicum, praedictam cladem subsecutum, memorare?

IV. Argumentis pro nostra sententia militantibus sic fuse deductis, hîc discutiendus superest unus aut alter apud Nostrum locus, quem Scaliger male fuit interpretatus, ac Norisius in opinionis suae tutamen advocavit. Ovidius nimirum suam, quâ deportatus est, aetatem sic describit, ut *quinquaginta* tantum annos tum sibi peractos canat. Etenim Trist. Lib. IV. Eleg. VIII. vers. 33. 34. ait:

Jamque, decem Lustris *omni sine labe* peractis,
Parte premor vitae deteriore meae, &c.

Elegia quoque X. à vers. 93.

Jam mihi canities, *pulsis melioribus annis*,
Venerat, antiquas misceueratque comas;

Post-

(a) Vide Jani Templ. Refer. Sect. IV. cap. 8. p. 391. 402.
(a) Annal. Lib. I. c. 3.
(c) De Cenot. Hist. pag. 201.

Postque meos ortus *Pisaea vinctus Oliva*
Abstulerat decies *praemia victor eques;*
Cum maris Euxini positos ad laeva Tomitas
Quaerere me laesi Principis ira jubet.

Tandem & Ibis initio:

Tempus ad hoc, Lustris *jam* bis *mihi* quinque peractis,
Omne fuit Musae carmen inerme meae.

Scaliger (a) autem cum ante ex ipso Vate probasse sibi videretur, eum anno Juliano LIV. id est, U. C. DCCLXII. in exsilium esse missum, addit: „ Natus „ autem III. Juliano. [hoc est, U. C. DCCXI.] Erat ergo annorum LII. so„ lidorum, quum excessit ex Italia, quae sunt decem Lustra Romana, & duo „ anni praeterea, XIII. autem Olympiades solidae: licet alibi dicat decem Lu„ stra Olympica fuisse à natali suo, quum relegaretur, &c. *

At vero eximius vir hallucinatus est, dum asseruit, Ovidium fuisse *annorum LII. solidorum*, cum excessit ex Italia. Nam etiamsi Poëta anno U. C. DCCLXII. desinente relegatus sit, ut recte Scaliger arbitratur; haud tamen quinquagesimum secundum aetatis annum tunc temporis absolverat; quippe xx. Martii die ejusdem anni quinquagesimus primus tantum completus est; ac proinde *Novembri* exeunte, quo summum Romam Ovidius reliquit, *Octo* solum menses ultra LI. annum lapsi fuerant, cum exsul in Pontum abire jussus est.

Nec levius Cl. Norisius labitur, cum ex eo, quod Noster canit, *Lustra bis quinque peracta* sibi fuisse in exsilium eunti, colligit, cum anno U. C. DCCLXI. mense Decembri in exsilium esse profectum, cum annum LI. ageret. Quasi vero ea Poëtae verba adeo stricte sint accipienda, ut de LII. Ovidii anno labente nequeant intelligi! Attamen Scriptores passim solent rotundo uti numero, quamvis unus & alter annus, imo & plures superfint. Quod & ipse Scaliger (b) observat, hoc pacto litem, quam Vati de ipsiusmet aetate moverat, dirimens. „ Sed, „ ait, concedamus Olympiadem quinquennalem, & Lustro Romano aequalem „ fuisse, praeter decem Lustra duo anni excurrunt. Sed hoc non raro Veteres „ faciunt, ut parvam summam dissimulent, contenti millenarios, centenarios, „ & denarios ponere: quod non semel à Demosthene factum notavimus. Itaque „ ipsemet interpretatur mentem suam initio Carminis in Ibim, ubi *bis quinque* „ *Lustra* sibi peracta dicit, hoc est, se L. annum vitae peregisse, quum illa „ scriberet, primo anno exsilii sui, qui erat tertius & quinquagesimus currens † „ aetatis ejus, Ch. Dionys. X. P. Corn. Dolabella, C. Junio Sillano Coss.

Per-

(a) In Euseb. Chron. Animad. pag. 182.

* Reprehendit sequentibus verbis Ovidium, quod Olympiadem pro Lustro Romano, id est, quinque annis absolutis, sumserit: quasi Noster id quidem putaverit deceptus nomine „ πενταετηρίδος: cum tamen πενταετηρὶς dicta sit, non quod quinque annis absolutis consta„ ret, sed quia quinto quoque anno rediret in orbem; &c. At haec mera mihi videtur cavillatio; nec ullus dubito, quin optime Naso noverit, quot annorum fuerit Olympias, atque licentia tantum Poëtica, *quinquennem* (vid. sup. n. III. inf. ad An. Ovid. LVI.) illam fecisse, quemadmodum vocat Lib. IV. ex Ponto Ep. VI. ut ita doceret, se non vulgarem intelligere Olympiadem, quae IV. modo annorum erat, sed Lustrum Romanum.

(b) Loco sup. citato.

† Scil. à XX. Martii die An. U. C. DCCLXIII. quo Coss. fuerunt illi à Cl. viro appellati.

Perperam ergo Cl. David Blondellus (a) asserit, Scaligerum recte Ovidium reprehendisse, quasi cum Poeta ait, *Postque meos ortus*, &c. *Abstulerat decies*, &c. dicendum fuisset, *Ter ineis & decies*, &c.

Ex superius porro discussis patet quoque *Herculis Ciofani* error, cum in Ovidii Vita sic scribit: „ Profectus autem est in exsilium IV. Idus Decembris, annum „ agens L. menses VII. dies vero XXI. „ Bonum virum calculi fefellerunt. Etenim cum fateatur, Nasonem XX. Martii An. U. C. DCCXI. natum esse; manifestum est, VIII. menses diesque XXI. ab illo Martii die numerari ad IV. Idus, seu X. Decembris diem. Deinde versus ex Trist. Lib. I. Eleg. III. *Tingitur Oceano sidus*, &c. (vid. sup. N. II.) minime probat, Ovidium IV. Idus Decembris Romae excessisse. Auctoritate quidem *Clavii* ac *Bargaei* fultus ad eum locum notat, Arcturum, eo die Chronice occidisse. Verum ut haec convellantur, praeter ea superius hac de re nobis observata, addendum quod ipsemet Ciofanus subjungit: „ Plinius tamen Lib. XVIII. Cap. 31. IV. nonas Novembris Arcturum „ vesperi occidere scribit.

V. Jam demum nos ad *exsilii* Ovidiani *caussam* convertamus. Duplicem ipse Poeta passim indicat: alteram, ex *Arte Amatoria* desumtam, aperte declarat: alteram vero aperire refugit. Illam saepius, ac praesertim toto fere *Lib. II. Trist.* ad Augustum Apologetico, vindicare conatur: hanc vero licet nominare non ausus sit, *erroris* (b) tantum titulo suis imputat oculis, non *sceleri*, quod constanter à se removet. Hinc haud mirum, si variae fuerint de hoc *errore* conjecturae, silentibus etiam Historicis antiquioribus nunc superstitibus. Sequioribus quidem seculis existimarunt, Nostrum Tomos missum, quod

Quondam Caesareae *nimis* puellae
Falso nomine subditus Corinnae;

uti jam supra ex *Sidonio Apollinari* notavimus. Sed quam falsa sit haec opinio, quae ad *Juliam* Augusti filiam, ibidem quoque indicavimus. Ne vero & hujus Principis *neptis*, vel *ancilla*, ea *puellae* ambigua voce intelligeretur, sic *Aldus Manutius* (c) contra ratiocinatur: „ Quam ficto nomine Corinnam appellavit, potium se testatur in Amor. Lib. I. El. V. Quare si ea vel filia, vel neptis, vel „ ancilla Caesaris, vel quaecunque alia fuerit sic illi cara, ut propterea Ovidium „ relegaverit; non *error*, sed scelus fuisset; non inscius vidisset crimen, sed sciens „ fecisset.

Ac absurdum prorsus foret arbitrari, Augusti *neptem* sub falso *Corinnae* nomine ab Ovidio fuisse amatam, siquidem haec Nasonis ingenium jam moverat, cum ejus *bestia refecta bisve semelve* fuerat, hoc est, anno circiter U. C. DCCXXXII. ut ad eum diximus; quo tamen tempore nondum nata fuit *Julia* neptis Augusti. Etenim *Julia* illius mater nonnisi anno U. C. DCCXXXIII. nupta est Agrippae, qui ex ea anno subsequente *Cajum*, omnium liberorum primum, tulit (d).

Addamus & de *Julia* Augusti *filia*, eam in caussa non fuisse, cur Ovidius relegaretur, exinde liquere, quod ipsemet testetur, se in illum *errorem*, seu culpam ei fiendam incidisse, non cum *juvenis* esset, sed sub *extrema* vitae tempora, imo post *Artem Amatoriam* jam editam. Etenim cum Trist. Lib. II. vers. 7. 8. dixisset:

Car-

(a) Anti-Baron. Fol. 14.
(b) Hac de voce vide Henr. Stephan. Comment. de Gener. Epist. Cicer. pag. m. 142.
(c) In Ovidii Vita.
(d) Vide Dion. Lib. LIV. p. 525. 526.

Carmina fecerunt, ut me moresque notaret
Jam demum vita *Caesar ab* Arte *mea.*

Atque à vers. 79. cecinisset, priorem suae Vitae partem probe per varia munera peractam fuisse, & ipsi Augusto probatam, cum Equitum turmas recognosceret, quod & post An. U. C. DCCLII. factum, ac proinde post *Juliae* Augusti filiae relegationem, uti ad eum annum docuimus: addit Noster vers. 97-108.

Me miserum! potui, si non EXTREMA *nocerent,*
Judicio tutus non semel esse tuo.
ULTIMA *me perdunt: imoque sub aequore mergit*
Incolumem toties *una procella ratem.*
Nec mihi pars nocuit de gurgite parva: sed omnes
Pressere hoc fluctus, Oceanusque caput.
Cur aliquid vidi? *Cur* noxia lumina *feci?*
Cur imprudenti cognita culpa *mihi?*
Inscius Actaeon vidit sine veste Dianam:
Praeda fuit canibus non minus ille suis.
Scilicet in Superis *etiam* fortuna *luenda est;*
Nec veniam laesso Numine casus *habet.*

Ex quibus pariter mihi videor colligere fas esse, 1. illum errorem, culpamve, cujus inscius Naso reus factus est, Augustum speciali modo tetigisse; siquidem Noster suum casum Actaeonis infortunio assimilat, ac clare indicat, suo quoque errore *Numen* esse laesum, hoc est, ipsum Augustum, quem passim ut praesens Numen veneratur (a). Hoc ipsum insuper patet ex vers. 207-210.

Perdiderint cum me DUO *crimina, carmen & error;*
Alterius facti culpa silenda *mihi.*
Nam non sum tanti, ut renovem tua vulnera, *Caesar;*
Quem nimio plus est indoluisse semel, &c.

Quae perspicue docent, id, quod Ovidius viderat, tantopere Augustum spectavisse, ut hicce Princeps inde *vulnera* acceperit, quibus vehementer indoluerat. Clarius adhuc rem exponit vers. 134. cum ait, Augustum poena in Ovidium irrogata proprias offensas fuisse ultum:

Ultus es offensas, *ut decet, ipse* tuas. *

Qua fere voce Tacitus (b) quoque usus est, agens de D. Silano *in nepti Augusti adultero*, quem cum Tiberius ab exsilio revocasset, is in Senatu dixit, *sibi tamen adversus eum* (Silanum) *integras parentis sui* (Augusti) *offensiones.*

Hoc porro, quod Ovidio visum, ut secundo ex eo colligimus, *criminis* speciem habuit; cum solo ipsius aspectu sua Noster *lumina* fecerit *noxia*, atque idipsum ei *culpa* vocetur, quae imprudenti cognita. Quin & idem diserte appellat *crimen*, Trist. Lib. III. El. V. vers. 49-52.

Inscia quod crimen *viderunt lumina, plector:*
Peccatumque oculos est habuisse meum.

Non

(a) Lege vel ejusd. Lib. vers. 39. 40. & 54. ubi ad Augustum ait se jurare:
Per te praesentem conspicuumque Deum:
Atque vers. 213-218. sic & Lib. III. El. I. vers. 35-40. 78. Eleg. II. vers. 28. Eleg. V. vers. 7 26. Lib. IV. El. IV. vers. 19 20. Lib. V. El. II. vers. 35. &c.
* Sic & Trist. Lib. III. El. VIII. vers. 40. queritur de Caesaris ira,
Quod non offensas *vindicet ipse* suas.
(b) Annal. Lib. III. c. 24.

Non equidem totam possim defendere culpam:
Sed partem nostri criminis ERROR * *habet.*

Illud vero *crimen* ipsiusmet *Augusti* fuisse, nonnulli putarunt; quasi Naso turpe aliquod ejus secretum casu vidisset. Quod recte praelaudato Manutio non placet; quia toties objiciendo scelus, immitiorem Ovidius reddidisset Caesarem, quem lenire & placare studebat. Praeterea Noster id nequaquam Augusti *vulnera*, quibus *indoluerit*, vocasset. Deinde Poëta illud *crimen* non celat, quod esset *secretum*, ac aliis ignotum. Hanc enim sui exsilii caussam vulgo patuisse, indicat Trist. Lib. IV. El. X. vers. 99. 100.

Caussa *mea* cunctis *nimium quoque* nota *ruinae*
Indicio non est testificanda meo.

Atque etiam, quae subjungit, vers. 101.

Quid referam Comitumque nefas, famulosque nocentes?

Docent, Ovidium à se quidem crimen illud amovere, sed & in suos *Comites* id rejicere *nefas*, quod *famuli* revelaverint, quoque cognito, *laesi Principis ira* eum jusserit Tomitas quaerere, uti habet vers. 97. 98.

Itaque nihil superest, nisi ut dicamus; illud crimen fuisse JULIAE Augusti neptis, cujus Ovidius fuerit quidem reus factus, at quod sibi modo visum & a suis *Comitibus* commissum, suadere conatur. Nec certe aliud potuit his temporibus Augustum ita *laedere*, ut ei *vulnera* inferret, quibus maxime *indoleret* †; quandoquidem Augustus illam JULIAM hoc ipso anno *convictam adulterii* damnavit, projecitque *in Insulam Trimerum*, *haud procul Apulis Litoribus*, prout Tacitus (a) narrat, mox addens: *Illic viginti annis exsilium toleravit*, *Augustae ope sustentata*, &c. Hos enim XX. annos si tollas de anno U. C. DCCLXXXI. quo *Juliam* hanc obiisse tradit Historicus ille, reliquus erit An. U.C. DCCLXII. quo *Julia neptis* relegata fuerit, uti jam pridem doctissimo Bucherio (b) visum est; rectius sane quam Cl. Norisio (c), qui, illo Taciti loco recitato, male sic concludit: *Igitur Julia in exsilium deportata fuit An. U.* DCCLXI. Id insuper nobis non omnino displicet, quod Bucherius subjungit, cum Julia nempe Ovidium quoque, ceu adulterorum fautorem, aut conscium, ab Augusto Tomos projectum esse.

In-

* Sic & Lib. III. El. I. vers. 29-32. ad Augustum:

Adjice servatis unum, Pater optime, Civem, &c.
Ea qua poenarum, *quae te meruisse fateamur*,
Non facinus causam, sed fuit ERROR *habet.*

Vid. & El. VI. vers. 25-36.

† Ingemiscebat Augustus ed omnem Agrippae Postumi nepotis (quem etiam in Insulam transportaverat) & *Juliarum mentionem*, *nec aliter illos appellare* solebat *quam* tres vomicas *aut carcinomata sua*; sicut Suetonius prodit in Aug. c. 65.

(a) Annal. Lib. IV. c. 71. vid. & Lib. III. c. 24. ac Suet. in Aug. c. 65.

‡ Quam inepte *Jo. Clericus* hoc carpserit ratiocinium, pluribus ostendi Praef. ad *Plinii* Jun. vinam. At operae pretium non est censuram hic repellere, quae nunquam profecto aliem fidem habere mentem poterit. Observent modo juniores minus in his tricis versati, Tacitum solere per *Consulatus* suppatare, atque Scriptores frequentissime annos *incompletos*, pro *completis*, adhibere. Ita si *mensium* & ultimum annum exsilii *Juliae* cum anno U. C. 761. conjunxerit juxta Taciti calculos, tum necessario annus U.C. 762. erit primus eorundem XX. exsilii annorum, &c.

(b) Belgi. Rom. pag. 103.

(c) de Cenot. Pis. p. 247.

Innocuum tamen semper se praestare nititur. Unde Trist. Lib. II. canit vers. 9. 10.

Deme mihi studium, vitae *quoque* crimina *demes.*
Acceptum refero versibus, *esse nocens.*

Lib. II. ex Pont. Ep. IX. Cotyi Regi, vers. 67-76.

Non ego caede nocens in Pontica littora veni;
Missave sunt nostra dira venena manu:
Nec mea subjecta convicta est gemma tabella
Mendacem linis imposuisse notam.
Nec quidquam, *quod* lege veter *committere*, *feci.*
Et tamen his gravior noxa fatenda mihi est.
Neve roges quid sit; *stultam conscripsimus* Artem.
Innocuas nobis haec vetat esse manus.
Ecquid praeterea peccarim, *quaerere noli:*
Ut pateat sola *culpa sub* Arte *mea.*

Lege & Trist. Lib. IV. El. IV. vers. 35-44. &c.

Quin etiam & ipsam *Artem Amatoriam* totis viribus à crimine vindicat Lib. Trist. II. ubi cum vers. 211. 212. dixisset:

Altera pars superest, *qua turpi Crimine tactus*
Arguor obscoeni doctor adulterii:

atque sequentibus caussas enarrasset, cur Augusto non vacasset *Artem* illam legere; addit vers. 239. & seqq.

At si (*quod mallem*) *vacuus fortasse fuisses*,
Nullum *legisses* crimen *in* Arte *mea.*
Illa quidem fateor frontis non esse severae
Scripta, &c.

Tandem vers. 345. & seqq.

Haec [littera] *tibi me incisum lascivia fecit*, *ob* Artes,
Quas ratus es, *vetitos sollicitasse toros.*
Sed neque me nuptae didicerunt furta magistro:
Quodque parum novit, *nemo docere potest.*
Sic ego delicias, *& mollia carmina feci*,
Strinxerit ut nomen fabula nulla meum.
Nec quisquam *est adeo media de plebe* maritus,
Ut dubius *vitio sit* pater *ille meo.*
Crede mihi; mores *distant à* carmine *nostro.*
Vita verecunda *est*, *Musa jocosa mihi*, &c.

VI. Sed jam satis de CAUSSA POENAE diximus, nunc de GENERE ejusdem pauca veniunt animadvertenda. Quamvis autem se passim EXSULEM, ac in EXSILIUM esse missum dicat: attamen cavet ne credamus, eum proprie *Exsulem* fuisse, cum Augusti Edicto RELEGATUS tantum diceretur. Rem accurate Trist. Lib. II. prosequitur, ubi primum Caesaris clementiam laudat, quâ sibi vita non fuerit erepta, vers. 125-128.

Cujus in eventu poenae Clementia *tanta est*,
Ut fuerit nostro lenior illa metu.
Vita *data est*, *citraque necem tua constitit ira*,
O Princeps parce viribus use tuis!

Hanc tamen laudem non parum minuit, quod ipsemet ait vers. 193. 194.

Caesque alii caussa tibi sint graviore fugati,
Ulterior nulli, quam mihi, terra data est.

Quin etiam Augusti clementia major fuit in *D. Silanum*, qui *in* NEPTI *Augusti adulter, quanquam non ultra foret saevitum, quam ut amicitia Caesaris prohiberetur, exilium sibi intellexit*, narrante Tacito (a); cum ante dixisset, Augustum *adulterii* filiae (b) ac neptis *morte aut fuga punivisse*, atque *culpam, inter viros ac feminas coagitatam, gravi nomine laesarum Religionum, ac violatae Majestatis appellando, Clementiae majorum sanxisse leges egressum fuisse.*

Deinde Noster suae poenae naturam declarans, sic pergit à vers. 129.

Insuper accedunt, te non adimente, paternae
(Tenuiam vita parum muneris esset) opes. *
Nec mea decreto damnasti facta Senatus:
Nec mea selecto Judice jussa fuga est.
Tristibus incessus verbis (ita Principe dignum)
Ultus es offensas, ut decet, ipse tuas.
Adde, quod Edictum, *quamvis mansuetaque mitisque,*
Attamen in poenae nomine *lene fuit.*
Quippe RELEGATUS, *non* EXSUL *dicor in illo:*
Parvaque fortunae sunt data verba meae.

Quibus Poëta triplicem rationem à patria abeundi tangit, uti jam dudum Lipsius observavit. „ Primum, jussu Decretoque Senatus, quasi Reip. interesset. Quae „ ratio velidissima, nec facile veniam aut indulgentiam invenichat. Ideo Augustus in Agrippa Posthumo, *multa de moribus adolescentis questus, ut exsilium ejus Senatusconsulto sanciretur, perfecerat* (c). Altera ratio, per Judices, sententiam „ ex Lege. Haec quoque firma, & olim usurpata. At tertia novitia, cum „ Princeps in exilium mittebat, quae verius *relegatio* tantum erat, & velut à parente publico (nam & patribus domi ac privatim hoc jus) facta. Haec levissima ac lenissima, quae auctoritate magis, quam jure constat. Sic doctus Vir haec illustrat Taciti verba de Tiberio, qui Silanum in patriam revocans dicebat, *id jure licitum, quis non Senatusconsulto, non Lege pulsus foret.* Quae illum Nasonis quoque locum mirifice dilucidant, sicut & alia, ubi similia canit; ex quibus haec insuper apposuisse, non erit supervacuum: Trist. Lib. V. El. II. Augustum alloquens, vers. 55-58.

Ea quidem moderata tua est; vitamque dedisti:
Nec mihi jus Civis, *nec mihi nomen* abest.
Nec mea concessa est alis fortuna: *nec* EXSUL
Edicti *verbis nominor ipse* tui, &c.

Sic & El. XI. à vers. 9.

Fallitur iste tamen, quo judice nominor EXSUL.
Mollior est culpam poena secuta meam, &c.

Nec

(a) Annal. Lib. III. c. 24.
(b) Vide Vellej. Paterc. Lib. II. c. 100.
* Lib. IV. Trist. El. IV. vers. 46.
Nec mihi detractas possidet alter opes.
Sic & El. V. vers. 8. Eleg. IX. vers. 11.
(c) Tacit. Annal. Lib. I. c. 6. Suetonius quoque in Aug. c. 65. de ejusdem Agrippae exilio: *Cavit etiam*, inquit, *Senatusconsulto, ut eodem loco in perpetuum contineretur.*

Nec vitam, *nec* opes, *nec* jus *mihi* Civis *ademit;*
Quae merui vitio perdere cuncta meo.
Sed quia peccato factus non adfuit illi,
Nil nisi me patriis jussit abesse focis.
Utque aliis, numerum quorum comprehendere non est,
Caesarum Numen, sic mihi, mite fuit.
Ipse RELEGATI, *non* EXSULIS *utitur in me*
Nomine: tuto suo judice caussa mea est, &c.

VIII. In *poenae* vero partem Nasonis Libri venere; quippe qui à tribus *Bibliothecis* Romae publicis remoti sint, ut ipsemet queritur Trist. Lib. III. El. I. ubi Liber inducitur, quasi primum *Apollinis Palatini* Bibliothecam adiisset, vers. 60-69.

Ducor ad intonsi *candida Templa* Dei.
Signa peregrinis ubi sunt alterna columnis
Belides, & strictо barbarus ense pater (a):
Quaeque viri docto veteres cepere novique
Pectore, lecturis inspiciendo patent.
Quaerebam fratres [Libros], *exceptis scilicet illis* (b),
Quos suus optaret non genuisse parens.
Quaerentem frustra Custos me sedibus illis
Praepositus sancto jussit abire loco.

Dein de Octaviae Porticus Bibliotheca subjungit:

Altera Templa peto, vicino juncta Theatro (c):
Haec quoque erant pedibus non adeunda meis.

Denique de Bibliotheca in Libertatis Atrio (d) Asinii Pollionis sumtibus constituta:

Nec me, quae doctis patuerunt prima (e) *Libellis,*
Atrio Libertas tangere passa sua est.
In genus Auctoris miseri fortuna redundat;
Et patimur nati, quam tulit ipse, fugam.

Haud alias vero, praeter eas, Romae Bibliothecas fuisse publicas, evincitur (f) ex vers. 79. 80.

Interea, statio quoniam mihi publica clausa est,
Privato liceat delituisse loco.

Et erant quidem privati Romae, qui Nostri Opera studiose colligebant, Trist. Lib. III. El. XIV.

VIII. Quis fuerit *exsilii locus*, atque itineris in eum progressus, ad sequentem tantum opportunius dicemus. At interim hic adhucdum observanda, quae Noster

M 2

(a) Vide quae notavimus in Horat. Vita pag. 288. seq.
(b) Libb. nempe de Arte Amatoria.
(c) Confer. quae sup. scripsimus, pag. 66.
(d) Hoc patet ex hoc Ovidii loco, si cum *Suetonio* conferatur, qui in Aug. c. 29. scribit: *Multaque à multis extructa sunt: ab Asinio Pollione Atrium Libertatis.*
(e) Scil. *Asinius Pollio* PRIMUS *Bibliothecam dicendo, ingenia hominum rem publicam fecit*, ut habet Plinius Hist. Nat. Lib XXXV. c. 2. qui & Lib. VII. c. 30. scribit, Bibliothecam PRIMAM *ab Asinio Pollione ex manubiis publicatam Romae* esse. Perperam vero Casaubonus Not. in Sueton. Aug. c. 29. ex eo Nasonis loco colligit, doctos in hoc Atrio Libertatis ad *Varro* convenisse.
(f) Quod olim *Nardini* observaverat, Lib. V. de Ant. Roma C. 13. consule Lipsi. de Biblioth. Capp. 5. & 6.

ter de sua hoc tempore *familiae* memoriae mandavit. Utrumque autem suum *parentem* jam ante decessisse, supra (a) praenotavimus ex Trist. Lib. IV. El. X. ubi vers. 81-84. canit:

Felices ambo, tempestiveque sepulti,
Ante diem poenae quod periere meae!
Me quoque felicem, quod non viventibus illis
Sum miser, & de me quod doluere nihil!

Suam vero *filiam* in Africa tum fuisse, prodit Trist. Lib. I. El. III. vers. 19. 20.

NATA *procul* Libycis *aberat diversa sub* oris:
Nec poterat fati certior esse mei.

Ea nimirum cum marito fuit, qui hac in Provincia aliquo fungebatur munere, nobis quidem ignoto, sed quod ad Senatorium Ordinem pertinuerit, si de hoc (b) Nasonis genero sit intelligendus *Seneca* (c): *In Senatu*, inquit, *flentem vidimus Fidum Cornelium, Nasonis generum*, &c. An eadem fuerit *Perilla*e nomine dicta, mox ad annum seq. videbimus.

Quoad Ovidii *conjugem* ordine tertiam ac ultimam, ea non modo cum illo *fori permansit in annos*, &

Substitit Conjux exsulis *esse viri* (d);

Sed & maritum in exsilium secuta fuisset, si per eum licuisset, Trist. Lib. I. El. III. vers. 81-88.

Non potes avelli: simul ab! simul ibimus inquit;
Te sequar, & conjux exsulis exsul ero, &c.
Talia vociferabat: sic & tentaverat ante:
Vinque dedit victas utilitate manus, &c.

Integrum lege carmen, ut videas quantus Ovidii proficiscentis ac suorum luctus gemitusque fuerit, illa tristissima nocte, quae Nostro supremum tempus in Urbe fuit.

IX. Nec etiam hic omittenda, quae de suis Ovidius sub fugae tempus operibus prodit. Tum Musis iratus TRANSMUTATIONUM * Libros, nondum ultima lima perfectos, aliosque sua manu posuit moestus in igne; quod fuse prosequitur Trist. Lib. I. El. VI. ad amicum, qui Nostri effigiem in auro colebat, vers. 11. & seqq.

Grata tua est pietas: sed carmina *major* imago
Sunt mea; quae mando qualiacunque legas.
Carmina mutatas *hominum dicentia* formas:
Infelix Domini quod fuga rupit *opus.*
Haec ego discedens, *sicut* bene multa † meorum

Ipse

(a) Pag. 34.
(b) Ita enim supra fuit, vid. sup. p. 50.
(c) ad Serenum Cap. 17. vid. sup. p. 29.
(d) Trist. Lib. IV. El. X. vers. 74.

* METAMORPHOSEON, non vero METAMORPHOSEOS titulo hosce Libros esse inscribendos, Cl. Nicol. Heinsius ex melioribus Mss. Codd. contendit, simul adnotans, genuinam hujus Poëmatis inscriptionem extare apud *Senecam* patrem Epit. Controv. Lib. III. cap. 7. & apud Filium in Apocolocyntosi, Tertullianum adverf. Valentinianos, Fulgentium Lib. III. Mythologici, Servium ac Priscianum saepe, &c.

† Trist. Lib. IV. El. X. vers. 63. 64.

Tum quoque, cum jugerem, quaedam placitura cremavi
Iratus studiis carminibusque meis.

Ipse mea posui *moestus* in igne *manu*, &c.
Vel quod eram Musas, ut crimina nostra, perosus:
Vel quod adhuc crescens *& rude* carmen *erat.*

Cum tamen jam illius Transmutationum operis distracta essent exempla, noluit posteà Naso, ubi primum in exsilii loco fuit, id periret, atque ut omnino vulgaretur veniam hac Elegia dedit. Pergit enim:

Quae quoniam non sunt penitus sublata, *sed* exstant;
Pluribus exemplis scripta *fuisse reor.*
Nunc precor ut vivant, & non ignava legentem
Otia delectent, admoneantque mei, &c.

Idem opus & Trist. Lib. II. ad Augustum, ceu nondum omnino limatum memorat, vers. 63-66.

Inspice majus opus, quod adhuc sine fine reliqui,
In non credendos corpora versa modos;
Invenies vestri praeconia nominis illic, &c.

Et vers. 555-562.

Distaque sunt nobis, quamvis manus ultima coepto
Defuit, in facies corpora versa novas, &c.

Hoc autem Poëma XV. Libris contentum fuisse, Auctor ipse monet, Trist. Lib. I. El. I. vers. 117.

Sunt quoque mutatae ter quinque volumina *formae,*
Nuper ab exequiis Carmina rapta meis.

Quod repetit Lib. III. El. XIV. vers. 19-24.

X. Est & aliud opus, quod Ovidii relegatio abrupit, FASTORUM nempe Libros, de quibus sic ad Augustum ipsemet Trist. Lib. II. vers. 549-552.

Sex ego Fastorum *scripsi totidemque Libellos;*
Cumque suo finem mense volumen habet.
Idque tuo nuper scriptum sub nomine, Caesar,
Et tibi sacratum fors mea rupit opus.

Hinc vulgo docti eruunt, Ovidium *duodecim* Fastorum Libros scripsisse, quorum sex posteriores perierint. Verum si liceat ab eruditiorum sententia seorsum abire, ultro fatebor, Poëtam hoc loco de *sex* tantum Libris intelligendum esse. Nec enim aliud sibi velle mihi videtur, praeterquam, quod scripserit *sex Fastorum*, hoc est, *sex Fastos*, seu *ex Fastis*, atque *totidem*, seu *sex* etiam *Libros*, qui *Fasti* ab eo fuere dicti, quia iisdem *signata tempora Fastis* tractat (a), ac ut Lib. IV. initio ait:

Tempora cum caussis Annalibus eruta priscis,
Lapsaque sub terras, ortaque signa cano.

Inde est quod ibidem, Germanicum Caesarem alloquens, addit, vers. 19. 20.

Si qua tamen pars te de Fastis *tangere debet,*
Caesar, *in* Aprili, *quo tenearis, habes*, &c.

Eundem quoque sensum omnino confirmat, cum Noster subjungit, antecedentem versum expositurus:

Cumque suo finem mense volumen habet.

Scil. significat, se *Fastorum* materiam ea methodo digessisse, ut singuli *Fastorum* menses singulos etiam libros complecterentur, atque se illorum jam *sex* exaravisse,

(a) Fast. Lib. II. vers. 7.

se, *totidem*, seu *sex* quoque libellis signatos, cum patria pulsus est. Adde quod si Poëta illis verbis significaret, se XII. Fast. Libb. exaravisse; &c. sic sibi contrediceret, cum addit, id opus suo exilio abruptum fuisse. Neque certe Veteres, inter quos est Lactantius, alia loca, praeterquam ex sex prioribus Fastorum libris proferunt, non vero ex posterioribus, quos existimant deperditos; uti Cl. Nicol. Heinsius (a) notavit; qui tamen haud recte, nostro quidem judicio, exinde concludit, certum esse, reliquam Fastorum partem jam ante multa secula intercidisse. Certum tamen videtur, Poëtam in animo habuisse & aliorum mensium, ad finem usque anni, Fastos describere; siquidem canit, Fast. III. 57. 58.

Fœtor bonus VENIET, *cum Laurentalia* DICAM;
Anceps Janiis illa DECEMBER *habet.*

Ceterum ex eodem Tristium loco patet, *Bucherium* haud leviter errasse, cum contendit, *Fastos* ab Ovidio ante fugam editos esse. Vide quae sup. ad An. U. C. DCCLIX. contra diximus, & inf. ad An. DCLXX.

XI. Notare tandem est, ad hunc annum exeuntem pertinere maximam *Libri Tristium* I. partem; cum totus sit in itinere ad exsilii locum exaratus, uti Poëta refatur Eleg. X. & ultima:

Littera quamque est tuto tibi lecta libello,
Est mihi sollicitae tempore facta viae.
Aut haec ne, gelidi tremerem cum mense Decembris,
Sævientem mediis Hadria vidit aquis:
Aut, postquam bimarem cursu superavimus Isthmon,
Attorquet nostrae sumia carina fugae, &c.

Prioris sunt generis Elegiae II. & III. & quidem certissimo charactere. Turbidum enim ventis mare, quod patiebatur sub navigationis initium, describens, & facilem optans ventos, ait El. II. vers. 91. 92.

Ferte (quid hic facio?) rapidi mea carbasa venti.
Ausonios fines cur mea vela vident?

Tertia vero vers. 105.

Nos tamen Ionium non nostra findimus aequor, &c.

Et vers. 121. 122.

Nam procul, Illyricis *laeva de parte relictis*,
Interdicta mihi cernitur Italia, &c.

Equidem Cl. *Tanaq. Faber* (b) contendebat, exordium novae *quartaeque* Elegiae a vers. 103. faciendum, quod & Ill. *Nicol. Heinsius* affirmabat *ex fide castigatiorum codicum*, quorum tamen numerum haud amplius indicat. Verum quidquid doctissimus ille vir dicat, nulla ex ipso carmine caussa, nos necessario cogit, ut Elegiam in vulgaribus codicibus *tertiam* in duas diffindamus. Potuit certe Vates maxima Poëmatii parte memoriam earum repetere, quae sibi evenerant, cum Roma esset in exsilium abiturus; & tamen ab isto versu 103. ad finem usque, ea describere, quae in mari Adriatico, sævientibus ventis, tum paterentur, cum haec conderet carmina.

At Elegiae IX. ac X. ex illis sunt, quas Noster exaravit, postquam *Cenchris* alteram ascendisset Navim: IX. quidem in Insula *Samothracia*, (ex vers. 20. ac 45.) & X. cum adhucdum jactaretur *in indomito* BRUMALI LUCE *profundo*, ut habet vers. 39. (a) quem interpretari, quo ad temporis notam attinet, voluisse videtur vers. 41.

Improba pugnat HIEMS, *indignaturque, quod ausim*
Scribere, se rigidas incutiente minas.

Ut BRUMALIS LUX idem sit, ac HIEMS seu hiemale tempus; nec stricte veniat accipienda pro *hyberno solstitio*; quemadmodum *Bruma* sumitur apud *Virgilium*, Georg. Lib. I. vers. 211. ut eam etiam *Plinius* Lib. XVIII. C. 24. interpretatur, atque apud ipsum *Ovidium* Fast. Lib. I. ubi, cum Poëta finxisset, vers. 149. se rogasse Janum:

— *Frigoribus quare novus incipit annus*;

respondet, tanquam ex hujusce Dei ore, vers. 163.

BRUMA *novi* prima (b) *est*, *veterisque* novissima *solis*:
Principium capiunt Phoebus & annus idem.

Clarius Trist. Lib. V. El. X. vers. 7. 8.

Nec mihi solstitium (scil. aestivum) *quidquam de noctibus aufert*:
Efficit angustas nec mihi BRUMA *dies.*

Ut ut sit, constat ex utriusque Elegiae collatione, *decimam* post *nonam* esse concinnatam, atque proinde cum jam Ovidius *Samothraciam* reliquisset, ac *Bistonias* scinderet aquas, (ex vers. 48. El. IX.) *Thracica* petiturus littora, prout ad annum seq. exponemus.

(a) In VI. Fast. fin.
(b) Epist. 23. Lib. I.

ANNO { Ch. IX. U. C. DCCLXIII.
Ovidii LII. & LIII. }

P. CORN. DOLABELLA, C. JUNIO SILANO COSS.

I. CUM Ovidius ex Italia solvisset, & quidem, ut videtur, *Brundisio*, unde *tritum in Graeciam iter* erat (c), per *Adriaticum*, deinde per *Ionium* mare vectus est, ut ex locis superius in medium prolatis liquet. Postea *Lechaeas* cum appulisset, ac hoc in portu navim, qua huc transvectus fuerat, reliquisset; *Isthmum* Corinthiacum pedibus transivit, atque *Cenchreis* aliam desumsit carinam. Haec docemur ex Trist. Lib. I. El. IX. collata cum El. X. Illam enim sic orditur:

Est mihi, fateor, precor, flavae tutela Minervae
Navis; *& à picta cassidè nomen habet*, &c.

Mox vers. 10. addit:

Illa Corinthiacis *primum mihi cognita* Cenchris (d),
Fida manet trepidae duxque comesque fugae, &c.

Elegia vero X. de tempore monens, quo hicce Tristium primus liber exaratus sit, ait ejus Epistolas esse conscriptas, aut in mediis *Adriatici* (e) maris aquis, *Aut*

(a) Lege & vers. 19-28.
(b) Scil. dies.
(c) Cicero Phil. I.
(d) Male Ciofanus hanc lectionem sollicitat, ac illius vocis loco reponendum *terris* contendit, quasi Naso non *Cenchris*, sed à sinu Corinthiaco discedens, praeter Peloponesum navigasset. Quam opinionem revincunt quae deinceps notamus.
(e) Quo nomine intelligit *Mare Superum*, proprie *Adriaticum* quoque dictum, uti & *Ionium*, Strab. Lib. VIII. p. 488. Licet ad *Ceraunios* montes desineret mare *Adriaticum*, ac sumeret inde *Ionium*, ut Noster etiam vocat Trist. L. I. El. III. vid. pag. praeced.

Aut pedibus bimarem cursu *superavimus* Isthmon,
Alterumque *ab nostra* sumpta carina *fugae*.

Quae ut magis illustrentur, pauca hic adnotasse non erit inutile. Scilicet cum *Corinthus* esset *posita in angustiis aequo in faucibus Graeciae, sic, ut terra Claustra* (a) *iacerent terrae, & duo* (b) *maria* [scil. hinc *Ionium*, inde *Aegeum*] *maxime navigabilia* (c) *diversa paene conjungerent, cum pertenui discrimine* (d) *separarentur*, ut habet Cicero (e): ideo, ut brevior (f) & expeditior fieret in Asiam navigatio, naves finum petebant *Corinthiacum*, in quo *Lechaeae* erat portus, hincque aliquando plaustris transvehebantur per Isthmi * angustias in sinum *Saronicum*, in quo *Cenchreae* portus. Hoc vel ex *Plinio* discere licet, qui Lib. IV. c. 4. CORINTHIACUS, ait, *hinc, illinc* SARONICUS *appellatur Sinus: Lechaeae hinc, Cenchreae illinc, angustiarum tramite; longo & ancipiti maximum ambitu, quas magnitudo plaustris transvehi prohibet.* Nec aliter Strabo Lib. VIII. *Ad Schoenuntem*, scribit, *portum angustissima Isthmi ceduo est, qua navigia transferebantur*, &c.

Verum & saepe naves per Isthmum non trahebantur, sed in portu *Lechaeo* subibant, dein alias *Cenchreis* assumebantur, uti vel *Nasonis* exemplum evincit. Quod eidem *Philo* confirmat, *Flacci* Andrum Insulam exsilii locum petentis iter describens: *Triplo*, inquit, *Ionio fine legebat-iram usque Corinthum. — Ibi transiisse Flaccum a Lechaeo Cenchreas versus Corinthiorum, — ascensaque parva Oneraria satellitia*, &c.

II. Ad Ovidii Navigationem ut redeamus; is postquam *Cenchreis* altera cum Navi solverat, per *Aegaeum* mare vectus est; atque, ubi primum in Hellespontaeas venisset aquas, flexit in laevum cursus, & Insulam *Imbriam* appulit; tandemque *Samothracium* petiit Insulam. Haec ipsemet graphice pingit Trist. Lib. I. El. IX. ubi de navi, quae *Corinthiacis primum sibi cognita Cenchris*, ait vers. 15-20.

Quae finem Apollinis mare me deduxit in Helles,
Et longum tenui limite fecit iter;
Fleximus in laevum cursus: & ab Hectoris (g) *Urbe*
Venimus ad portus, Imbria terra, tuos.

Inde

(a) Vellejus quoque Lib. I. c. 3. Corinthus dicitur *Claustra Peloponesi continens.*

(b) Hinc Corinthus Antiquis dicta *Bimaris*, uti Horatio Lib. I. Ode VII. ac Ovidio Fast. Lib. IV. vers. 501. Quin & *Isthmus* ipse *Bimaris* Nostro vocatur, non solum ea Eleg. X. Lib. I. sed & Metam. Lib. VI. vers. 419. 420. &c.

(c) Sic, non vero *navigabilis*, legendum censeo; cum Ciceronis mens sit, *maria* illa longe navigabilem effecisse, quando iter ab uno ad alterum navigio fit.

(d) Quique scil. nullum spatio, uti docent Mela Lib. II. c. 3. Plinius Lib. IV. c. 4.

(e) Cicero II. in Rullum.

(f) Vid. Philostr. Sophist. Lib. II. p. 571. Ed. Lipsi.

* Qui locus *Diolcos* exinde vocabatur, quod naves per eum ex uno in alterum mare transibantur, notante Cl. H. Vossio ad Mediae Lib. II. c. 3. De *Diolco* vide Helichium.

(g) Pessime *Cichaum* legendum, *ab Hectoris urbe*, censet, cum haec fuerit in *Elaea* Urbe, et ille ubiverit ad AEgaeum mare fluxe; sicut ex toto Poëtae contextu liquido patet; cumque illudum sit cum *Cichaeo* dicere, Ovidium à suo Corinthiaco praeter Peloponesum navigasse, uti suo notavimus. Ista vero *Hectoris Urbs* videtur eadem ac *Ilium*, cujus ille *Deus*, seu *Heros* erat, quod vel *Athenagoras* Apol. docet: Ἀπὸ τοῦ Ἕκτορος, Θεὸν Ἕλληνες λέγουσι. Unde est, quod *Hector* in *Ilienseum* Numinis repraesentetur. Alias cum *Ilium*, etiam Novum, aliquot stadiis ab ora maritima abesset, dici potest, *Ophryneum* hic à Poëta subindicari, quod ad mare fuerit: & ubi erat *Lucus Hectoris in loco conspicuo*, Strab. L. XIII. p. 889. quin & in hujus Oppidi Numismatibus habetur *Hectoris* caput. Qualem possidet gaza Ill. Comitis Pembrochiae, &c.

Inde levi vento Zerinthia (a) littora *nacta*,
Threiciam *tetigit fessa carina* Samon.

Ab hac deinde Insula *Samothracia* noster cum nova rursus Navi *Thraciae* littora appulit, & postea pedibus iter per *Bistonios*, istius regionis populos, fecit. Ibidem enim subjungit, vers. 21-23.

Salus ab hac terra *brevis est* Tempyra *petenti*:
Hac *Dominum* tenus *est illa* (Navis 2.) *secuta* suum.
Nam mihi Bistonios *placuit pedes carpere* campos.

Tempyra nempe, prout ex aliquot etiam codicibus MSS. legendum, locus erat ad *Thraciae* littus, ut vel *Livii* locus modo indicatus probat: *Inde*, ait, *Aeniorum fines, praeter Apollinis, Zerinthium quem vocant incolae, Templum superant. Aliae angustiae circa Tempyra excipiunt*, (*hoc loco nomen est*) *non minus confragosae.* Hinc autem Noster exsilii locum itinere pedestri petens debuit *gelidam Thracen, & operum nubibus Haemon* transire, Epist. 5. Lib. IV. ex Ponto, vers. 5.

Illa vero Navis secunda, qua Naso à portu *Cenchreo* vectus erat ad Insulam usque *Samothraciam*, hinc iterum solvens pergit per Hellespontum in Euxinum mare ad exsilii Ovidiani locum. Ejus cursum Noster ibidem exhibet à vers. 24-45. quibus varia describit loca littoribus apposita, quae Navis erat suo in cursu praetervectura. Priores tantum hic transcribendi, quod elucidatione egeant:

Hellespontiacas illa reliquit (b) *aquas.*
Dardaniamque petit *auctoris nomen habentem*, &c.

Neque praetereundi sunt postremi ejusdem Elegiae versus à 45.

Vos quoque, Tyndaridae, *quos haec colit insula*, Fratres,
Mite precor duplici *numen adeste* viae.
Altera namque parat Symplegadas *ire per arctas*;
Scindere Bistonias *altera puppis* aquas.
Vos facite, ut ventos, loca cum diversa petamus,
Illa suos habeat, nec minus ista suos.

Ex quibus 1. confirmantur, quae modo diximus de *tertia* Navi, quam Ovidius in Samothracia rursus ascendit, ut Thracica peteret littora, per Bistonias aquas navigaturus, dum altera Navis erat Pontum aditura. 2. Exinde patet, hanc Elegiam à Nostro concinnatam, cum adhucdum versaretur in illa Insula, quae *Tyndaridis fratribus*, hoc est, Castori & Polluci consecrata fuit.

III. *Exsilii* porro *locum* Ovidius eadem Elegia nobis indicat, hoc pro secunda Navi votum fundens, vers. 41. 42.

(a) Scil. littora *Samothraciae*; quae sic dicebantur à spelunca quadam, *Zerinthus* nomine, ea in Insula *Cabirorum* mysteriis sacrata: vide Bochart. Geograph. Sacr. P. II. Lib. I. c. 12. Ut in vera hujus loci lectione haerere docti viri non debuerint. Quin & in *Aeniorum* finibus Apollo, *Zerinthium quem vocant incolae*, Templum habuit, teste Livio Lib. XXXVIII. cap. 41. cujus locum Cl. Heinsius in Notis profert.

(b) Cl. Nicol. Heinsius notat, uno Cod. haberi *relegit*, seque putare *peregit*, aut quid simile legendum. „Nam, addit, quomodo *reliquit* Hellespontum, quae Dardanum & Lampsacum & Abydum in ipsis Hellespontii faucibus sita aditura sit? Verum regeri potest, Poëta tam hoc loco, sive licentia Poëtica, sive ex usu vulgari, largiori sensu *Hellespontiatas aquas* vocare eam maris AEgaei partem, quae circa *Samothraciam* erat, idque confirmari ex vers. 15-20. superius prolatis. Deinde observare est, quodcumque verbum hic legatur, id non in praeteito, sed vel praesenti vel futuro tempore reponendum esse; siquidem Navis tum in Samothraciae portu adhucdum erat, cum Noster haec scriberet, ut invicte probant vers. 45-50. Mallem igitur *relinquit*, quam *relegit*, vel etiam *relinquet*, sicut & vers. seq. *petet*.

A quibus advenit MILETIDA *fospes ad* URBEM
Offensi quo me compulit ira Dei.

Tomos nimirum indigitare voluit, ut ex Lib. III. Eleg. IX. liquet: ubi eundem locum describens, ait vers. 3-6.

Huc quoque Milleto *missi venere* coloni,
Inque Getis Graias constituere domos.
Sed VETUS *huic* NOMEN, *postique* antiquius Urbe,
Constat ab Absyrti *caede fuisse, loco.*

Deinde, recitata hujus *Absyrti* fabula, quomodo nempe *Medea* soror eum interfecerit, ac divulsa ejus membra per agros dissipaverit, addit vers. 33.34.

Inde TOMIS *dictus locus hic; quia fertur in illo*
Membra soror fratris confecuisse *sui.*

Graece vero TOMIΣ in vulgaribus Libris Straboni (a) dicitur ac Constantino Porphyrogenetae (b); etsi apud illum legisse videatur Stephanus TOMEYΣ, sicut jam Cl. Nic. Heinsius observavit. Huic etiam lectioni potius favent Nummi, in quibus saepe gignendi casu TOMEΩΣ Urbis nomen signatur cum Metropoleos dignitate: ΜΗΤΡΟΠ ΠΟΝΤΟΥ ΤΟΜΕΩΣ. At in aliis Gentile nomen legitur, ΤΟΜΙΤΩΝ seu ΤΟΜΕΙΤΩΝ; quemadmodum & Noster latine TOMITAS habet.

Urbs autem illa, TOMI numero plurali apud Plinium dicta, in Pontico littore Thraciae, sita in *Euxini littore Ponti*, sita fuit, & quidem cis *Danubium*, at non longe ab ejus *Ostiis*; prout vel ex Nostro licet intelligere, Trist. Lib. II. vers. 189-202.

Solus ad egressus missus septemplicis Istri,
Parvahaec gelido virginis axe premor.
Iazyges, & Colchi, Metereaque turba, Getaeque,
Danubii *mediis vix* prohibentur *aquis*, &c.
Hactenus EUXINI *pars est Romana* SINISTRI[7].
Proxima Bastarnae Sauromataeque *tenent.*
Haec est Ausonio sub jure novissima, eisque
Haeret in Imperii margine † *terra tui.*

Deinde tutiorem exsilii locum rogat Augustum,

Ne timeat Gentes, *quas non bene* submovet Ister.

Eadem constant ex Trist. Lib. III. El. IV. vers 45-50. El. X. vers. 5-8. 53-56. Lib. IV. El. IV. vers. 55-64. Lib. V. El. II. vers. 61-64. El. VII. Eleg. X. &c.

Illuc tandem pervenit, postquam, ut Trist. Lib. II. El. II. vers. 7. ait:

Plu-

(a) Geogr. Lib. VII.
(b) Lib. II. Themat. II.
7 Scil. *Vomitae ad mare Euxini laeva positi fuerunt*, ut ipsemet ait Trist. Lib. IV. El. X. vers. 97. atque El. VIII. vers. 41 42.
Vita procul patria peragenda sub axe Boreo,
Qua maris Euxini terra sinistra jacet.
Ab antiquis *Axenum* esse dictum prodit El. IV vers. 55.56.
Frigida me cohibent Euxini *littora* Ponti:
Dictus ab antiquis Axenus *ille fuit*, &c.
Lege Trist Lib. V. El. X. vers. 13. 14.
† Idem est ac, quod Lib. V. El. II. vers. 31.
Barbara me tellus, orbisque novissima magni
Sustinet, &c.
Ita & Lib. II. ex Pont. Ep. VII. vers. 65-68. &c.

Plurima sed pelago, terraque *pericula passus.*

Unde Trist. Lib. IV. El. I. queritur *vere prius flores*, &c. numerari posse,

Quam mala, quae toto patior jactatus in orbe,
Dum miser Euxini littora laeva peto.

Vide quoque El. X. vers. 107-110. Lib. V. El. II. vers. 29.

IV. Ante vero quam Ovidius *Tomos* petiisset, & cum adhuc in itinere esset, *priorem Tristium Librum* Romam misit. Hoc probant quae ad superiorem An. N. XI. diximus, & quod Noster El. I. Librum alloquens habet, vers. 41. 42.

Carmina secessum scribentis & otia quaerunt:
Me maris, me venti, me fera jactat hiems.

At in Pontum vix venerat, cum *Librum* II. Augusto scripsit, ut sua defenderet crimina, quibus eo pulsus fuerat, atque ut mitius exsilium paulloque propinquius peteret.

Quin etiam paulo post adventum Elegias *Libri* III. conscripsit. Hinc est quod El. II. sic orsus:

Ergo erat in fatis Scythiam quoque visere nostris:

addit vers. 15.

Dum tamen & terris dubius jactabar & undis,
Fallebat curas aegraque corda labor.
Ut via finita est, & opus requievit eundi;
Et poenae tellus est mihi tacta meae;
Nil nisi flere libet, &c.

Idem ex El. III. patet, quam aeger *Uxori* scripsit; praesertim ex vers. 5-10.

Quid mihi nunc animi dira regione jacenti
Inter Sauromatas esse Getasque putes?
Nec Coelum patior, nec aquis assuevimus istis, &c.

Nec ulla est, ut paucis dicam, quae possit ad alium, praeterquam primum exsilii, annum referri. Imo XII. circa *vernum Aequinoctium* exaratam esse, ex prioribus constat verisculis:

Frigora jam Zephyri minuunt: annoque peracto
Longior antiquis visa Maeotis hiems:
Impositamque sibi, qui non bene pertulit Hellen, (a)
Tempora nocturnis *aequa* diurna *facit*, &c.

Elegia porro proxime sequens XIII. Nasonis *Natali*, hoc est, XX. Martii die, cantata est:

Ecce supervacuus (quid enim fuit utile gigni?)
Ad sua NATALIS *tempora noster adest.*
Dure, quid ad miseros veniebas exsulis annos?
Debueras illis imposuisse modum, &c.

Ex quibus, uti & sequentibus, simul patet, hunc esse primum *Natalem*, quem Ovidius in exsilii loco celebraverit.

Silenda vero hic non est *Perilla*, cui Elegia VII. inscribitur. Eam nonnulli putarunt Ovidii *filiam* esse, quod vers. 18. in vulgaribus Editionibus Poëta de se scribat:

Utque pater natae, duxque comesque fui.

(a) Aries nempe, cujus signum Sol ingrediebatur Martii XXIII. juxta Nostri calculos, Fast. Lib. III. vers. 849-852. At nonnisi tribus abhinc diebus *Aequinoctium* signat, vers. 877.

At licet hanc probaremus lectionem, possemus tamen cum *Tan. Fabro* (a) sic Nostrum interpretari, ut hoc modo significet, se nimirum Perillae studia (de quibus superius) fovisse; se illi itidem, ut patres solent, ducem & comitem ad praeclara studia nitenti fuisse. Deinde variant admodum Codd. MSS. & loco, *pater natae*, quatuor habent, *pater meae*, totidem, *atque patet venae*, alii aliter, notante Cl. Nic. Heinsio. Praeterea nihil est toto in carmine, quod vel innuere possit, *Perillam* hanccce fuisse Nasonis filiam, quae cum suo conjuge in Africa fuit, cum Noster anno superiore ad finem vergente in exsilium abiret; & quae proinde vix potuerit hoc tempore Romae sedere *dulci cum matre*, (vers 3.) quam etiam Poëta ne verbo quidem ceu caram sui conjugem salutat.

V. Hoc pariter anno potuit *Liber* scribi, cui titulus Ibis, ex ficto nimirum illius viri nomine, quem eo Carmine devovet, quod lingua Nostrum ejusque conjugem morderet, ut indicat vers. 11-16. Etenim sic orditur:

Tempus ad hoc, Lustris jam bis mihi quinque peractis,
Omne fuit Musae carmen inerme meae, &c.

Quibus aetatem designat, qua fuit in exsilium missus, ut ad superiorem annum exposuimus.

VI. Cum hoc anno Tiberius *AEdem Concordiae* dedicaverit, *inscripto suo & fratris Drusi, viri pridem fusti, nomine*, juxta Dionis (b) testimonium; atque Ovidius ejusdem *AEdis*, ceu jam consecratae, meminerit ad XVI. Januarii diem *Fast. Lib. I.* vers. 637-650. hinc iterum liquet error Cl. *Bucherii*, existimantis *Fastos* anno U. C. DCCLIX. editos fuisse.

Hac occasione data supervacuum non erit, *Suetonii* locum de istius Templi dedicatione agentem elucidare, siquidem doctissimis viris ansam errandi praebuit. Scilicet Historicus ille cum narrasset, (c) Tiberium *à Germania in Urbem post biennium regressum, triumphum, quem distulerat, egisse*; addit inter ea, quae Tiberius post perfecerit, & dedicationem *Concordiae AEdis*, item *Pollucis & Castoris*, & quidem *de manubiis*. Unde sequeretur pro Suetonii rationibus, utramque *AEdem* anno citissimum U. C. DCCLXV. quo Triumphus ille ductus, dedicatam fuisse. Idem forte quis putaret ex Nostro confirmari, cum recitata caussa cur primum a *Furio* votum fuerit *Concordiae* Templum, mox exponens quamobrem iterum à Tiberio sit AEdes huic Deae consecrata, sic canat, vers. 645-650.

Caussa recens melior: passos Germania *crines*
Porrigit ad signis, Dux venerande, tuis.
Inde triumphatae *Illasti* munera Gentis;
Templaque fecisti, quam colis ipse, Deae.
Haec tua constituit Genetrix * *& rebus & ora,*
Sola toro magni digna reperta Jovis.

Quibus manifestum quidem est, Tiberium, de Germania jam triumphata, atque etiam de ejus Triumphi manubiis AEdem Concordiae construxisse. At vero haec sunt

(a) Epist. XXXVIII. Lib. I.
(b) Lib. LVI. p. 586.
(c) Sueton. in Tib. c. 20.
* Livia nempe Augusto nupta, Tiberiique mater, de qua Noster Trist. Lib. II. vers. 261.
Livia sic tecum sociales compleat annos,
Quae, nisi te, nullo conjuge digna fuit.
Et et Poeta Lib. II. Ep. VIII. vers. 29.
Perque tori sociam, quae per tibi sola reperta est, &c.

sunt de Triumpho intelligenda, quem ille pluribus ante haec annis ducto, scil. An. U. C. DCCXLVII. quo ipsemet cum Pisone Consul iterum, ipsisque *Kalendis Januariis Templum Concordiae sibimet ipsi reficiendum injunxit, ut suo & Drusi nomine id inscriberet, ac deinde triumphavit*, narrante Dione (a) Suetonius ergo videtur duos confundere Tiberii Triumphos. Sed de his jam satis.

ANNO { Ch. XI. U. C. DCCLXIV. / Ovidii LII. & LIV.

M. AEMILIO LEPIDO, T. STATILIO TAURO COSS.

I. AD hunc annum attinet IV. *Tristium Liber*, quem Romam misit, cum in Ponto *solliciitae jaceret novus incola Sedis*, El. I. vers. 85. Deinde liquido indicat, VI. ac VII. Eleg. secundo exsilii anno conditam esse. Illa enim, vers. 19. 20. ait:

Ut patria careo, bis frugibus area trita est:
Dissiluit nudo pressa bis uva pede.

Quibus significat, se haud ante hujus anni Autumnum id carmen scripsisse; siquidem ab anno U. C. DCCLXII. exspirante, quo patria pulsus est, *uva bis pressa* dici non potuit, nisi demum post hujusce anni vindemias. Elegia vero VII. scribit, vers. 1. 2.

Bis me sol adiit gelidae post frigora brumae,
Bisque suum tacto Pisce peregit iter, &c.

Ut haec etiam nequiverit ante vernum hujus anni tempus canere, quo Sol ex antiquorum calculis novum anni cursum redintegrabat, cum jam *Piscium* subiisset signum. Etenim, ut Noster habet Fast. Lib. I. vers. 39.

Martis erat primus mensis, Venerisque secundus.

ANNO { Ch. XII. U. C. DCCLXV. / Ovidii LIV. & LV.

GERMANICO CAESARE, C. FONTEIO CAPITONE COSS.

I. QUINTUS Tristium Liber superiorem proxime secutus (b) huic anno venit ascribendus. Elegia certe III. concinnata fuit die *Baccho* sacra:

Illa dies haec est, qua te celebrare Poëtae,
(Si modo non fallunt tempora) Bacche, *solent*, &c.

Ea autem erat *tertia post Idus Martias*, seu XVII. mensis Martii, ex Fast. Lib. III. vers. 713. 714.

Tertia post Idus lux est celeberrima Baccho.
Bacche, *fave Vati; dum* tua festa *cano.*

Elegiam vero X. scriptam *tertio* exsilii anno fuisse diserte Auctor docet, sic exordiens: *Ut*

(a) Lib. LV. p. 553.
(b) Eleg. I. init.
Hunc, *quoque de Getico, nostri studiose*, Libellum
Littore, praemissis quatuor *adde* mecis.

Ut fumus in Ponto, ter *frigore constitit* Ister:
Factus est Euxini *dura* ter *unda maris*, &c.

Quae hiemem hujus incuntis anni designant. Eadem tempestate exarata est Elegia XIII. ubi querens se mente & corpore aegrum esse, addit vers. 5. 6.

Perque das multos lateris cruciatibus uror,
Sed quod non modico frigore laesit hiems.

II. Cum Noster amicos, quibus plerasque Librorum nomine Tristium Elegias misit, non ausus esset veris interpellare nominibus, ne illis ingratum foret officium, aut noceret; (Trist. Lib. III. El. III. vers. 63-68. Lib. V. El. IX. vers. 31-34. Lib. III. ex Ponto Ep. VI. vers. 45-55.) tandem hoc anno aperte coepit illis Epistolas inscribere, quas IV. Libri, *Ex Ponto* in vetustissimis codicibus dicti, complectuntur. De quorum titulo discrepante ab illo *Quinque* priorum sic El. I. Lib. I. vers. 15-20.

Incusatis, quamvis non est miseratio eadem,
Non minus hoc [opere] *illo triste, quod ante dedi.*

Rebus idem, titulo differt: & *Epistola cui sit.*

Non occultato nomine missa docet, &c.

Quibus addere libet haec Epistolas ordine temporis editas non esse, ipsomet fatente Lib. III. El. IX. vers. 51-53.

Nec Liber ut foret, sed uti sua cuique daretur
Littera, propositum curaque nostra fuit:
Perfecto collectas, utcumque sine ordine, junxi.

Primum quidem librum *Bruto* transmittens, ait Ep. I.

Nosti Tomitanas jam non novus *incola terras*
Hoc tibi de Getico littore mittit opus.

Attamen Ep. II. Fabio Maximo, *hiemem* modo *quartam* exsilii memorat, vers. 27. 28.

Hic me pugnantem cum frigore, cumque sagittis,
Cumque meo fato, quarta *fatigat* hiems.

Atque Ep. VIII. *Autumnum* itidem *quartum* jam initum indicat, vers. 27. 28.

Ut cursu cubis Stygias detrusus in oras,
Quatuor Autumnos *Pleias orta facit.*

Quibus hujusce anni *Autumnus* ac subsequens *hiems* manifeste designantur. Etenim cum Ovidius *Autumno* anni U. C. DCCLXII. Roma discesserit, *quartus* ab illo *Autumnus* nequit alius, praeterquam hujusce anni, in quo versamur, intelligi. Hoc autem loco Noster notat *Autumnum* per *Ortum Pleiadum*, sed ortum *Acronicum*; at Virgilius eandem anni partem designat per Pleiadum occasum, sed *Cosmicum*: prout viris doctis (a) jam observatum. Pleiades vero, juxta Plinium (b) occidebant III. Idus Novembris.

III. Hoc itidem anno exeunte Triumphum de Pannoniis Dalmatisque à Tiberio ductum esse, constat inter recentiores doctrina temporum celeberrimos. Quod paucis ostendisse, proposito nostro consentaneum erit, cum *Ovidius* illum aliquot Epistolis Libri II. ex Ponto laudet.

Igitur

(a) Gassendi Instit. Astron. Lib. I. c. 20. & ante illum Joan. Sacro de Bosco Sph. C. III. Ad quem locum Clavius: „ Tempore, ait, Autumni, sole videlicet existente in Scorpio, oriuntur Pleiades vesperi sub solis occasum, id est, Chronice.
(b) Lib. II. c. 47. Lib. XVIII. c. 25. 31. &c. vide Sup. pag. 81.

Igitur *Vellejus Paterculus* testis oculatus cum Lib. II. C. 104. narrasset, se ab adoptione *Tiberii* missum cum eo Praefectum Equitum in Germaniam, coelestissimorum ejus operum, *per annos continuos novem*, spectatorem & adjutorem fuisse: deinde cap. 121. scribit, Tiberium ex Germania *in Urbem revorsum, jam pridem debitum, sed continuatione bellorum dilatum, ex Pannoniis Dalmatisque egisse triumphum.* Isti autem *novem anni*, ab anno U. C. DCCLVII. & quidem *V. Kal. Julias*, quo die Tiberius ab Augusto fuit adoptatus, deducti, si labentes duntaxat intelligantur, ut plane judicio Cl. virorum debent; hinc necesse erit, ut Triumphus ille hoc anno U. C. DCCLXV. jam adulto & ad finem vergente ductus sit.

Cl. Bucherius (a) illos *novem annos* veluti labentes assumens, eosdem ad sextum aut quintum mensem promovet, atque proinde colligit, Triumphum illum vix ante Decembrem aut Novembrem hujusce anni potuisse duci. Alibi (b) tamen observat, Ovidium in Triumphi descriptione canere, platearum *saxa* silicesve *roratis erubuisse rosis* (c). Unde ipsi videtur, *Vernum saltem anni tempus, si non Aestatis, satis indicari.*

Verum 1. nihil est necesse, ut Ovidium adeo stricte de *rosis* ipsis, vel vernis, vel aestivis, interpretemur; cum possit de *floribus* in genere intelligi, quemadmodum Trist. Lib. IV. El. II. de Triumpho, quem de Germania augurabatur, canens, ait vers. 47. 50.

Hos super in curru, Caesar, victore veheris
Purpureus populi rite per ora tui,
Quaque ibis manibus circumplaudere tuorum;
Undique jactato flore *tegente vias.*

2. *Rosae* fuerunt non modo vernae ac aestivae, sed & *hibernae*, quae vel ex AEgypto afferebantur, vel in ipsa Urbe Roma educabantur, uti vel ex *Martiali* patet Lib. IV. Epig. XXIX. Lib. VI. Epig. LXXX. & Lib. XIII. Epig. CXXVII.

Praeterea aliud argumentum, quo *Bucherius* (d) ipse Triumphi annum confirmat, illam quoque loci Ovidiani interpretationem convellit. „ Germanicum, ait „ Cl. vir, nonnisi *exacto consulatu* (quem scil. hoc anno gerebat) in Galliam Ger„ maniamve Belgicam ab Augusto missum, asserit Suetonius Calig. Cap. VIII. „ Quorsum tam sero? Nisi quod tum primum Tiberius a Germania redisset, de „ Pannoniis Dalmatisque demum triumphasset, ejusque triumpho Germanicus „ tunc Consul interfuisset, &c. Nec sane videtur Tiberius potuisse exercitum in Germania adhucdum rebellante sine Duce relinquere antequam copias in hiberna deduxisset.

Tandem cum Ovidius nusquam istius Triumphi meminerit *Lib. I. ex Ponto*, quem supra vidimus haud ante hibernum hujus anni tempus editum fuisse: hinc conjectare licet, Poëtam vix ante hujus anni finem de Tiberii Triumpho audivisse, atque proinde hunc vix ante hiemem c'e ductum. Nisi dicamus, Nasonem dum Epistolas Lib. I. colligeret, satisque ad justum volumen haberet, illas ad sequentem librum servasse, quibus Triumphum laudabat.

IV. Ut ut sit, cum nihil certi hac in re definire valeamus, satis fuerit autumasse, Poëtam potuisse citissimum sub hujus anni exitum memorare Tiberii Triumphum, praesertim Epist. I. Lib. II. Haec enim scripta videtur ubi primum de

(a) Belg. Roman. Lib. III. C. 3.
(b) Fod. Lib. C. 2. §. 13 pag. 103.
(c) Lib. II. ex Pont. Ep. I. vers. 26.
(d) Belg. Rom. Lib. III. C. 3. §. 8.

de illo eunucium acceperat; siquidem cum sic exortus esset:

Hinc quoque Caesari *pervenit fama* Triumphi,
Languida quo fessi vix venit aura Noti;

addit, vers. 19-22.

Gratia, Fama, *tibi: per quam spectata* Triumphi
Inclusis mediis est mihi: pompa Getis.
Iudice te didici, NUPER *vitanda cecidisse*
Innumeras Genices ad Ducis ora sui, &c.

Nec male hiemalem tempestatem designant, quae postea canit, vers 25.

Tu mihi narrasti, cum multis lucibus *ante*
Fuderis assiduas *nubilus Auster* aquas,
Lumine caelesti Solem fulsisse serenum,
Cum populi cultu concineente die.

Qui dies *serenus* sub aestatem nihil miri tulisset.

Quod porro subjungit:

Atque ita victorem, *cum magno vocis honore*,
Bellica *laudatis* dona dedisse *viris*:

illustratur ex Vellejj verbis, quae Lib. II. c. 121. ea subsequuntur modo de hoc Triumpho prolata: *Quem*, ait, *mihi fratrique meo, inter praecipuos domis adornatos viros, comitari contigit.* Suetonius itidem scribit, Tiberium triumphantem *prosecutos esse etiam Legatos, quibus triumphalia ornamenta impetrarat.*

V. Unde finui, ut hoc addamus, intelliguntur, quae Noster *Messalino* scribit Epist. II. eundem memorans Triumphum, vers. 81-84.

Ipse [Tiberius] *super currum placido spectabilis ore*
Tempore Phoebea virgine nexo tulit.
Quem pia VONISSEM proles *comitavit eunsem*,
Digna parente suo, nominibusque datis, &c.

Messalinus nempe ex illis erat Legatis, quibus ornamenta triumphalia fuere data, ob res in bello Illyrico praeclare gestas, ut nominatim Vellejus (a) de ipso testatur Messalino; quique adeo Tiberium in pompa triumphali *eunsem* * *comitavit.* Hunc ipsum honorem adhuc tangit vers. 91. 92.

Hunc colis, ante diem per quem decreta merenti,
Venit honoratis laurea *digna comis.*

Sic nimirum legit Cl. Nic. Heinsius, priorem versum de Tiberio intelligens, qui Messalino lauream ante diem decreverit. Verum malim, cum Codices varii sint, de ipso Augusto locum intelligere, per quem, non vero per Tiberium, ceu summum rerum gerentem laurea S. C. Ducibus decreta est. Idcirco sic potius ipsum legerem versiculum:

Hunc colis ante DEUM, *per quem decreta merenti*
Venit, &c.

Ut

(a) Lib. II. c. 112.

* Cujus vocis loco male Cl. Nic. Heinsius *ovantem* reponendum arbitratur, quod Tiberius ob res bello Germanico gestas *& ovans & curru urbem ingressus est*, scribente Suetonio. (Lib. III. c. 9.) Atqui is hoc loco de rebus loquitur à Tiberio gestis An. U. C. DCCXLV. ac subseq. quo tempore Tiberium *ovasse* tradit quoque Vellejus Lib. II. c. 96. ac Dio Lib. LV. p. 549. quod non erat confundendum cum Triumpho viginti post annis ducto, & quidem ob res Pannonicas, &c. non vero Germanicas.

Ut Ovidius hoc loco, non secus ac centum aliis (a), Augustum sub *Dei* nomine indigitet, quem *ante* alios, & praecipue colterit Messalinus. Hunc enim sensum totus contextus requirit.

Illa vero *pia proles*, quae cum Messalino aliisque Ducibus Tiberium in pompa triumphali prosecuta est, nulla certe alia, praeterquam *Germanicus* à Tiberio adoptatus, Drusoque parente naturali, uti & titulis nominibusve *Caesaris* ac *Germanici*, dignus. Ei enim, ut habet Dio (b), decreta sunt *insignia triumphalia, (quod & aliis etiam Ducibus datum) ac Praetorii honores.* Hinc quod Ovidius Ep. I. canit, in eadem Triumphi pompa Germanicum suas habuisse partes, vers. 49. 50.

Pertulit huc idem nobis, Germanice, *rumor*,
Oppida sub titulo nominis *isse* tui.

At *Drusum* Tiberii filium naturalem una quoque cum patre triumphasse, ex Dione disci perperam asserit laudatus Nic. Heinsius. Dio enim modo narrat, decretum tunc *Druso* fuisse, *etsi is in belli nulla parte fuerat, ut in Senatum, priusquam allectus in eum Ordinem esset, veniret*, &c. nulla de triumpho mentione facta.

Denique notare est, eandem Epist. II. *hiemi* scriptam fuisse, indicari vers. 93-96.

Felices, quibus hos licuit spectare triumphos,
Et Ducis ore Deos aequiparante frui.
At mihi Sauromatae pro Caesaris ore videndi,
Terraque pacis inops, undaque vincta gelu.

ANNO { Ch. XIII. U. C. DCCLXVI.
Ovidii LV. & LVI.

C. SILIO CAECINA, L. MUNATIO PLANCO COSS.

I. ETIAMSI supra concesserimus, aliquam *II. ex Ponto Libri* partem ad praecedentem annum alligari posse: Nihilo tamen minus nobis omnino videtur, ipsum Librum jam collectum nonnisi hocce anno fuisse editum Romamque missum; quod *prioris* etiam pars aliqua sub illius anni exeuntis *hiemem* exarata fuerit, prout jam ante vidimus.

II. Neque ad aliud tempus referendus est *tertius ex Ponto Liber*, quo etiam pluries praedictum Tiberii Triumphum memorat, Epist. I. III. IV. Hac vero notat, se *anno* circiter, postquam ductus ille fuerat, scribere. Etenim *opus* Rufino mittens, quod de eodem *Triumpho* carminibus condiderat, (vers. 3-6. &c.) ait, vers. 53-60.

Caetera certatim de magno scripta triumpho
Jam pridem *populi suspicor ore legi*, &c.
Non ego cessavi, nec facit inertia verum:
Ultima me vasti sustinet ora freti.
Dum venit huc rumor, properataque carmina fiunt,
Factaque sunt ad vos, annus * abisse *potest.*

O Hic-

(a) Praeter loca superius indicata, vide ejusd. Lib. Epist. III. vers. 68. Ep. VIII. vers. 2. 52. 76. &c.

(b) Lib. LVI. pag. 582.

* Confer. Lib. IV. ex Pont. Epist. XI. vers. 15. 16.

Dum tua pervenit, dum Littera nostra recurrens,
Vix mario ac terras permeat, annus abit.

Hieme autem ea se canere innuit, vers. 33. 34.

Pectora sint nobis nivibus glacieque *hiebit*,
Atque hoc, quem pator, frigidiore *loco*, &c.

Illud autem *opus* de Tiberii Triumpho, quod hoc anno Romam misit, jam Noster molitus erat, cum Lib. II. Ep. V. scriberet, ex vers. 27-35.

Nuper *ut hoc magni pervenit fama* Triumphi;
Ausus sum tantae sumere molis opus, &c.
Quod si forte Liber *vestras* pervenit *ad aures*
Tutelam mando sentiat ille tuam.

Quae si cum illis Lib. III. Ep. IV. vers. 53-60. conferantur, haud immerito videbuntur & hoc anno scripta. Etsi vero Liber ille temporum injuria perierit, plurima tamen Ponticae Nostri Epistolae nunc superstites exhibent, quae non parum ejusdem Triumphi pompam, atque ipsam Historiam illustrant.

III. Cum vero Poëta Lib. III. Ep. II. exararet, jam vernaculam Tomitarum *Linguam* didicerat, vers. 40.

Nam didici Getico Sarmaticeque loqui.

At Trist. Lib. V. El. IX. vers 36-38.

Per gestum res est significanda mihi.
Barbarus hic ego sum; quia non intelligor ulli:
Et rident stolidi verba Latina Getae, &c.

Elegia tamen XII. vers. 57. 58. ait:

Iosse mihi videor (a) *jam dedidicisse Latine:*
Jam didici Getico Sarmaticeque loqui.

Illa autem *Getica* Tomitarum lingua quid ex Graeca mixtum habuit, quod Coloni ex Milcto Graeci Tomos condiderant: Trist. Lib. III. El. IX.

Hic quoque sunt igitur Grajae (*quis crederet?*) Urbes,
Inter inhumanos nomina barbariae.
Huc quoque Milcto * *missi* venere Coloni, &c.

Hinc est quod Trist. Lib. V. El. II. canit vers. 67. 68.

Noscique est cocis quod barbara Lingua Latinae;
Grajaque *quod* Getico *victa* loquela *sono.*

Et Eleg. VII. vers. 5-12.

Turba Tomitanae *quae sit regionis, & inter*
Quos habitem mores; discere cura tibi est?
Milia sit hunc quaerunt inter Grajosque Getasque;
A malo pacatis plus trahit ora Getis, &c.

IV. Addamus & hic observationem illustrando ejusdem Lib. III. ex Ponto Epist. II. loco, ac *Cottae*, cui inscribitur, *Generi* (b) necessariam. Scilicet Ovidius de hujus Cottae *moribus* loquens, addit vers. 105-108.

Quos Volesus patrii *cognoscat* nominis auctor;
Quos Numa maternus *non neget esse suos*:

Ad-

(a) Vide Trist. Lib. III. El. XIV. vers. 45-50. quae eodem sensu sunt accipienda.

* Trist. Lib. V. El. X. vers 33.

Hic quoque, qui geniti Graja *credantur ab* Urbe,
Pro patris cultu Persica bracca *tegit.*

(b) De quo agens Theodor. Ryckius vaste erat, Not. ad Tacit. Ann. III. c. 2. T. II. p. 17.

Adjectique *probent genitica ad nomina* Cottae;
Si tu non esses, interitura domus.

Quibus Noster significat, *Cottam* ex *Valeriorum Messalarum* Gente per patrem ortum trahere; quippe Gens sua ab antiquo *Volesi* * stemmate nomen derivabat, & qui primo *Volesii* & *Volusii* fuerant dicti, postea & *Valerii* sunt vocati, ut recte Cl. Nic. Heinsius notavit. At male mox addit, Ovidium vers. 107. innuere, Cottam *adoptione in Aureliam Cottarum familiam transisse* (a). Etenim Noster clare docet Lib. IV. ex Ponto Ep. ult. Cottae *matrem* ex ista Cottarum Aurelia familia procreatam fuisse, vers. 41-44.

Te tamen in turba non ausim, Cotta, *fatere*;
Pieridum lumen, praesidiumque Fori.
Maternos Cottas *cui* Messalaque *paternos*
Maxima nobilitas ingeminata dedit.

Igitur cum *Cottae* pater esset *M. Valerius Messala Corvinus*, celeberrimus ille Orator, de cujus morte supra diximus ad An. U. C. DCCLVII. Mater vero ab Aurelia Cottarum Gente, quae *Numam* Regem habebat auctorem, descenderet; hinc est quod Ovidius priore loco dicat, *Cottas* adjectos esse ad hujus Cottae nomina *genitiva*, hoc est, huncce Messalae filium praeter *paterna* nomina tulisse quoque *Cottarum* nomen, quod nempe receperat à *matre*, ut saepe apud Romanos fiebat.

Idem porro *Cotta* Nasonis amicus post *Messallini* fratris sui mortem dictus quoque cognomine *Messalinus* fuit. Rem aperit Vellejus (b) de illo *Val. Messalino* loquens: *Qui vir*, ait, *animo etiam quam Gente nobilior, dignissimus qui &* PATREM CORVINUM *habuisset, & cognomen suum* (NB.) COTTAE FRATRI *relinqueret* †. Inde est quod ille solcat à Tacito (c) *Cotta Messallinus* dici.

Ad *Valerium Messalinum*, qui frater *Cottae* natu maximus videtur, Ovidius scribit Lib. I. ex Ponto Ep. VII. Lib. II. Ep. II. Illâ de Patre jam mortuo canit, illum olim Poëtam Nostrum inter amicos habuisse, vers. 27.

Nec tuus *est* Genitor *nos inficiatus* amicos,
Hortator studii caussaque faxque mei, &c.

Mox de *Cotta* ejus fratre subjungit:

Adde quod est frater *tanto tibi junctus amore*,
Quantus in Atridis Tyndaridisque fuit.
Is me nec comitem, *nec dedignatus* amicum *est*, &c. (d)

Paria scribit ad eundem Lib. II. Ep. II. vers. 99-104. ubi & illum laudat ob gratiam, qua valebat apud Augustum, ac paternam eloquentiam, cujus fuerat haeres, vers. 49-54.

Ad

* Rutilius in Itinerario. *Volusi* habet:

Qui Volusi *antiquo derivat stemmate nomen*;
Et reges Rutulos, teste Marone refert.

(a) Quod & nuperrime Cl. Brouckhuysen affirmavit, not. ad Tibul. & paulo ante Theod. Ryckius Not. ad Tacit. T. II. p. 58. sequuntur. scil. Scholiasten. Persii ad Sat. II. v. 72. cujus locum profert. Ryckius ibid.

(b) Lib. II. c. 112.

† Ex quo loco patet, *Messalinum* jam obiisse, cum Vellejus haec scriberet, id est, ante XVI. Tiberii annum. De ejus morte vid. Plin. lib. XXXII. c. 10.

(c) Annal. Lib. II. c. 32. L. IV. c. 20. Lib. V. c. 3. Lib. VI. c. 5. 6. 7. Lib. XII. c. 22. Ita & Plin. Lib. X. c. 22. *Sed*, (*quod constat*) *Messalinus Cotta*, *Messalae Oratoris filius*, &c. Lib. XXXII. c. 6. eum vocat *Consularem*.

(d) Lege & vers. 55-60.

Ad *Cottam* vero est ejusdem Libri Ep. VIII. & Lib. III. Ep. II. ac V. qua *juvenis* Ovidio dicitur, vers. 7.

Legimus, ô juvenis, patrii non degener oris,
Dicta tibi pleno verba diserta Foro, &c.

V. Sed ut ad Nasonis Operum seriem redeamus, *Libri IV. ex Ponto Epist. IV.* hoc certissime anno ad exitum vergente missa est *Sex. Pompejo*, cui de *Consulatu* gratulatur, quem anno geiturus erat proximo. Fingit enim Famam sic se allocutam fuisse, vers. 17.

Consule Pompejo, *quo non tibi carior alter*,
Candidus & felix proximus annus *erit*.

Deinde vers. 23. addit:

Ergo ubi, Janae biceps, longum referaveris annum,
Pulsus & à sacro mense December *erit*;
Purpura Pompejum *suamque celebit honoris*, &c.

Ille autem *Sextus Pompejus* anno subsequenti U. C. DCCLXVII. *Consul* annum fatidicus aperuit; quare haec Epistola ad eum jam designatum Consulem missa, antequam *Decembri* successisset *Januarius*, ad hunccc annum U. C. DCCLXVI. exeuntem omnino pertinet. Ante vero hanc Epist. scripserat & ejusdem Libri primam, quae non modo ordine, sed & tempore alias eidem scriptas praecessit, ut liquido patet ex vers. 1-20.

Accipe, Pompei, *deductum carmen ab illo*,
Debitor est vitae qui tibi, Sexte, *fuit*.
Qui seu non prohibes à me tua nomina poni,
Accedet meritis hoc quoque summa tuis, &c.

Pompejus ille jam ante maximis Ovidium prosecutus fuerat beneficiis, ipsomet Poëta teste, vers. 23.

Nunquam pigra fuit nostris tua gratia rebus:
Nec mihi munificas arca negavit opes, &c.

Idem confitetur, ac pluribus verbis prosequitur Ep. XV. vers. 3-20. Ubi & Pompeji facultates recenset.

ANNO { Ch. XIV. U. C. DCCLXVII.
Ovidii LVI. & LVII.

SEX. POMPEJO, SEX. APULEJO COSS.

I. SEXTO POMPEJO jam Consulatu fungenti Epistola V. Libri IV. ex Ponto inscripta est. Idcirco necesse est, ut hoc incunte anno concinnata fuerit; vel si superiore exeunte, nonnisi tamen hoc ad Consulem pervenerit. Alterutrum indicant haec Ovidii carmina, quibus tamen prior sensus convenientior mihi videtur:

Ite, leves Elegi, doctas ad Consulis *aures*;
Verbaque honorato forte legenda viro.
Longa via *est*; *nec vos pedibus proceditis aequis*:
Tectaque brumali *sub* nive *terra latet*.
Cum geldam Thracen, *& opertum nubibus* Haemon,
Et maris Ionii *transveritis aquas*;

Lu-

Luce *minus* decima* *dominam venietis in Urbem*;
Ut festinatum non faciatis iter, &c.

deinde vers. 17-24. supponit, fore ut POMPEJUS jam Consulatus officiis occupatus sit, cum ad eum haec Epistola pervenerit:

Aut reget ille suos dicendo jura Quirites,
Conspicuum signis cum premet altus ebur, &c.

II. Epistola VI. certissimo temporis charactere notatur, morte nimirum *Augusti*, hoc anno die *Sextilis* XIX. defuncti, atque *Sexennio* exsilii Nasonis; uti jam ad An. U.C. DCCLXII. N. III. (a) indicavimus. Scil. Noster canit vers. 5. 6.

In Scythia nobis quinquennis Olympias *acta est*:
Jam tempus Lustri *transit in* alterius.

Quibus ostendimus significari, tum *alterum Lustrum*, seu *sextum* exsilii Ovidiani annum modo inchoatum fuisse, cum Noster ea scriberet. Quod subsequentes de Augusto, ceu nuper mortuo, confirmant vers. 15-18.

Coeperat Augustus *deceptae ignoscere culpae*;
Spem nostram terras deseruit*que simul*
Quale tamen potuit de Coelite, *Brute*, recenti
Vestra † *procul positus* Carmen *in ora dedi*, &c.

Quae docent *recens* Augustum decessisse ac in *Divos* relatum esse. Ut Ovidius vix ante *Septembris* finem haec ad Brutum mittere potuerit; cum Noster testetur se jam ante Poëma de Augusto *Divis* jam adscripto vulgavisse. Imo jam loco indicato docuimus, vix ante *Decembrem* ea fuisse conscripta.

III. Eadem Epistola Naso de *Fabii Maximi* morte conqueritur, vers. 9-14.

Certus eras pro me, Fabiae *laus*, Maxime, *Gentis*,
Numen ad Augustum supplice voce loqui.
Occidis *ante preces*; *caussamque ego*, Maxime, mortis
(*Nec fueram tanti*) *me reor esse tuae*, &c.

At ne hac invidia Nasonem oneremus, vera istius mortis caussa ex Historicis aperienda. Tacitum (b) audiamus primum, haec scribentem: „Haec atque talia agitantibus, gravescere valetudo Augusti: & quidam scelus uxoris suspectabant. Quippe rumor incesserat, paucos ante menses, Augustum electis conscius, & comite uno FABIO MAXIMO, Planasiam vectum, ad visendum Agrippam, &c. Quod MAXIMUM uxori MARCIAE aperuisse: illam Liviae: C. Nevum (c) id Caesari. Neque multo post, exstincto MAXIMO (dubium an quaesita morte) auditos in funere ejus MARCIAE gemitus semet incusantis, quod caussa exitii marito fuisset. Dubium autem illud Taciti solvit Plutarchus (d), qui cum istis similia tradidisset; addit: *Venientem igitur, de more*, ma-

* Scil. significat, Epistolam, postquam in Italiam perlata fuerit, *decem* circiter diebus potuisse *Brundisio* ad Urbem pervenire. *Horatius* certe cum iter non festinaret, XIV. diebus Roma *Brundisium* petiit, ut ipsemet describit Lib. I. Sat. 5. Attamen Cicero *Brundisii* degens Epistolam ab Attico Romae scriptam *septimo* summum die accepit. Etenim ait, Lib. ad Att. XI. Ep. 21. *Accepi VI. Kal. Sept. litteras à te datas XII. Kal.* Nisi mendum in numeris existimemus cubare.

(a) Pag. 82. seq.

† Idcirco illud Ovidii Poëmatium, quod & cum pluribus aliis interiit. diversum fuit ab illo *Getico* in eundem Augusti obitum scripto, Lib. IV. ex Ponto Ep. 13. vers. 19-40.

(b) Annal. Lib. I. cap. 5.

(c) *Gnarum* legit Lipsius.

(d) Lib. περὶ ἀδολεσχίας.

mum Fabium (a) *& jocosum illud dicentem* Ave, *Caesar resalutavit*, Vale, *inquit, Fabi. Atque ille id intelligens, domum se illico subduxit, & vocata uxore: Rescivit, inquit, Caesar, non finisse me arcana; ideo mori mihi decretum est*, &c.

Quod dein subjungit Plutarchus, *Marciam* nempe *accepto gladio seipsam viro vivum intercepisse*, confutatur à Tacito, qui diserte testatur, eam vixisse, & auditos ejus gemitus in funere mariti, uti jam pridem Lipsio notatum. Taciti vero hac de re testimonium omnino confirmat Ovidius Fast. Lib. VI. fine; quod opus tribus abhinc annis edidit. Ibidem enim ad ultimum *Junii* diem de Templo *Herculis Musarum*, quod *Marcius Philippus* (b) restituit, agens, de *Marcia* tanquam adhucdum in vivis loquitur, vers. 801-808.

— *Sic Clio: clari monumenta* Philippi
Aspicis: unde trahit Marcia *casta genus.*
Marcia *sacrifico deductum nomen ab* Anco;
In quas par facit nobilitate jugo.
Par animo quoque forma suo respondet in illo:
Et genus, & facies, ingeniumque simul, &c.

Quibus patet, *Marciam*, Fabii Maximi conjugem, *à Marcio Philippo*, qui *Herculis Musarum* Aedem refecit, descendisse, sive fuerit ille Marciae *avus*, sive *pater*. Eum vero Torrentius aliique viri docti asserunt fuisse *Marcium Philippum*, Augusti *privignum* (c). At Noster clare prodit, *Materteram*, non vero *Matrem* Augusti, nuptam illius Aedis Restitutori (d) fuisse. Subjungit enim, vers. 809. 810.

Nupta *fuit quondam* matertera *Caesaris* illi.
O decus, o sacra femina digna domo!

Unde simul intelligitur, cur Ovidius Lib. I. ex Ponto Epist. II. suam laudans uxorem, dicat, eam *Marciae*, sicut & ante *Materteae Caesaris* dilectam fuisse, uti supra (e) notavimus. Quod nempe *Marcia* matrem, vel saltem aviam habuerit *Materteam* Augusti.

Alius est insuper locus, hic non praetereundus, quo Noster indicat, suam uxorem ex *Fabii Maximi* familia fuisse, ac *Marciam* summopere coluisse; scil. Lib. III. ex Pont. Ep. I. vers. 75-78.

Hoc domui *debes*, de qua conteris, *ut illam*
Non magis officiis, quam probitate, colas.
Cunctaque licet facias; nisi sis laudabilis, uxor,
Non poterit credi Marcia culta *tibi.*

Eis addendum, errare Lipsium, cum ad Tacitum notat, Marciae maritum esse *Fabium* illum *Maximum*, qui Consul fuit anno Urbis DCCXLII. (capit. minut.) Ve-

(a) Sic male pro *Fabium* semper habet.
(b) Sueton. Lib. II. cap. 29. ad quem vide Torrentii Not. ubi plures laudantur Scriptores, quibus id Templum fuit memoratum, uti & Nummi, quibus *Hercules Musarum* figuratur. Martialis Lib. V. Epigr. 50. docet *Porticum* huic Templo adjunctam à *Marcio Philippo*, pro more, fuisse:
Vires, censeo, Porticum Philippi:
Si te viderit Hercules, *periit.*
Adde Plin. Lib. 35. c. 10. *Zeuxidis manu Romae Helena est in Philippi Porticibus.*
(c) De qua Sueton. Lib. II. c. 8. ut qui post Julii Caes. necem *Consularis* esset.
(d) Idem videtur ac ille, qui *Tribunus-Plebis* initio belli Civilis Pompejani: *Caes.* de B.C. L. I.
(e) Pag. 50.

Verum hujus filius ille nobis omnino videtur, quod Lib. I. ex Ponto Ep. II. ad ipsum *Fabium* scribat, vers. 133. seqq.

Ille ego (sum) qui duxi *vestros* Hymenaeon *ad ignes*;
Et cecini *fausto* Carmina *digna toro.*
Cujus te solitum memini laudare libellos,
Exceptis, Domino quis nocuere suo, &c.

Inde liquet, *Fabium* huncce tunc demum uxorem duxisse, cum jam Noster *Carmina* condere soleret; siquidem in ejus honorem *Epithalamium* cecinit. Quod in Consulem Anni U. C. DCCXLIII. (Varroniani) vix cadere potest; eo minus, quod illum Ovidius *juvenem* vocat, qui tamen his temporibus jam *senex* foret, si XXII. ante annis Consulatum gessisset: Lib. II. ex Ponto El. III. vers. 55.

Scilicet indignum, JUVENIS *rarissime, ducis*
Te fieri comitem stantis in orbe Deae.

Immo *Fabius* Ovidii amicus aliquot post Nostrum annis natus est, ut mox tradit, vers. 69-72.

Movit amicitiae tum te constantia longae;
Ante tuos ortus *quae mihi coepta fuit.*
Et quod eras aliis factus, mihi natus amicus:
Quodque tibi in cunis *oscula prima dedi*, &c.

III. Epistola quoque VIII. ejusdem Libri IV. ex Ponto post Augusti obitum scripta est *Suillio*, qui Nasonis privignam duxerat uxorem*. Ibidem enim *Germanicum* alloquens, ait vers. 63. 64.

Et modo, *Caesar*, Avum, *quem virtus addidit astris*,
Sacrarum aliqua carmina parte tuum.

Germanicus nempe adoptatus à Tiberio, quem Augustus adoptaverat, *Avum* habuit Augustum. Illud autem *modo* significat, & hanc Epistolam, & ipsum in Augusti mortem opus, sub hujus anni finem, vel summum sub proximi principium, fuisse condita.

IV. Mortuo itidem Augusto Noster ea inseruit, quae leguntur *Fast. Lib. I.* ubi Poeta *Carmentam* de Romano Imperio vaticinantem sic inducit à vers. 531.

Et penes Augustos *patriae tutela manebit.*
Hanc fas Imperii fraena tenere domum.
Inde nepos natusque DEI (*licet ipse* recusset)
Pondera coelesti mente paterna feret.
Utque ego perpetuis olim sacrabor in aris;
Sic AUGUSTA *novum* JULIA *numen erit.*

Ex quibus perspicuum fit, quantopere Cl. *Norisius* (a) erraverit, dum asseruit, Ovidium *Libros Fastorum exsulem scripsisse*, *vivente adhuc Augusto*. Etenim *Nepos ille natusque Dei*, qui licet recusaret, mox tamen Imperii pondera tulit, nullus certe alius praeterquam *Tiberius* adoptione *filius* Augusti, jam *Divis* annumerati, ac ideo *nepos* Julii Caesaris, inter *Deos* utique consecrati. Ipse etiam *Tiberius*, ut Tacitus (b) testatur, perplexa & obscura oratione Imperium à se primum rejicere voluit, nec id se accipere simulavit, nisi postquam Senatus precibus ursisset. Quod & Suetonius paucis narravit (c): *Principatum*, ait, *quanvis neque ob-*

* Vide vers. 9-12. & sup. pag. 50.
(a) De Cenot. Pisan. p. 201.
(b) Annal. Lib. I. init. (c) In Tib. C. XXIV.

occupare consilium, neque agere dubitasset, & statione militum, hoc est, vi & specie dominationis assumta, aut tamen RECUSAVIT (NB.) *impudentissimo animo*, &c. Vellejus vero testis coaevus rem sic more, id est adulatorie, sic tradit, Lib. II. c. 124. *Cui tamen velut instituto Civitatis fuit; pugnantis cum Caesare Senatus Populique Romani, ut statuti paternae succederet: illisi, ut potius aequalem civem, quam eminentem haberet agere Principem. Tandem magis ratione, quam honore cessus est: cum quinquid tandem non suscepisset, perituram videret. Solique huic contigit, paene diutius recusare Principatum, quam, ut occuparent eum, alii armis pugnaverant.* Eodem Ovidius respicit Lib. IV. ex Pont. Ep. 13. ut ad annum proximum videbimus.

2. Poëta ibidem haud obscure designat *Liviae* in familiam *Juliam* & nomen *Augustae* adoptionem, Augusti testamento factam, teste Tacito, qui, Augusti morte narrata, subjungit (a): *Nihil primo Senatus die agi passus*, (Tiberius) *nisi de funeris Augusti. Cujus testamentum inlatum per virgines Vestae, Tiberium & Liviam heredes habuit. Livia in familiam Juliam, nomenque Augustae assumebatur.* Idem tradunt Vellejus (b), & Suetonius (c), confirmantque Nummi, Augusto jam defuncto cusi, Liviam sub illo JULIAE AUGUSTAE nomine repraesentantes.

ANNO { Ch. XV. U. C. DCCLXVIII. / Ovidii LVII. & LVIII.

DRUSO CAESARE, C. NORBANO FLACCO COSS.

I. EPISTOLAM 13. Lib. IV. ex Ponto *sexta hieme* sui exsilii a Nasone scriptam, superius (d) ex vers. 40. docuimus, hancque temporis notam a prava Eminentiss. Norisii interpretatione vindicavimus. Illa autem *hiems* proxime mortem Augusti sequebatur, ut ibidem obiter diximus, patetque ex his Poëtae de suo Carmine Lingua *Getica* concinnato vers 19-28.

Ah pudet! & Getico scripsi sermone Libellum:
Structaque sunt nostris barbara verba modis.
Et placui, gratare mihi, coepique Poëtae
Inter inhumanos nomen habere Getas.
Materiam quaeris? Laudes de Caesare dixi.
Adjuta est novitas numine nostra Dei.
Nam patris Augusti docui mortale fuisse
Corpus; in aetheries numen abisse domos:
Esse parem virtute patri, qui frena coactus
Saepe recusati ceperit Imperii, &c.

Ecce Poëta non modo *Augustum* jam functum ac consecratum isto laudaverat libro, sed & Tiberium ejus successorem, ad cujus fictam alludit modestiam, qua is velut coactus, & quercus miseram onerosamque sibi injungi servitutem, imperium recepit, uti docuit à Tacito ad superiorem annum N. 4. observavimus. Igitur cum mox Ovidius addat, vers. 39. 40.

—— Sed me jam, Care, nivali
SEXTA *relegatum* BRUMA *sub axe videt*:

Hinc

(a) Annal. Lib. I. c. 11.
(b) Lib. II. c. 75.
(c) In Aug. c. 101.
(d) Pag. 81 & 83.

Hinc manifestum est, Epistolam hancce *hieme*, quae proxime Augusti obitum secuta est, *Caro*, itidem Poëtae *, missam à Nostro fuisse, id est, vel anno superiore desinente, vel hoc incipiente, quod magis mihi placet. Vix enim Naso tot Carmina & Latine & Getice exarare ante superioris anni finem potuisset, quot ante vidimus ab ea conscripta, ex quo noverat, Augustum decessisse, scil. ab exeunte citissimum *Septembri*. Praeterea monet Severum Epistola II. se his temporibus rarius quam ante scripsisse; vers. 23-30.

Da veniam fasso; studiis quoque fraena remisi:
Ducitur & digitis littera rara *meis*, &c.

II. AESTATE vero hujusce anni Naso *Epistolam* X. ejusdem Libri IV. *Albinovano Pedoni* † dedit, cum sic exordiatur:

Hic *mihi Cimmerio* bis tertia *ducitur* aestas
Littore, pellitos inter agenda *Getas*.

Scilicet Ovidius anno U.C. DCCLXII. ad finem vertente, ut supra demonstravimus, *relegatus* est; adeoque *sexta* ab hoc termino *aestas* in medium annum U. C. DCCLXVIII. certissime cadit. Sub initium vero *aestatis* ea fuisse calamo mandati exinde discimus, quod Noster dicit, *sextam* hancce *aestatem*, quae ipsi tum ducebatur, *agendam* sibi inter Getas esse.

ANNO { Ch. XV. U. C. DCCLXIX. / Ovidii LVIII. & LIX.

T. STATILIO TAURO, L. SCRIBONIO LIBONE COSS.

I. NULLI praeterquam huic anno assignanda venit *Epistola IX. Lib. IV. ex Ponto*, quam Ovidius *Graecino* Consuli in posteriorem anni partem designato misit, exoptans ut ea posset Romam ante venire, quam ille Fasces assumsisset Consulares, vers. 3-6.

Missaque Di faciant Auroram occurrat ad illam,
Bis senos Fasces *quae tibi* prima dabit.
Ut, quoniam sine me tanges Capitolia CONSUL,
Et fiam turbae pars ego nulla tuae;
Iu Domini subeat partes, & praestet amici
Officium jusso littera nostra die.

Deinde tempus, quo *Graecinus* Consul futurus erat, patet ex vers. 57-60.

Altera laetitiae, nec cedens caussa priori,
Successor *tanti* frater *honoris erit.*
Nam tibi finitum summo, *Graecine*, DECEMBRI
Imperium, JANI *suscipit ille* die, &c.

Significat nempe Poëta, *Graecinum* Consulatu functurum ad finem usque *Decembris* fuisse, moxque *fratrem* Kalendis *Januariis* ei successurum. *Frater* autem ejus Ovidio dicitur FLACCUS vers. 69. 75. qui merito doctis compluribus viris jam dudum visus est L. POMPONIUS FLACCUS anni proximi U.C. DCCLXX. Consul ordinarius in Fastis signatus. Alius quidem *Flaccus* Consulatum anno U.

P C.

* Vide ibid. vers. 1. 11. 12. 43 46. ac Epist. XVI. vers. 7. 8. unde liquet, Carum de *Hercule* Poëma scripsisse, atque Nasonis sodalem fuisse.

† Is tunc temporis *Thesseida* condebat, vers. 71 76.

C. DCCLXVIII. gessit. Verum is ex *Norbanorum* Gente fuit, ille vero *Nasonis* amicus, ac *Graecini* frater, ex *Pomponiis* erat. Hoc nos docet antiquus Lapis a Cl. Reinesio (a) vulgatus, qui inscribitur C. POMPONIO C. F. GRAECINO PRAEF. URB. &c. Probat & Tacitus (b) id *Graecini* cognomen in *Pomponiorum* familia fuisse, narrans anno U.C. DCCCX. sub Neronis Principatu *Pomponiam Graecinam, insignem foeminam Plautio, qui ovans se de Britannis retulit, nupsam* esse. Unde Reinesio *Graecinus*, illo Lapide signatus, videtur filius ejus *Graecini* (c), qui Cos. An. U. C. DCCLXIX. L. Pomponium Flaccum Cos. An. U. DCCLXX. fratrem habuit, sororem (d) *Pomponiam Graecinam*, Plautii Triumphalis uxorem. Ita & doctissimus Norisius (e) de L. Pomponio Flacco Syriae Praeside: *Is*, inquit, *gesserat Consulatum An. U.* DCCLXX. *Pomponio Graecino fratri semestri Consuli suffecto successor datus*; quorum fratrum Magistratus laudat *Ovidius Lib. IV. de Ponto El. IX.*

Aliud insuper argumentum ex Inscriptionis fragmento mutuamur, quod apud Ill. Ciampinum Romae asservatum Cl. *Henricus Copes* Sylva-Ducensis Senator ad Amplissimum *Cuperum* Daventriensem Consulem, ac summis pluribus aliis muneribus tam egregie functum misit, Epistola Romae An. Ch. MDCLXXXXV. data, cujus apographum eruditissimus ac amicissimus Vir *Eduard. Holstenius* Ultrajectinus mecum communicavit, & quod postea apud Cl. *Fabrettum* (f) integrius legimus. Id sic se habet:

GELOS DIVI AVGVSTI L. EX DEC...
POST MORTEM FILII SVI NO....
FECIT ET DEDIC....
IIII. NONAS MAIAS T. STATILIO TAVRO
P. POMPO....

Jam vero *Sisenna Statilius Taurus* Cos. ordinarius cum *P. Libone* An. U C. DCCLXIX. Tacito (g) & Dioni (h) notatur, Fastique suffragantur. Igitur ille qui hoc fragmento cum Tauro signatur, quique ut satis clare apparet, dictus fuit POMPONIUS, eodem anno suffectus Consul est, in locum forte *Libonis*; nec alius videtur, quam *Pomponius Graecinus* Ovidii amicus, ac *L. Pomponii Flacci* frater.

(a) Syntag. Insc. p. 435.
(b) Annal. Lib. XIII. c. 32.
(c) At is ex Insc. seq. Dictus P. (non C.) *Pomponius*. Mirum vero Doctiss. Reinesium L. C. existimare, pro PRAEFECT. VRB. legendum, PRAEFECT. FABRûm; atque in *Praef. Fabrûm* convenire caetera viri munia, Scil. X. VIR. STL. IV, &c. Nec certe alio probaret exemplo, *Consulis* filium, &c. tam infima dignitate, ac *Praef. Fabrûm*, unquam functum esse.
(d) *Filiam* potius dicendum erat, ut recte *Ryckius* ad illum Taciti loc. censet, tum ob aetatem *Graecini* & fratris ejus, utriusque his temporibus Coss. tum ob *quadraginta* annos, quinos post *Juliae* Drusi filiae necem superfuisse, testis est Tacitus. Etenim ista *Julia* dolo Messalinae sublata An. U. C. DCCXCV. Unde ad annum DCCCX. de quo agit ibidem Tacitus, elapsi XV. anni. At ulterius adhuc, & ad annum usque U. C. DCCCXXXV. vitam produxit. Additis enim XL. ad illum DCCXCV. fiunt DCCCXXXV. Ut recte Historicus ille notaverit. *Longaevam* huic Pomponiae aetatem fuisse. Si vero ea natalem vel ipsum annum U. C. DCCLXX. quo Pomponius Flaccus Consul fuit, habuisset; tum anno U. C. DCCCXXXV. jam annos modo LXV. nata fuisset, &c.
(e) De Epochis Syro-Maced. Diss. III. Cap. IV. p. 166. Edit. Lipsi. at 142. Edit. Flor.
(f) Synt. Insc. p. 701. n. 224.
(g) Annal. Lib. II. c. 1.
(h) Lib. LVII. p. 612.

ter. Dolendum est, quod omnia ejus nomina, legi non potuerint. *Taurum* porro ibidem memoratum eundem esse cum hujus anni Consule, facile colligitur ex alio Lapide integro, penes eundem Ill. *Ciampinum*, quem ipse Cl. Copes etiam descripsit, ac Cl. Fabretti (a) vulgavit, quem vero Centumviri Municipii Augusti Vejentis in honorem istius *Gelotis* D. Augusti Liberti consecrarunt GAETULICO ET CALVISIO SABINO Coss. hoc est, anno U. C. DCCLXXIX.

An autem *Graecinus*, suffectus Consul, fuerit *Semestris*, ut Cl. Norisio visum, definiri certo nequit. Etenim licet sub Augusto solerent Consules suffecti esse *Semestres* à *Kal. Julii*s ad finem usque anni; attamen res haud constanter eodem modo se habuit Tiberio Principe. Is, teste Dione (b), quosdam Coss. *ad longius, alios ad brevius temporis spatium designabat: itemque nonnullos etiam citius, quam constituisset, loco movebat; aliis, ut diutius in Magistratu essent, concedebat*, &c. Inde est, quod in fragmento Fastorum Municipalium apud Gruterum (c) signantur Coss. *suffecti*, quidam VII. ID. MAI. alii KAL. JUL. alii KAL. OCT. Immo cum ex 1°. Lapide *P. Pomponius* jam IIII. NON. MAI. Consul fuerit, inde corruit omne opinionis Norisianae fundamentum; nec verisimile videtur, cum Consulatu abiisse ante Decembris finem.

II. Ea, quamvis prolixa, non videbuntur tamen supervacua, cum & hujus temporis Historiam, & Nasonis carmina non parum illustrent. Ex eodem instituto hic notandum insuper venit, quod Noster eadem *Epistola* significat, utrumque scil. *Graecinum* ac *Flaccum*, Consules Tiberii gratia creatos, vers. 67-70.

Multiplicat tamen hunc *gravitas* Auctoris honorem:
Et majestatem res data dantis *habet.*
Judiciis *igitur liceat* Flacco*que* tibi*que*
Talibus Augusti *tempus in omne frui.*

Tiberius enim ubi primum Caesari Octaviano *Augusti* cognomine dicto successit, idem quoque cognomen assumsit *, quod & alii postea continuo usurparunt. Nec alius, quam Tiberius hic intelligi potest, siquidem Ovidius postea de Augusto antecessore, ceu jam defuncto & consecrato, loquitur, vers. 105-110. & 127-134. (d)

Hinc porro patet, *Flaccum* illum non esse *Norbanum* An. U.C. DCCLXVIII. Consulem; cum Tacitus testetur (e), Tiberium eo anno *primum* Comitia Consularia habuisse. Idcirco haud ante Flaccus ac Graecinus potuerunt consules à Tiberio designari: nec etiam potuit haec Nasonis *Epistola*, quam versamus, ante eadem Comitia eundemque annum scribi. Unde quae superius diximus adeo valide confirmantur, ut nullum supersit dubium, quin eadem *Epistola* hoc anno DCCLXIX. & quidem paulo ante Kalendas MAJAS, (ex Lapide sup. p. praeced. prolato) *Graecino* jam Consuli designato, & mox Magistratum inituro ad anni forsan usque exitum, missa fuerit.

(a) Syntag. Insc. p. 170.
(b) Lib. LVIII. p. 633.
(c) Insc. Thes. p. 1087. n. 1.
* Hinc & Ep. XIII. Lib. IV. Ovidius id Tiberio tribuit, vers. 25. vid. sup. p. 112.
(d) Ex quibus manifestum est, Carmen illud, jam *Augusto* vita functo, ac inter sidera locato, exaratum fuisse. Ut merito exinde Cl. *Joan. Vignoli* miratus sit, viro doctissimo *Ger. Vossio* visum esse, & quidem ex hoc Poëmate, Augusti Apotheosin, quam Ovidius in Exsilio cecinit, eidem Principi adhuc viventi scriptam fuisse: *de Colum. Anton. Pii*, p. 85.
(e) Annal. Lib. I. c. 81.

III. Addamus & ibidem Ovidium docere, *Pomponium Flaccum* paulo ante hoc tempus *Mysiae* (a) *Ponto*que praefectum fuisse, titulo proinde *Legati Propraetoris*, cum nondum Consul fuisset; atque res armis praeclare in illa regione gessisse. Addit enim, vers. 75-80.

Praefuit his, Graecine, locis MODO Flaccus; *& illo*
Ripa *ferox* Ister sub Duce *tuta fuit.*
Hic tenuit Mysas *gentes in pace fideli:*
Hic arcu fisos terruit ensa Getas.
Hic captam Trosmin * *celeri virtute* recepit,
Infecitque fero sanguine Danubium.

Deinde significat, *Flaccum* illis praefuisse regionibus, cum jam ipse Ovidius esset in exsilio: Rogans enim ut Graecinus à fratre quaereret *loci*, ubi Noster exsulabat, *faciem, Scythicique incommoda Coeli*, (vers. 81.) addit, vers. 87-90.

Haec ubi nosverit, quae sit mea fama, require;
Quoque modo peragam tempora dura, roga, &c.

Et cum dixisset, se Augusti *Natalem* Ludis in exsilio celebrare Solitum fuisse, subjungit, vers. 119. 120.

Is quoque, quo laevus fuerat sub Praeside Pontus,
Audierit *frater forsitan ipsa tuus.*

Tacitus etiam dum narrat (b), *Pomponium Flaccum*, consulatu jam functum, anno U. C. DCCLXXII. *Moesiae* à Tiberio praefectum loco *Latinii Pandi* fuisse, indicat, eum & ante ibidem cum imperio fuisse.

IV. Neque omittendum, quod Ovidius ibidem de privilegiis ac immunitatibus canit, quibus fuerat à *Tomitis*, ac vicinis oppidis exornatus vers. 97-104.

Hoc fecit, ut misero faveant adsintque Tomitae;
Haec quoniam tellus testificanda mihi est, &c.
Nec mihi credideris: exstant decreta, *quibus nos*
Laudat, & immunes publica cera fecit.
Concessis miseris haec quanquam gloria non est,
Proxima *dent vobis* oppida *munus idem.*

Idem significat Epistola XIV. qua convicia a se removet, quibus dicebatur *Tomitae* carminibus affecisse: vers. 47-54. Addit etiam se coronatum ab illis fuisse, vers. 55.

Tempore sacrata mea sunt celata corona,
Publicus invito quam favor imposuit, &c.

Proculdubio carminis gratia, quod *Getice* ab eo concinnatum, supra vidimus.

V. Caeteras vero ejusdem Libri Epistolas, cum temporis notae desint, nobis non licet ad certum alligare annum. Paret tantum insuper, XII. *Tuticano* post Augusti obitum datam esse, ex vers. 39. 40. Eâ deinde posterior est *decima quarta*, ut collatio docet.

An-

(a) *Moesia* dicitur Tacito Lib. I. c. 80. &c. uti & in Lapidibus apud Gruterum variis. Illo pag. 413. *Ti. Plautius Sylvanus* inscribitur Claudii Caesaris LEGAT. PROPRAET. MOESIAE. Nondum enim in duas Provincias, superiorem ac inferiorem, divisa fuerat *Moesia*.

* Prolemaeo est Mysiae inferioris oppidum.

(b) Annal. Lib. II. c. 66.

ANNO { Ch. XVII. U. C. DCCLXX. / Ovidii LIX. & LX.

C. CAECILIO RUFO, L. POMPONIO FLACCO COSS.

I. GERMANICUM his Consulibus *ad VII. Kal. Junias triumphavisse de Cheruscis, Chattisque & Angrivariis, quaeque aliae nationes usque ad Albim colunt*, disserte tradit Tacitus (a). Idcirco haud ante hunc annum Ovidius FASTORUM Libros edidit; siquidem istius *Triumphi* meminit Lib. I. sic ipsum alloquens *Janum*, à vers. 277.

At cur pace *latet, motisque recluderis armis*, &c.

Mox Deus respondet:

Pace fores obdo; ne qua discedere possit:
Caesareoque diu *numine* clausus ero.

Ipseque Poëta subjungit ad Germanicum:

Dixit, & attollens oculos diversa tuentes,
Aspexit toto quidquid in orbe fuit.
Pax erat, & vestri, Germanice, *caussa* triumphi:
Tradiderat famulas jam tibi Rhenus *aquas*, &c.

Equidem jam ab anno U. C. DCCLXVIII. *Triumphus* ille de Germania eidem Principi decretus fuerat, ut ipse Tacitus ante (b) narraverat: ac proinde saltem haud ante istum annum *Fasti* fuerunt vulgati. Quod & alii characteres supra recensiti, cum de Augusti morte diceremus, comprobant. At vero non videtur Poëtae verbis consentaneum, si affirmaretur, eum ob oculos *Triumphum* modo decretum, nec adhuc ductum, his carminibus habuisse.

Alterutrum tamen seligat Lector eruditus, satis confutatus fuerit Bucherius, uti & Norisius, qui autumaverunt, *Fastos* anno U. C. DCCLIX. vel demum Ovidio exsulante, at Augusto adhucdum vivente, in lucem venisse.

Itaque Naso id opus, sua in exsilium fuga ruptum, (Trist. Lib. II. à vers. 549.) deinceps, & his quidem temporibus, absolutum, plerisque additis ac mutatis, *Germanico* Caesari inscriptum publici juris adhucdum exsulans, & paulo ante obitum, fecit. Hunc enim Principem primis Libri I. carminibus interpellat, & ad sidera tollit; sicut & aliis in locis, ac praesertim Lib. IV. ubi etiam sui meminit exsilii vers. 80.

Salmonis gelidi patriae, Germanice, *nostrae.*
Me miserum, Scythico *quam procul illa* solo *est!*
Ergo ego? tam longas sed supprimo, Musa, querelas.
Non tibi sunt moesta sacra canenda lyra.

II. Ex illis porro Lib. I. Carminibus liquet, pacem hoc tempore per Orbem fuisse compositam, ideoque JANI fores obseratas. Hoc quidem Bucherius vidit à Poëta significari, sed in eo hallucinatus est, quod rem ad annum U. C. DCCLIX. retulit. Nec rectius Eminentiss. Norisius (c) autumavit, „ quae de „ Jano clauso Ovidius cecinit, pura puta Poëtae vota censenda esse, Trium- „ phum-

(a) Annal. Lib. II. c. 41.
(b) Ibid. cap. 26.
(c) De Cenot. Pis. p. 201.

„ phuanque Germanico augurari; quod Libros Fastorum exsul scripserit, vi-
„ vente adhucdum Augusto. Quae sat superque ex superius discussis conveniun-
tur, ut iis longius immorari opus non sit.

III. Praeterea valide confirmatur, FASTORUM Libros haud ante hunc annum editos esse, ex Lib. II. ubi Poëta TIBERIUM laudat ceu Templorum restitutorem, à vers. 55.

Principio mensis Phrygiae conterminus matri
Sospita delubris dicitur aucta novis.
Nunc ubi sunt, illis quae sunt sacrata Kalendis,
Templa Deae? Longa procubuere die.
Caetera ne simili caderent labefacta ruina,
Cavit sacrati provida cura Ducis:
Sub quo delubris sentitur nulla senectus.
Nec satis est homines; obligat ille Deos.
Templorum positor, Templorum sancte repositor,
Sit Superis, opto, mutua cura tui,

Hic nempe cum Ovidius notasset, *Junonis Sospitae* Templum, quod olim conterminum Aedi *Phrygiae matris*, * id est, Cybeles, dicatum *Kalendis Junii* fuerat, ita funditus periisse quando haec scribebat, ut tunc temporis ne vestigia quidem illius Templi superessent: addit, providam *sacrati Ducis*, hoc est: Imperatoris *Tiberii* tum rerum summam gerentis curam cavisse, ne talis ruina caeteris quoque Deorum Templis obtingeret; quae proinde jam restituerat: unde Nasoni, dicitur *Templorum positor & repositor.*

Jam vero Tacitus (a) in hujusce anni actis haec de *Tiberio* recitat; *Eisdem temporibus Deae Aedes vetustate aut igni abolitas, coeptasque ab Augusto, dedicavit: Libero, Liberaque & Cereri juxta Circum maximum, quam A. Postbumius dictator voverat: eademque in loco Aedem Floae, ab Lucio & Marco Publiciis Aedilibus constitutam: & Jano Templum, quod apud Forum Olitorium C. Duilius struxerat*, &c. Ea plures Deorum Aedes, quas hoc anno restitutas dedicavit *Tiberius*. Ut eo respicere prorsus *Naso* videatur.

Equidem hunc *Ovidii* locum ad *Augustum*, non vero *Tiberium*, solent non modo Commentatores, sed & alii complures doctissimi viri referre. At Noster *Augusto* jam mortuo factorum Libros certissime recensuit ac vulgavit, ut supra pluribus demonstravimus. Igitur *sacrati Ducis* nomine nullus alius venit intelligendus, praeterquam ipse *Tiberius*; siquidem eum ceu viventem laudat, ipsique mutuam Deorum curam exoptat, sicut & longaevos annos, dum subjungit:

Dent tibi Coelestes, quot tu Coelestibus, annos,
Proque tua maneant in statione domo.

IV. Si vero Poëta Noster post illum Germanici Triumphum *Fastos* ad umbilicum perduxit, ac in lucem emisit; hinc necesse fuerit, ut ante *medium* huncce annum minime decesserit. Etenim *Hieronymus* in Chronico ejus obitum refert ad an-

* Quod erat in monte Palatino, ut ipsemet Augustus testatur in monumento Ancyrano: *Aedem matris magnae in Palatio feci.* Ibidem & jam ante *simulacrum matris Deae* fuisse, scribit Dio Lib. LXVI. ad An. U. C. DCCXI. Idcirco hallucinatur *Nardinus*, censens Ovidium de altero *Junonis Sospitae* Templo in foro Olitorio intelligendum esse, de Aut. Roma Lib. VI. c. 14. p. 398. & Lib. VII. c. 4. p. 432. Edit. Ital. in 4. vide hac de re Cl. *Beberedi* notas in celeber. Graevii Praef. Tom. IV. Antiquit. Rom.

(a) Annal. Lib. II. c. 49.

nnum Abrahae MMXXXIII. qui à Septembri superioris anni decurrebat: Ovidius, ait, *Poëta in exsilio diem obiit, & juxta oppidum Tomos sepelitur.* Quae proculdubio, non secus ac alia de Viris Illustribus plurima, mutuatus est à Suetonio.

Quoad Ovidii *sepulchrum* spectat, grave non erit hic apposuisse, quae Stephanus Zamosius in Analectis Daciae Antiquitatum (a) profert. „Eusebius scribit in „ Chronicis Ovidium Tomis, oppido Moesiae inferioris, esse sepultum, quod „ nunc *Tomes-Var* esse putatur, in finibus Daciae etiamsi in eo describendo varii „ sint veteres. Pontanus autem in Libro de Magnificentia, cap. 15. tradit, ex „ ore Georgii Trapezuntii, Tomitanos Scythas Ovidio Poëtae vita defuncto, „ collata e publico pecunia, propter ingenii nobilitatem tymbou magnifice struxisse, ante oppidi portam, in loco maxime celebri: quamvis ille, & peregrinus esset, & ab Augusto Caesare proscriptus. Verum hanc utriusque conjecturam recentiorum experientia emendavit. Scribit enim Caspar Bruschius „ anno 1508. Ovidii sepulchrum, lapideum cameratum, epitaphioque ornatum, „ in oppido Sabaria patria Divi Martini Episcopi, esse inventum. Id oppidum „ in Pannonia superiore Ptolemaeus ponit, cujus meminit Plinius, Antoninus „ in itinerario, Ammianus & alii.

Ortelius vero, ut hoc inferamus, de *Sabaria* scribens: „Sabaria, inquit, Lazio (b) Austriae oppidum est ad Angrum fluvium nomine *Stain.* Gaspar Bruschius dicit hic anno MDVIII. sepulchrum OVIDII NASONIS inventum, tesludine magnificum, & hoc epitaphio ornatum:

FATUM NECESSITATIS LEX
Hic situs est Vates, quem divi Caesaris ira
Augusti, patria cedere jussit humo.
Saepe miser voluit patriis occumbere terris,
Sed frustra; hunc illi fata dedere locum.

At, ne de horum carminum elegantia disputemus, vix credibile videtur, Ovidium *Sabariae*, quae fuit à Tomis haud parum dissita Urbs, sepulchrum habuisse, maxime cum Hieronymus diserte scribat, eum juxta *oppidum Tomos sepultum* fuisse. Nec id verisimile efficit quod *Zamosius* subjungit: „Credo autem eum „ (Ovidium) non uno in loco constitisse, sed in Pannonias quandoque divertisse, „ ut taedium solitudinis levaret, doctorum virorum consortio, qui isthuc ex „ Italia frequentes advenrabant, ubi cum tandem mors insperata oppresserit. Absurdum enim prorsus est, Ovidio licuisse tam longe ab exsilii loco divertere, vel etiam dum exsularet commercium cum aliis Romanis illuc adventantibus habuisse; siquidem hoc nusquam verbulo innuit. Verisimilior esset *Lazii* (c) conjectura de Sabaria scribentis: „Relatum, ait, est mihi denique a fide digno sene, „ Friderici tertii Caesaris aetate tumulum effossum cum ossibus, in cujus saxis „ *P. Ovidii Nasonis* adscripta fuissent. Eaque à Jaurienfi Episcopo, cujus illa „ est Dioecesis, ablata esse. Ut credendum sit, exsulem Ovidium, posteaquam „ impetrata gratia, è Ponto rediisset, Sabariae rebus humanis exemptum esse, „ & sepultum.

Sed haec non secus ac illa cum Hieronymi testimonio adversa fronte pugnant; nec ullus dubito, quin illa de Nostri tumulo *Sabariae* reperto narratiuncula sit ad

(a) Cap. 4. pag. 17. ad calcem Wolfgangi Lazii Commentar. de Rep. Rom. An. 1598.
(b) Comment. Reip. Rom. Lib. XII. c. 2.
(c) Lib. cit. p. 967.

ad fabulas ex mala fraude natas ableganda. Quis etiam vix credere posset, Ovidium *Tomis* sepultum fuisse, cum animum adverterit ad haec Poëtae verba Trist. Lib. I. El. 3. vers. 61-77.

Nam si morte carens vacuam volat altus in auras
Spiritus, & Samii sunt vera dicta senis;
Inter Sarmaticas Romanus vagabitur umbras,
Perque feros Manes hospita semper erit.
Ossa tamen facito parva referantur in urna.
Sic ego non etiam mortuus exsul ero.
Non erit hoc quisquam; fratrem Thebana peremptum
Sepelivit tumulo rege vetante soror.
Atque ea cum foliis & amomi pulvere mista:
Inque subturbano condita parva solo.
Quisque legat cursus oculo properante viator,
Grandibus in tumuli marmore caede notis:

HIC EGO QUI JACEO TENERORUM LUSOR AMORUM
INGENIO PERII NASO POETA MEO.
AT VIRI, QUI TRANSIS, NE SIT GRAVE, QUISQUIS AMASTI,
DICERE, NASONIS MOLLITER OSSA CUBENT.

Hoc satis in tumulo est: — — —

Nec certe quicquam in Nasonis operibus occurrit, quod nos ad ejus vitam ultrius promovendam cogat. Imo temporum signa superius exinde discussa huc tantum nos dicunt, hicque prorsus deficiunt. Ut ratione testeque omnino careat, quod idem *Zamosius* (a) habet: „ Mortuus (Ovidius) esse fertur ingravescente jam „ aetate, anno V. Tiberii, Kalendis Januarii, anno ab Urbe condita DCCLXXI. „ cum Servator Christus esset annos natus XXI. Neque sane V. Tiberii annus coepit, nisi die mensis Sextilis XIX. anni U. C. DCCLXX. Capitolini, seu DCCLXXI. Varroniani, quo cum currebat annus AErae vulgaris Christianae XVIII. Idcirco Zamosius scripserat, vel saltem scribere debuit, Christum XIX. non vero XXI. annos natum fuisse, illo labente, anno U. C. DCCLXXI. Capitolino nempe, ac DCCLXXII. Varroniano, cujus *Kalendis Januariis* Poëtam obiisse, gratis affirmatur. Nec certior est haec *Ciofani* assertio: „ Vixit annos „ LVII. menses IX. dies XI. In exsilio mansit annos septem, & dies XXI. Pe„ rit Kal. Januarii, qua die Titus quoque Livius decessit. Omnes enim hi numeri sunt erronei, facileque ex superioribus diligenter discussis diluuntur; siquidem exinde constat, NASONEM LIX. annos, & aliquot insuper menses vixisse, atque VIII. (b) exsilii anno decessisse; ante nimirum *Septembris* initium, quo juxta Eusebiani Chronici calculos exiit annus ille Abrahae MMXXIII. cui Hieronymus, ejusdem Chronici interpolator, OVIDII obitum affigavit.

(a) Loco sup. cit.
(b) Quod male negat Scaliger ad IX. annum deducens Nasonis exsilium. Animad. in Eus. Chron. pag. 182. & quidem invitis, quas ipsemet ante apposuit, rationibus, ut facim ut cunctis Lectori patebit.

FINIS.



VIRO
CLARISSIMO ET ERUDITISSIMO,
&c. &c.

PETRO BURMANNO

S. P. D.

JOANNES MASSON.

DIN tandem Dissertatiunculam, paucarum horarum opus, licet anno praeterito promissam, ad Te mitto; ignorans tamen, an *Ovidius* Tuus cito sit in lucem proditurus, atque in eodem consilio, de Poëtae vita, à me concinnata, simul edenda permaneas. Utut sit, omnia mea Tuo & judicio & arbitrio permitto. &c. Londini VII. Id. April CIƆIƆCCXXIV.

JOANNIS MASSON DISSERTATIO

De Antiquo

VEIDII POLLIONIS

Nummo: quem Viri Celeberrimi perperam

OVIDIO NASONI

adscripserant.

I. QUAE hac de re olim in Poëtae VITA, per transennam & partim ex conjecturis ratiocinationibusve adversus Viros Maximos notaveram; hic scorsum mihi retractanda videntur; ut nunc tandem veritas in toto summaque luce collocetur, post quam illud Antiquitatis Monumentum à me conspectum, ac ad accuratius examen revocatum fuit.

II. Scilicet, ne longis utar ambagibus, cum *Romae* per aestatem An. 1750. degerem, maximo zelo, nec minori cura perquirebam, an adhucdum, & ubinam extaret ille *Nummus*, quem tot ante annis ibidem apud Ill. Matronam, *Felicem Rondaninam*, viderat, indeque, ceu OVIDII NASONIS nomen ac caput praeferebat, vulgaverant Viri supra laudati, *Nicol. Heinsius*, & *Ezech. Spanheimius*. Eum sic investigandi succurrit Cl. V. *Franciscus Blanchinus*, tum Camerarius CLEMENTIS XII. P. Honorarius, narrans idem Cimelium tunc temporis asservari in Museo Eminn. Card. OTTOBONI, cui à Secretis paulo ante fuerat. Mox ejus humanitate, & benevolentia comitante, *Nummum* tractans, statim facile perspexi, nihil dubitante docto eodem viro, illum revera nebulonis cujusdam fraude adulteratum, pro ut jam ante augurabar, fuisse, & tanta quidem imperitia, ut plura cernerentur artificii vestigia, nonnullique superessent antiquarum literarum ductus, quos *Bariae*, ut vocant, credere non potuerat, vel neglexerat; dum illo usus instrumento conabatur NAZON formare, ex parte nominis MAIZAPEΩN quae solummodo, Monetarii culpa, seu negligentia, in ipso Nummo percussa primitus era: (a). Ex posterioribus nimirum istius vocabuli literis, ZAPEΩN, haud difficile vafro Artifici fuit NAZON scalpere. Dolum ut longius prosequar, operae pretium non est, cum melius eundem possit Lector intelligere, ex *Mazzei* delineatione, his praefixa, & multo quidem accuratiore, quam illa, jam dudum à viris Illustrissimis divulgata.

III. Itaque vel hinc palam fit, eo in *Nummo* nihil aliud supplendum & legendum,

(a) Sic & ab altera Mazzei parte, eandem ob causam, hae tantum exhibentur litterae: ΜΕΝΑ —— ΑΣΙΟΓ, quae pars sunt integrarum vocum, ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ ΠΑΡΓΑΣΙΟΓ.

Apud Ordinem pag. 144.





cum, quam quod in alio ejusdem generis, at integerrimo conspicitur, penes Illustrissimum Comitem *Pembrokiae* cum aliis quamplurimis & rarissimis, quemque hic etiam repraesentamus. In hujus nempe prima facie elegantissimis litteris, uti & evidentissimis legitur: ΟΥΗΙΔΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ, circum *Caput imberbe*, at quod aerugine sic est inductum, ut vultus haud certo dignosci possit; etiamsi credam cum omnino esse AUGUSTI. Ab aversa deinde parte habetur *Caput barbatum*, & laureatum, quantum licet per eandem aeruginem judicare, atque adeo ipsiusmet *Jovis*, hac signatum Epigraphe: ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ ΠΑΡΡΑΣΙΟΥ; id est, *Menander Parrhasii filius*, non vero, ut doctissimus Spanhemius supplebat & interpretabatur, *Menandri Parrhasii*.

IV. Hunc autem Nummum antea possidebat Cl. *Joh. Langston*, apud quem eum olim descripseram; idemque proinde est, (quod dissimulare nolo, nec debeo) quem protuli, ut qui *Litteris fugientibus* nomen quoque *Pollionis* haberet. Verum in hunc errorem iueram inductus, quod *Vitam Ovidii*, aliquot post annis, delineans, in meis reperirem schedis *puncta* inter voces, ΟΥΗΙΔΙΟΣ ac ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ, adnotata, quae tunc festinanter nimis scribens intellexi, ac si significarent, alias interfuisse litteras, quae haud clare legerentur; cum tamen ipsa forent extra Epigraphes circulum signata, nec aliud indigitent praeter quam quod Galli *Grenetis* vocant. Hanc igitur festinationem meam, vel, si mavis temeritatem facile postea detexi, cum eundem *Nummum* in Gaza *Pembrokiana* diligentius tractavi. Unde nunc illum summa fide curaque delineatum Lectoribus exhibeo, ut mihi libentius praeteritum condonent erratum.

V. Nihilo tamen minus POLLIONIS cognomen ipsimet VEIDIO fuisse, ex aliis constat *Nummis*, in eadem Urbe *Caesareu* cusis. Unum id genus Aer. primi moduli inspiciendum mihi praebuit vir Cl. *Mode*, Ultrajectinus, qui dum viveret scientiam quoque Numismaticam colebat. Illi par erat, quem *Goltzius* jam dudum vulgaverat (a), hinc cum *Augusti* Capite nudo hac epigraphe: ΟΥΗΙΔΙΟΣ ΠΩΛΛΙΩΝ ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ. illinc cum *Templo* octo columnarum hisque nominibus: ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ ΠΑΡΡΑΣΙΟΥ Similem, quo ad *Caput* & *Templum*, in Aere mediocri penes insignem, cum in vivis esset, Mercatorem Londinensem, nomine *Laxton*, qui eum ex *Asia*, *Smyrnaeve* attulerat. Verum in eo ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ modo legebatur, caeteris litteris omnino detritis. Unde est quod postea, cum Numismatica *Laxtonis* supellex in Potentissimi Ducis DEVONIAE Gazam transiret, numnus iste fuerit neglectus, nec amplius eum potuerim ibidem reperire. Idcirco affirmare nequeo, eandem in isto, ac in *Modeano* & *Goltziano* Nummo, Epigraphen circum caput primitus impressam fuisse, vel potius hanccc: ΠΩΛΛΙΩΝ ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ. Hoc certe modo se legisse, Cl. *Spanhemius* testatur, circa *ignotum caput* in anteriori area Nummi aerei, (inter praeclara Augustae Christinae cimelia) cujus aversa pars idem Templum ferebat, iisdem pariter integris nominibus: ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ ΠΑΡΑΣΙΟΥ (b). Eundem Cl. *Morellius* inter *Augusti* Nummos, aeri

(a) In August. Tab. 75. n. 23. 24. In *Goltzii* tamen *Rei Antiquariae Thes.* Col. 265. editionis *Binei*, Typothetarum incuria male scribitur ΟΥΗΙΔΙΟΣ, &c. Cum tamen in ejusd. *Thes.* Editione prima, ab ipso *Goltzio* an. MDLXXIX. facta recte p. 166. habeatur ΟΥΗΙΔΙΟΣ ΠΩΛΛΙΩΝ.

(b) Sic haud omnino bene cum simplici P, uti & ΠΟΛΛΙΩΝ, non secus ac *Vaillantius*; cum tamen ΠΩΛΛΙΩΝ fuerit scribendum; quomodo etiam *Morellius* recte habet. Nec aliter alii Numni, Lapides ac aliquoties editi Scriptores. vid. *Dion.* Lib. LIV. p. 538. Ουήιδιος Πωλλίων.

quidem incisos, sed nondum vulgatos, & cum ejusdem Principis Capite repræsentavit.

VI. Alium insuper *Medicum* consentientem Celeb. *Joan. Vaillant* possidebat; quem tamen ipsemet pessime sic descripsit (a): „ΠΟΛΛΙΩΝ ΚΟΥΠΕΔΙΟΥ ΚΑΙΣΑ„ΡΟΣ. *Pollio Cupedii F. Caesariensium*, *Palaestinae*. Caput Augusti sine laurea.

„ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ ΠΑΡΡΑΣΙΟΥ. *Menander Parrhasii F.* Templum octo columnarum, e dextris Calaetos.

Ad eundem provocat Ill. *Spanheimius* in Novill. Operis de *Praest. Num.* T. I. p. 54. not. marg. dum in ipso textu haec scribit: *Exstat vero in Gaza Medicea alius adhuc & singularis, qui hujus Menandri* Parrhasii *filii itidem meminit nummus: ipse in eadem urbe Caesarea & sub Augusto similiter percussus: in quo hinc* ΠΟΛΛΙΩΝ ΚΟΥΠΕΔΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ, Pollio Cupedius Caesariensium, *cum Augusti Capite; illinc Caput barbatum, cum inscriptione*, ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ ΠΑΡΑΣΙΟΥ, *Menander Parrhasii*. Quibus in verbis plura sunt errata, ut ex superius adnotatis liquet. Nec dubium est, quin Cl. Vir aliis majoris momenti negotiis distractus ea correxerit, ex hoc *Vaillantii* à se allegato, quae legebat in *Gazae Medicae* Catalogo, quem apud eum fortasse vidit; siquidem inspectum sibi Nummum fuisse, non indicat. Porrò ex schedis ipsiusmet ex sorore Nepotis, Viri docti & optimi, *Frederici Rivoli* (b), reperio eundem *Medicum* Nummum sic descriptum: „ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ „ΚΟΥΠΕΔΙΟΥ. *Cap. Aug.* In Averso, *Cap. barbatum*: ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ ΠΑΡΡΑΣΙΟΥ. *Idem Menandri* [est] *Ouidius Rondanini, & Pollio Reginae Sueciae.* ΠΑΡΡΑΣΙΟΥ, *In Morellio me vidisse memini; sed cum Templo.* Unde colligere licet, in hoc Medicoe Gazae Nummo *Pollionis* nomen haud comparuisse, idque à Cl. *Spanheimio* in suo descriptione, & quidem, ut dixi, ex *Vaillantio*, superadditum esse; atque adeo Nummum *Medicum* omnino parem alteri *Pembrokiano*, & *Rondaninio*, seu *Ottobeniano*, fuisse; quippe qui eadem *Capita* in utraque parte, ac illi, habeat. Caeterum hic fateri cogor, me haud talem vidisse Nummum, quando Florentiae illam Gazam vere Regiam perlustravi. Imo quod mirum, ejusdem Collegii Cl. *Sebast. Biondi* de hoc prorsus tacet, etiamsi opportuna satis occasio eodem memorandi daretur, cum in litteris ad Ill. *Spanheimium* notas Eruditi *Seidii* miscet, existimatis nomine illo in Rondanini Nummo, ΟΥΗΔΙΟΣ. *Vedium* potius intelligant, quam *Ovidium* (c).

VII. Ut ut, ex superius dictis sat superque patebit, ΟΥΗΔΙΟΣ prorsus in illis legendum Nummis, in quibus Celeberr. Viri putabant se ΚΟΥΠΕΔΙΟΣ invenisse. Nec mirari desino, quod saltem Cl. *Spanheimius*, alias Vir sagacissimus, id in non deprehenderit, cum jam non amplius *juvenis*, sed aetate maturus & adhuc in proectus postrema hujus Operis Editionem adornaret & augeret; dumque videret in Rondanini ac Geleii Nummo verum illud nomen ΟΥΗΔΙΟΣ, atque vel ex *Geleiano* novisset, POLLIONIS cognomen una percutiunt, ad VEDIUM, vel VEDIUM pertinuisse, non vero ad quandam CUPEDIUM, ignotum & incertum hominem.

VIII.

Alex. Lib. LVIII p. 633. Ὀκταουιανὸς Πολλίων. Lib. LX, p. 689. Ποδαψίου (Lege Ποδαψίου) Πολλίωνος. Lib. XLVIII p. 381. 382. *Plut.* in Caes. I. 732.

(a) Num. Imp. Gr. in Aug. p. 4. Ed. Amst.

(b) Cujus hominis frater, & in Officio successor, easd. schedas mecum communicare dignatus est, cum Londini publico Regis Borussiae Negotia curaret.

(c) Vid. Addenda Tomi I. de Praest. Num. p. 719.

VIII. *Marmora* porro in iisdem nominibus Nummos imitantur. Sic in illo *Beneventi* reperto legebatur: P. VEIDIVS P. F. POLLIO CAESARE. IMP. CAESARI AVGVSTO ET COLONIAE BENEVENTANAE; quemadmodum schedae ferebant, quas Romae V. C. *Joan. Vignoli* mecum communicavit, quaeque olim *Holstenii* fuerant. *Gruterus* quidem (a) ex *Verderii* schedis CAESAREVM (b), *Lipsius* (c) vero CAESAREM habet. At hae discrepantiae, variaeque virorum doctorum explicationes hac de voce nihil ad rem nostram faciunt. Addam modo eas conjecturis tantum suffultas, ac ex voce in Lapide haud integra, ideoque pro arbitrio suppleta, natas esse; atque melius convenire, si legamus CAESAREnsis, ut *Veidii Pollionis* PATRIA hac voce indigeretur, maxime cum in Nummis *Caesarensium* quamplurimis signetur ipsemet *Veidius Pollio*.

IX. Alius est Lapis hoc loco minime praetercundus, qui cum plures ejusdem, si non Viri, saltem Gentis *Libertes* memoret, verum proinde ejus Praenomen & Nomen, pro Romana consuetudine, nos docet; quanquam *Pollionis* cognomen adesse nequit. *Manutius* quidem, ex cujus *Orthographia Gruterus* (d) Inscriptionem profert, locum, ubi extiterit Marmor, indicare neglexit; sed ad eandem Coloniam *Beneventanam* pertinuisse, omnino videtur. Sic nempe se habet: P. VEIDIVS P. L. PHILOCLES. AVGVSTAL. BENEVENTI. GLADIATOR. D. HOC. MONVMENTVM. . . . . CAVSSA. SIBI. ET. SVIS. FACIVNDVM. CVR. P. VEIDIO. P. L. PHILODAMO. FRATRI. ET. VARIAE. PRIMAE. VXORI. ET P. VEIDIO. P. L. PHILOTIMO. FRATRI ET. VEIDIAE. P. L. MATRI. En quater eodem modo id nomen VEIDIVS scribitur. Nec aliter mihi occurrit *Terracinae* in medio circiter muro ad Portam Romanam; ubi perspicue legi —— VEIDIVS Q. F. —— VINIVS Q. F. quamvis caetera tegeret arbor ficus ex muro surgens, quae tanti non videbantur, ut longiorem ibi moram facerem, scalamque adhiberem; satis habens, veram exinde prioris nominis scripturam observasse.

X. Nostra pariter caussa haud parum confirmatur marmoreo *Ephesi* Monumento (e) Π. ΟΥΗΔΙΟΥ ΑΒΑΣΚΑΝΤΟΥ, quod erexerat ΟΥΗΔΙΟΣ ΑΒΑΣΚΑΝΤΟΣ, quodque Latine itidem erat inscriptum, uti haec docent: P. VEDIVS ABASCANTVS, & alia ejusdem familiae nomina: P. VED. NICEPH. VEDIAE P. F. PAVLINAE. Inde enim manifestum est, quod si nomen Graecis enunciatum litteris, ΟΥΗΔΙΟΣ, Latine VEDIVS erat, sic quoque Graecum

(a) Inscr. p. CCXXVII. n. 3.

(b) Quo nomine Ill. *Norisius* de Cenotaph. Pis. p. 54 intelligit *Curiam* Augusti honori, ac Coloniae Beneventanae ornamento, aeque ac commodo extructam; Romano quidem, sed novo nomine, *Caesareum* nuncupatam à P. *Veidio Pollione*, illo scil. ut censet, qui Eques Romanus, & ex Augusti amicis, erat, &c. *Dio* Lib. LIV.

(c) Not ad Tacit. Ann. Lib. III. c. 64. ut nimir. significetur, *Pollionem Augusto & Coloniae suae effigiem Caesaris Imp. dedicasse.* Hunc quidem morem statuas effigies certis diis consecrandi, nolim inficiari, quem Cl. *Cuperus* etiam adoptavit & probavit, (de Harpoc. p. 123.) quemque aliae confirmant Inscriptiones, uti illa *Grateri* p. 85. n. 1. Ancyrana in P. *de Montfaucon.* Pal. Gr. p. 162. &c. Adde *Salmas.* Not. ad Regiliae Insc. p. 93. 94. Attamen mihi nequaquam persuadere possum, *Caesarem* hic esse supplendum, & de *Julii Caesaris effigie* intelligendum, aut Imperatoris inter DIVOS relati effigiem filio adhuc dum inter mortales vivenri dicatam fuisse.

(d) Insc. Synt. p. 333. n. 7.

(e) Vid. Spon. Itinet. T. III. p. 133. Edit. Lugd.

quidem incisos, sed nondum vulgatos, & cum ejusdem Principis Capite repraesentarit.

VI. Alium insuper *Medicum* consentientem Celeb. *Jean. Vaillant* possidebat; quem tamen ipsemet pessime sic descripsit (a): „ ΠΟΛΛΙΩΝ ΚΟΥΠΕΔΙΟΥ ΚΑΙΣΑ„ ΡΕΩΝ. *Pollio Cupedii F. Caesariensium*, *Palaestinae*. Caput Augusti sine laurea.

„ ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ ΠΑΡΡΑΣΙΟΥ. *Menander Parrhasii F.* Templum octo columnarum, à dextris Caduceus.

Ad eundem provocat Ill. *Spanhemius* in Noviss. Operis de *Praest. Num.* T. I. p. 54. not. marg. dum in ipso textu haec scribit: *Exstat vero in Gaza Medicea unius oboli & singularis, qui hujus Menandri* Parrhasii *filii itidem meminit nummi: ipsemet in eadem urbe Caesarea & sub Augusto similiter percussus: in quo hinc* ΠΟΛΛΙΩΝ ΚΟΥΠΕΔΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ, Pollio Cupedius Caesariensium, *cum Augusti Capite; illinc Caput barbatum, cum inscriptione*; ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ ΠΑΡΑΣΙΟΥ, *Menander Parrhasii*. Quibus in verbis plura sunt errata, ut ex superius adnotatis liquet. Nec dubium est, quin Cl. Vir aliis majoris momenti negotiis distractus ea correxerit, ex loco *Vaillantii* à se allegato, quae legebat in *Gazae Medicae* Catalogo, quem apud eum saepius vidi; siquidem inspectum sibi Nummum fuisse, non indicat. Praeterea in schedis ipsismet ex sorore Nepotis, Viri docti & optimi, *Freder. Bazer* (b), reperio eundem *Medicum* Nummum sic descriptum: „ ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ „ ΚΟΥΠΕΔΙΟΣ. *Cap. Aug.* In Aversa, *Cap. barbatum*: ΜΕΝΑΝΔΙΟΣ ΠΑΡΡΑ„ ΣΙΟΥ. *Idque Menandri* [est] *Ovidius Rondanini, & Pollio Reginae Sueciae.* ΠΑΡ„ ΡΑΣΙΟΥ, *in Morellio me vidisse memini; sed cum Templo.* Unde colligere licet, in hocce Medicae Gazae Nummo *Pollionis* nomen haud comparuisse, idque à Cl. *Spanhemio* in sua descriptione, & quidem, ut dixi, ex *Vaillantio*, superadditum esse; atque adeo Nummum *Medicum* omnino parem alteri *Pembrokiano*, & *Rondaniniano*, seu *Ottobeniano*, fuisse; quippe qui eadem *Capita* in utraque parte, ac illi, haberet. Caeterum hic fateri cogor, me haud talem vidisse Nummum, quando Florentiae illam Gazam vere Regiam perlustravi. Imo quod mirum, ejusdem Custos Cl. *Sebast. Bianchi* de hoc prorsus tacet, etiamsi opportuna satis occasio eundem memorandi daretur, cum in litteris ad Ill. *Spanhemium* notas Eruditiss. *Salvini* mitteret, existimantis nomine illo in Rondanini Nummo, ΟΥΗΙΔΙΟΣ. *Vediam* potius indigitari, quam *Ovidium* (c).

VII. Utut sit, ex superius dictis fac superque patebit, ΟΥΗΙΔΙΟΣ prorsus in illis legendum Nummis, in quibus Celeberr. Viri putabant se ΚΟΥΠΕΔΙΟΣ invenisse. Nec mirari desino, quod saltem Cl. *Spanhemius*, alias Vir sagacissimus, id non deprehenderit, cum jam non amplius *juvenis*, sed aetate maturus & adeodum provectus postremam laudari Operis Editionem adornaret & augeret; dumque videret in Rondanini ac Goltzii Nummo verum illud nomen ΟΥΗΙΔΙΟΣ, atque vel ex *Goltziano* novisset, POLLIONIS cognomen una percussum, ad VEDIUM, vel VEDIUM pertinuisse, non vero ad quemdam CUPEDIUM, ignotum & inauditum hominem.

VIII.

Xiph. Lib. LVIII p. 633. Ουεσπασιανῷ Παλλίων. Lib. LX, p. 680. Ρουφῖνος (Lege Ρουβρίου) Παλλίων. Lib. XLVIII p. 361. 382. *Plut.* in Caes. f. 732.

(a) Num. Imp. Gr. in Aug. p. 4. Ed. Amst.

(b) Cujus humanissimus frater, & in Officio successor, easdem schedas mecum communicare dignatus est, cum Londini publico Regis Borussiae Negotia curaret.

(c) Vid. Addenda Tomi I. de Praest. Num. p. 719.

VIII. *Marmora* porro in iisdem nominibus Nummos imitantur. Sic in illo *Beneventi* reperto legebatur: P. VEIDIVS P. F. POLLIO CAESARE.. IMP. CAESARI AVGVSTO ET COLONIAE BENEVENTANAE; quemadmodum schedae ferebant, quas Romae V. C. *Jean. Vignoli* mecum communicavit, quaeque olim *Holstenii* fuerant. *Gruterus* quidem (a) ex *Verderii* schedis CAESAREVM (b), *Lipsius* (c) vero CAESAREM habet. At hae discrepantiae, variaeque virorum doctorum explicationes hac de voce nihil ad rem nostram faciunt. Addam modo eas conjecturis tantum fulsultas, ac ex voce in Lapide haud integra, ideoque pro arbitrio suppleta, natas esse; atque melius convenire, si legamus CAESAREnsis, ut *Veidii Pollionis* PATRIA hac voce indigitetur, maxime cum in Nummis *Caesarensium* quamplurimis signetur ipsemet *Veidius Pollio*.

IX. Alius est Lapis hoc loco minime praetereundus, qui cum plures ejusdem, si non Viri, saltem Gentis *Libertos* memoret, verum proinde ejus Praenomen & Nomen, pro Romana consuetudine, nos docet; quanquam *Pollionis* cognomen adesse nequit. *Manutius* quidem, ex cujus *Orthographia Gruterus* (d) Inscriptionem profert, locum, ubi exstiterit Marmor, indicare neglexit; sed ad eandem Coloniam *Beneventanam* pertinuisse, omnino videtur. Sic nempe se habet: P. VEIDIVS P. L. PHILOCLES. AVGVSTAL. BENEVENTI. GLADIATOR. D. HOC. MONVMENTVM. . . . . CAVSSA. SIBI. ET. SVIS. FACIVNDVM. CVR. P. VEIDIO. P. L. PHILODAMO. FRATRI. ET. VARIAE. PRIMAE. VXORI. ET P. VEIDIO. P. L. PHILOTIMO. FRATRI ET. VEIDIAE. P. L. MATRI. En quater eodem modo id nomen VEIDIVS scribitur. Nec aliter mihi occurrit *Terracinae* in medio circiter muro ad Portam Romanam; ubi perspicue legi — VEIDIVS Q. F. — VINIVS Q. F. quamvis caetera tegeret arbor ficus ex muro surgens, quae tanti non videbantur, ut longiorem ibi moram facerem, scalamque adhiberem; satis habens, veram exinde prioris nominis scripturam observasse.

X. Nostra pariter causa haud parum confirmatur marmoreo *Ephesi* Monumento (e) Π. ΟΥΗΔΙΟΥ ΑΒΑΣΚΑΝΤΟΥ, quod erexerat ΟΥΗΔΙΟΣ ΑΒΑΣΚΑΝΤΟΣ, quodque Latine itidem erat inscriptum, uti haec docent: P. VEDIVS ABASCANTVS, & alia ejusdem familiae nomina: P. VED. NICEPH. VEDIAE P. F. PAVLINAE. Inde enim manifestum est, quod si nomen Graecis enunciatum litteris, ΟΥΗΔΙΟΣ, Latine VEDIVS erat, sic quoque Graecum

(a) Inscr. p. CCXXVII. n. 3.

(b) Quo nomine Ill. *Norisius* de Cenotaph. Pis. p. 54 intelligit *Curiam* Augusti honori, ac Coloniae Beneventanae ornamento, aeque ac commodo extructam; Romano quidem, sed novo nomine, *Caesareum* nuncupatam à P. *Veidio Pollione*, illo scil. ut censet, qui Eques Romanus, & ex Augusti amicis, erat, &c. *Dio* Lib. LIV.

(c) Not. ad Tacit. Ann. Lib. III. c. 64. ut nimir. significetur, *Pollionem Augusto & Coloniae suae effigiem Caesaris Imp. dedicasse.* Hunc quidem morem statuas effigies certis diis consecrandi, nolim inficiari, quem Cl. *Cuperus* etiam adoptavit & probavit, (de Harpoc. p. 123.) quemque aliae confirmant Inscriptiones, uti illa *Gruteri* p. 85. n. 1. Ancyrana in P. *de Montfaucon.* Pal. Gr. p. 162. &c. Adde *Salmas.* Not. ad Regillae Insc. p. 93. 94. Attamen mihi nequaquam persuadere possum, *Caesarem* hic esse supplendum, & de *Juli Caesaris effigie* intelligendum, aut Imperatoris inter DIVOS relati effigiem filio adhucdum inter mortales viventi dicatam fuisse.

(d) Insc. Syntag. p. 333. n. 7.

(e) Vid. Spon. Itiner. T. III. p. 133. Edit. Lugd.

cum ΟΥΗΙΔΙΟΣ, fuerit Latine VEIDIVS, nequaquam vero OVIDIVS. Ut necesse huic argumento corroborando non sit, hic discutere, an Scalptoris, vel Exscriptoris culpa nunc habeamus ΟΥΗΔΙΟΣ & VEDIVS pro ΟΥΗΙΔΙΟΣ ac VEIDIVS. Neque magis requiritur, ut definiamus qua ratione famosus ille *Eques* Romanus, ac *ex Amicis Augusti* (a), quanquam *Libertinus genere* (b), scribatur Latine in vulgatis *Tulii* (c), *Senecae* (d), *Plinii*, & *Taciti* (e) codicibus VEDIVS POLLIO, atque apud *Dionem* (f) Graece ΟΥΗΔΙΟΣ ΠΩΛΛΙΩΝ Facile profecto scribis fuit I. prioris syllabae omittere, quod Diphthongus EI. Latine, seu HI. Graece eundem sonum, ac simplex E. sive H. vulgo haberet. At aeque stringit illa ratiocinatio nostra, quocunque modo id nomen scribatur, VEIDIVS, aut VEDIVS.

XI. Nova praeterea argumenta nobis suppeditat Genius & *Analogia* linguae Graecae. Exinde enim primum constat, OVIDII nomen Graece scribendum fuisse ΟΟΥΙΔΙΟΣ, vel ΟΒΙΔΙΟΣ; alias prima nominis littera & syllaba periisset, atque adeo nomen ipsum in aliud plane diversum esset mutatum. Nunquam sane ΥΗΡΟΣ, pro ΟΥΗΡΟΣ, mihi occurrit, etsi aliquoties in Nummis ΣΕΥΗΡΟΣ, pro ΣΕΟΥΗΡΟΣ, legerim. At *Verus* ac *Severus* passim in Nummis Lapidibusque ΟΥΗΡΟΣ & ΣΕΟΥΗΡΟΣ scribuntur, rarissime vero ΒΗΡΟΣ & ΣΕΒΗΡΟΣ. Deinde I. quidem longum saepissime apud Graecos, uti & apud Latinos, per EI. scribitur; sic ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΣ pro ANTONINVS, LEIBERTAS pro LIBERTAS, &c. Verum I. breve per HI. nunquam, ni fallor, exprimitur. Corripitur autem I. in secunda OVIDII syllaba, pro ut vel ex Martiale notum, Lib. I. Epig. 106. (g) ubi ad suum familiarem Q. Ovidium:

In Nomentanis, OVIDI, *quod nascitur arvis*, &c.

Denique HI. in ΟΥΗΙΔΙΟΣ non modo pro I. vocali longa stat, sed & pro Diphthongo divisa, juxta formam *Ionicam* (h). Igitur quemadmodum ΠΟΜΠΗΙΟΣ in Nummis & Scriptoribus Graecis usurpatur pro Latinorum POMPEJUS, non vero POMPIUS; ita & ΟΥΗΙΔΙΟΣ pro VEIDIVS omnino sumendus, nequaquam vero pro OVIDIVS.

XII. His ita discussis, penitus evanescunt Cl. *Salvini* dubia (i). Quod sane primum objicit, *H loco τοῦ I, sapere sequiorem aetatem*, hoc, inquam, non bene capio; siquidem HI. in ΟΥΗΙΔΙΟΣ non magis stat pro I, quam in ΠΟΜΠΗΙΟΣ. 2°. Ex hoc etiam exemplo solvitur quod deinde quaerit, *quid* nempe *facial ibi τὸ I τοῦ H adscriptum?* 3°. Dum rogat, *quid* S. *Romanorum in fine*, vocis scil. ΟΥΗΙΔΙΟΣ, faciat; arguit quidem contra vulgatam Nummi iconem, minime vero contra Nummum ipsum, in quo non Latinum S. sed purum petum Graecum Σ apparet.

XIII.

(a) *Plin.* Hist. Lib. IX. c. 23.
(b) *Dio* Lib. LIV. p. 536.
(c) Ad Attic. Lib. VI. Epist. 1.
(d) Lib. III. de *Ira* c. 40. & de *Clem.* Lib. I. c. 18. ubi tamen in nonnullis Codd. *Nedius Pollio*, in aliis *Hedius Pollio* legitur.
(e) Annal. Lib. I. c. 10.
(f) Loc. cit.
(g) Vide & Lib. VII. Ep. 43. 44. Lib. IX. Ep. 53. 100 &c.
(h) Vid. Georg. Martin. de Graec. Litter. Pronunt. p. 22. ad calcem *Moeridis* Ed. Oxon.
(i) In Add. ad T. 1. de Praest. Num. p.

XIII. Quo ad vero praecipuum Cl. *Spanhemii* ad ea *Salvini* dubia responsum; „ scil. se haud eo minus *Ovidio* hunc Nummum tribuendum putare; quod ad- „ scriptum sit in eodem Nummo, non *Ovidii* solum nomen, sed ipsum *Nasonis* „ etiam cognomen; hoc, inquam, gratis dictum est. Etenim, ut superius ostendimus, 1°. Vox in Nummo Graeca ΟΥΗΙΔΙΟΣ nequaquam OVIDIVM, significat, aut significare potest: 2°. Vox altera ΝΑΣΩΝ ibidem non nisi Artificis fraude, clara satis, nunc cernitur, & quidem loco, ubi nomen *Urbis*, in qua percussus est Nummus, stabat, non secus ac in aliis Nummis ab ipso Cl. Viro prolatis, ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ nempe. Hoc autem evanescente, haud amplius patere potuit, cujusnam Civitatis Nummus ille fuerit; contra tamen generalem & fere constantem Graecarum urbium in Nummis cudendis morem. Hoc absurdum, & alia plura, superius satis indicata, potuisse à Doctiss. Viris admitti, mirum est. At dissimulare non debeo, Cl. eximiumque virum *Ezech. Spanhemium*, lectâ *Ovidii* Vita, ultro mihi confiteri dignatum fuisse, nihil amplius superesse, quod Nummum Rondaninianum possit *Ovidio* vindicare; neque alia ratione antiquam opinionem & vetera praejudicia excusasse; nisi quod *juvenis* admodum esset, cum Romae versaretur; atque fidem in hac re prorsus praebuisset auctoritati & experientiae doctorum tunc temporis ea in Urbe degentium Antiquariorum; quandoquidem ipsemet neque tum, nec unquam postea in discernendis veris ac antiquis Nummis à falsis aut adulteratis exercitatus fuit. Sed de his jam sat superque disputatum; cum locus non permittat, ut caetera, quae ad *Veidium Pollionem* spectant, prolixius prosequamur, prout alibi forsan fiet, si Deus vitam & vires dederit.

FINIS.

DE-

DEDICATIONES ET PRAEFATIONES.

Aldus in Editionem MDII. ante Tom. I.

ALDUS ROM. MARINO SANNUTO, LEONARDI Filio, Ordinum Sapienti S.

VIde quanta in te sit suavitas, mi Marine, equidem tecum esse, tecum vivere semper velim; Quod quia non licet; maximis utriusque nostrum occupationibus, meis quidem in rep. literaria, tuis vero in inclyta hac rep. Venera, in qua ne horam quidem vacare potes a muneribus publicis: nam Verona rediens, ubi summa cum laude, summaque civium omnium benevolentia quaestorem egisti, statim magistratus creatus es. Quia igitur tecum esse non licet, solor desiderium tui hujusmodi ad te Epistolis, ut una cum hisce enchiridiis sim tecum, sim tibi in manibus. Vale.

Post Epistolas.

ALDUS ROMANIS.

SAbinus Poëta Ovidii temporibus scripsit epistolas, quibus Ulysses Penelopae, Hippolytus Phaedrae, Aeneas Didoni, Demophon Phyllidi, Jason Hypsipylae, Phaon Saphoni respondent. Sed non extant. Nam tres hae quae habentur, mihi non modo non videntur Sabini, sed ne excellentis quidem cujusquam Poëtae: immo centum, & quatuor versus in epistola Paridis ad Helenam ab eo versu, *Nec tamen est mirum*, usque ad illum, *Credis & hoc nobis*, censeo non esse Ovidii. sunt enim duri, nec digni divino Nasonis ingenio. Tum si Ovidii illi essent, non idem in eadem epistola repetisset his versibus,

Cum Venus & Juno, Pallasque in vallibus Idae
Corpora judicis suppositure meo.

Erant praeterea & alii duo statim post illum versum

Sed Nymphis etiam curaque amorque fui.

quos ego subtraxi, tum quia nullum omnino habent sensum, tum etiam quia sine illis cohaeret materia. hi vero sunt.

Quae super Oenonen faciem mutarer in orbem,
Nec Priamo est ad te dignior ulla nurus.

Ovidius ipse de Sabino haec in libro II. Elegiar. *Quam cito*: &c. Usque ad *detonatum Phaebo*

Idem de Ponto libro IV. in invidos

Et qui Penelopae rescribere jussit Ulyssen,
Errantem saevo per duo lustra mari:
Quique suam Troezena, imperfectumque dierum
Deseruit celeri morte Sabinus opus.

ALDUS STUDIOSIS S.

Post Tom. I.

DIximus superius Sabini Epistolas, de quibus in Amoribus Ovidius meminit, non extare: tum quae Sabino inscribuntur, non modo videri mihi non fuisse Sabini, sed nec egregii cujusquam Poëtae. Idem & hîc confirmamus, nisi quod super his consideranti mihi accuratius Epistolae Helenes Paridi, Herûs Leandro, Cydippes Acontio, Sabino adscribendae videntur, cum nusquam constet Ovidium in Heroidibus responsorias scripsisse epistolas. Sed contra in Amoribus Sabinum, illas scripsisse testetur, inquiens.

Quam cito de toto rediit meus urbe Sabinus &c.

Quibus versibus si tres eas epistolas, Helenes, Herûs, Cydippes non Sabinus, sed ipse composuisset, ne suo labore privaretur, certe meminisset. Quod quia non facit, Sabini potius eas esse contenderem. Quanquam in Epistola ad Acontium quod sequitur post illum versum

Quos vereor paucos ne velit esse mihi.

Non videtur esse Sabini, sed alterius cujusquam celebris Poëtae. Illud non duxi silentio praetereundum in epistola Phyllidis ad Demophoontem duos hosce adinventos esse versiculos

Sum prece thuricremis devenerata focis.
Saepe videns ventos coelo pelagoque furentes.

Additos sic:

Saepe Deos supplex, ut tu scelerate valeres;
Sum prece thuricremis devenerata focis.
Saepe videns ventos coelo pelagoque furentes
Ipsa mihi dixi, si valet, ipse venit.

Qui etiam sunt pernecessarii, nam sine illis nulla haberi constructio potest, quod facile est volenti cognoscere. Vale Venetiis mense Decembri MDCII.

Ante Metamorphoses.

ALDUS M. R. MARINO SANNUTO

Patritio Veneto, Leonardi filio, Ordinum Sapienti, S.

MUltos jam libros in aedibus nostris excusos tibi superioribus annis nuncupavimus, Sannute suavissime, tum quod plurimum Studiosis omnibus semper faveris, tutatusque fueris provinciam nostram. tum etiam quia, etsi eras assiduc reip. maximis rebus occupatissimus, magnopere tamen delectari te politioribus literis cognovimus. Nam eo tempore te vel sexvirum sontibus & maleficis puniendis, vel in gravissimi cum Turcarum Rege belli principio ordinum sa-

sapientem in collegio patrum, vel in Urbe Verona, parente assidua ingeniorum doctissimorumque hominum, Quaestorem integerrimum, & diligentissimum vidimus. Unde tanta cum civium omnium gratia & benevolentia decessisti, ut adhuc Marini Sannuti nomen in ore habeant reverenter, teque summopere & ament & colant. Dii immortales! homo homini quid praestat? stulto intelligens quid interest? hic est fructus, haec bene acti magistratus appetenda gloria, ut cum functus officio fueris, te omnes uno ore tollant in coelum laudibus, tui simillimum sibi dari magistratum vehementer desiderent, petant, comprecentur. Speraban equidem cum Academicis nostris, viris utriusque linguae peritudiosis, ut tecum inde reversi esse die noctuque possemus, atque de re literaria communicare. sed vix Venetias rediisti, cum iterum tua magistratus agendi peritia ordinum sapiens in patrum collegio creatus es. Quapropter, cum transmutationes ingeniosissimi Poëtae nuper imprimendas curavimus, eas sub Sannuti nomine emittere ex Academia nostra placuit, ut in magnifica illa tua bibliotheca, ubi supra quingenta electorum librorum habes volumina, una cum caeteris reponantur, utenque domi lucubrationibus nostris, dicatis tuo nomini: ubi tua jucunda praesentia nobis in Academia nostra uti non licet. Idque eo feci libentius, quod maximo mihi adjumento fueris, ut privilegium pro rep. literaria ex hoc amplissimo sapientissimoque Senatusconsulto mihi omnium pene consensu decerneretur. Quod infra in laborum nostrorum tutelam imprimendum jussimus, simulque ut cognoscerent omnes, quanti a Senatu hoc gravissimo virtutes & bonae literae aestimentur; Romanos illos rerum dominos aemulando, qui virtute praeditos omneis juvandos, fovendos, extollendos certatim curabant. Accipies igitur laeto vultu vel hasce portatili forma μεταμορφώσεις Ovidii: quandoquidem gratissimas tibi futuras certo scio, cum doctrina, & candore Poëtae, tum ut Marcum Sannutum patruelem tuum, & senatorem clarissimum doctissimumque, imitere, qui praeter caeteras, quibus quammaxime praeditus est virtutes, hujus nostri Poëtae libros omneis quam familiarissimos habet, ac pene callet, ut digitos, ungueque suos, atque ideo ego tam sum illius, quam meus. Adde quod is liber est multarum rerum cognitione & Latinis & Graecis pernecessarius. Quamobrem a maximo Planude e Latino in Graecum ad suorum utilitatem accurate translatus est. Quoniam etsi apud Graecos μεταμορφώσεων libros multi scripserunt ex quibus ut taceam reliquos, Callisthenis & Theodori in libro περὶ ὀνομάτων his verbis Plutarchus meminit. Τῆς δὲ ἀνομαστῆς ποιήσεως παρελθούσης γενεᾷ ἐφεξῆς ἐφέρετο ὡς Καλλισθένης ἐν δεύτερῳ μεταμορφώσεων. Et in eodem. Περὶ Μυίας Κυνὸς ἐγγυτέρω. ἡ δὲ κατὰ ποίησιν Ἀφροδίτης εἰς ἐμπόρων ἐνέδραν μεταπλασθῆναι καὶ Θεόδωρον ἐν ταῖς μεταμορφώσεσι. Nullus tamen eorum transmutationum liber jam extat multis seculis. Illud Angeli Politiani, viri utriusque linguae peritissimi, vel hic apte adduci potest, ἵνα καὶ τὴν γηροῖν ἀνταπαλαρέωμεν. Ciconias enim in senectute a filiis invicem enutriri ajunt. Quod cum alii tum Aristoteles in nono de Historia animalium ait his verbis. περὶ μὲν τὴν πελαργὸν δὴ ἀντιτρέφουσι, θηλέαν παρὰ πελείᾳ, φασὶ δὲ τινες καὶ τοὺς μέροπας ταυτὸ τοῦτο ποιεῖν, καὶ ἀντιτρέφεσθαι ὑπὸ τῶν ἐκγόνων οὐ μόνον γηράσαντας, ἀλλὰ καὶ ἔτι ὄντας ἀνεῖν τὸν δὲ πατέρα καὶ τὴν μητέρα μόνον ἔνδον. Hoc est, ut Theodorus elegantissime, ut omnia, transfert. *Ciconias genitorum senectutem invicem educare invulgatum est. Sed sunt, qui merops idem facere confirment. vicemque reddi, ut parentes non modo senescentes, verum etiam statim cum datur facultas, alantur opera liberorum, nec ma-*

tremaut patrem exire, sed in cubili manentes pasci labore eorum, quos ipsi genuerunt, enutrierunt, educarunt. Sic igitur & Graecis evenit, ut cum μεταμορφώσεις Ovidius ab illis didicerit, ipsi ab eo invicem edoceantur. Itaque vel ob id hos libros & tibi, & caeteris gratissimos fore non dubitamus. Vale.

ANDREAS NAUGERIUS

Lectori.

Quam multa in his Ovidii libris ex antiquis exemplaribus correxerimus, neque necessarium nobis visum est nunc referre, & cuicumque eos legere collibuerit, facillimum erit cognoscere. Quoniam tamen, & pauca quaedam (quamvis subtimide id, & parce admodum fecimus) nullo suffragante exemplari, uti nobis visum est, immutavimus: & veteres quidam libri, post hos impressos, ad manus nostras pervenerunt, in quibus multa, quae nos prius subterfugerant, invenimus: & illorum admonere lectorem voluimus, nequis forte id suspicetur, abuti nos velle veterum librorum auctoritate, &, quae nos emendavimus, ex illis credi emendata: & haec addere, ne quid, quod in nobis esset, diligentiae praetermissum esse videatur, & utile, & necessarium prope existimavimus. Quae ut cumulatius fierent, eas etiam lectiones, quae ita quandoque diversae reperiuntur, ut omnes tamen probari possint, subjunximus, uti liberum omnibus judicium sit, quam velint sequi. Si quid vero in tam longo opere aut praeteritum a nobis est, aut ingenium nostrum subterfugit, doctiores id fortasse alii, modo animum intenderint, invenient; vel ob labores, quos pro communi utilitate, nulla gloria adducti, suscepimus, debetis ignoscere.

REVERENDISSIMO D. D. BERNARDO DIVITIO

S. Mariae in Portica Diacono Cardinali,

Andreas Asulanus S.

Multus ob causas magnum mihi dolorem attulit Aldi generi mei mors. Primo, non solum generum (quod ipsum tamen per se grave solet accidere) sed cum generum, qui & doctissimus & optimus omnium vir esset: amittebam. Deinde, cum is viduam mihi filiam, quatuor orbos nepotes relinqueret: neque ego illos maxime ope mea indigentes deserere ullo pacto aut deberem, aut vellem: magno id mihi oneri futurum esse videbam. Accedebat ad haec: atque id maxime dolorem meum augebat: quod magnam mihi & Latinae & Graecae literae hujus morte jacturam facere videbantur. omnes enim eo ille cogitationes suas direxerat: omnes nervos eo contenderat: uti veterum scriptorum libros foeda quadam proximorum seculorum barbarie pollutos castigaret: ac bonas literas prope jam collabentes restitueret. in quo cum multum studio ac diligentia quadam singulari profecisset: neque tamen quod optabat alienissimo tempore ereptus perficere potuisset: id quasi in me onus, eo defuncto, recidere videbatur. hoc vero eo mihi erat caeteris molestius: quod carissimi mihi generi jacturam in me erat ut modeste ferrem: privatis opibus & filiam, & nepotes tueri poteram: hoc ne-

que quo pacto ferre possem, neque quo pacto recusarem, videbam. Si id, cui se ille ipse omnium doctissimus vix parem arbitrabatur, ego, qui vix haec scribo, qui literis paululum ad modum institutus sum: subirem: non solum, ne opprimerer, timebam: sed multo magis ne impudentissimus judicarer. quicquam vero oneris, quod ab illo mihi impositum ac relictum esset, recusare: neque amori, quo illum semper prosecutus sum: neque fidei, quam ille de me semper maximam habuit: convenire existimabam. Suscepi igitur praesenti animo: & impudens potius haberi, quam officio deesse volui: ne mihi tamen aliquando aut quod semel suscepissem, abjicere, aut succumbere necesse esset, recte mihi consulturus visus sum, si quod meis viribus non possem, alienis sustinerem. Itaque Aldum ipsum qua in re potui imitatus sum: & quod ipse, quamvis omnium bonarum artium peritissimus, sibi agendum tamen ducebat, id egi. Nunquam ille suo tantum judicio credendum censuit, ut aliorum repudiaret. quoties libros aliquos edituus erat, siquos noverat, qui in illis elaborassent, eos adhibebat: atque eorum opera in his castigandis maxime utebatur. Idem mihi ego, & eo etiam magis faciendum existimavi, quo minus per me quicquam in hoc fine aliorum auxilio praestare possum. Atque id à me cum in aliis multis tum Latinis tum Graecis libris, quos post illius mortem edidi, tum nuper in Ovidio factum est: qui nunc ex officina nostra is prodit, ut qui prius multis in locis corruptissimus circumferebatur, in eo pauca admodum desiderari posse videantur. Id adeo Andreae Naugerio referre acceptum debemus: qui, cum illum ex veteribus permultis exemplaribus diligentissime castigasset: labores suos impertiri omnibus voluit: ac mihi imprimendum dedit. Tibi vero hos Ovidii libros non ob id solum dedicamus, quod cum literarum omnium & peritissimus sis, & fautor maximus, omnia, quae ad literas attinent, quasi tui juris esse videantur: sed ob id praecipue, quod ita his libris delectaris, ut nihil legas libentius: & quod maximi poëta ingenii tibi, qui maximo es ingenio, potissimum videtur convenire. Quod eo tamen in te praestantius existimari debet: quo longe est majus, atque universo humano generi conducibilius, ad orbem moderandum, quod tu fecisti, quam, quod ille, ad carmina, nihil aliud quam voluptatem quandam auribus afferentia, id conferre. Qua in re non id solum in te praecipue elucet: sed virtutes animi tui singulares, quae in nullo unquam plures fuerunt: ita homines admirantur: ut, cum omnes in te summas esse facillimum sit cognoscere: difficillimum tamen sit, in qua maxime excellas, judicare. non inmerito igitur te Leo Pontifex Maximus tanti fecit: ut omne coeli onus, quod illi incumbit, in te nonnunquam transferat: ac tanquam Atlas supposito Hercule conquiescat. Sed neque loci hujus est, neque mearum virium te laudare. Scribentur ab aliis fortasse laudes tuae, quorum scripta & disertiora esse possint, & tibi gratiora. Mihi satis sit tibi offerre, quae possum. Ac tibi nos quidem nunc Ovidium mittimus. Tu non illum solum ea fronte, qua illos, quos amas, soles, excipe: sed & me, & ea omnia, quae aut edita à me hactenus sunt, aut posthac edentur, in patrocinium tuum recipe: & qui non minus literis, quam virtutibus omnibus es ornatissimus, literas ad te confugientes tuo praesidio tueare. Sic demum & ego tuo auxilio fretus in eas juvandas totus incumbam: & alii fortasse ita multi ad idem agendum excitabuntur: ut quae jam prope exarescere incipiebant, plurium diligentia excultae reflorescere, atque antiquum nitorem restitui posse videantur.

IDEM

IDEM

LECTORI S.

QUanquam superioribus annis haec Ovidii monumenta emisimus, ex diligenti vetustorum exemplarium collatione pluribus locis & emendata, & aucta: tamen cum ita tempus ferret, ut eadem denuo nobis essent excudenda, sedulo dedimus operam, ut cum priore in editione non vulgarem industriae laudem tulissemus, in hac etiam posteriore aliquid praestaremus, in quo docti homines non mediocriter probare nostram operam possent. Itaque potissimum eam partem, cui vates ingeniosissimus de Fastis titulum fecit, quae ita mendosa circumferebatur, ut vel eruditiores multos persaepe inter legendum detinere, & quasi angere videretur, pristinae puritati restituere conati sumus: in eaque, praeter integra quandoque carmina, quae desiderabantur, addita, passim locos insignes, eosque non paucos castigavimus. Qua quidem in re est quod eruditissimo, eidemque omnium fere, quos ego unquam in vita viderim, humanissimo viro Honorato Fascitelio ingenteis gratias habeamus. qui nobis, quidquid in his Fastorum libris emendatius legetur, sua sponte suppeditavit: idemque se facturum & in Epistolis, & in Metamorphosi libenter recepit. Quam quidem hominis voluntatem eo pluris facio, quo pauciores invenio, qui cum optimarum artium studiis haec ipsa humanitatis ornamenta conjungant. Sed ut redeam unde diverti, Ovidii poëmata sub tuo nomine, lector suavissime, in apertum referimus. quae tu ita accipies, ut nostris conatibus favcas: ita leges, ut iis, qui suam in hoc genere operam & industriam exhibentes, provinciam hanc nostram juvare non desinunt, bene preceris. Vale.

CL. V. JACOBO SPIEGELLIO

Jur. Utr. Doctori. &c. Consiliario Regio,

Jacobus Micyllus S.

EDidi ante annos complures, Clariss. Spiegelli, Annotationes quasdam in Genealogias Boccatii, eo quidem tum consilio, ut quae vir ille in his nostris studiis alioquin diligenter ac multum versatus, sive temporum suorum iniquitate, sive etiam scriptorum penuria, prosequi minus potuisset, ea ipse ex Graecorum commentariis supplerem, aut latius saltem explicarem. Cum enim viderem, non poëtarum modo, sed & aliorum quorundam veterum scripta, sine fabularis illius historiae cognitione, intelligi satis, aut recte, non posse, operae pretium facturum me putabam, si quae ipse hactenus longo usu, neque parvo labore aut studio collegissem, ea quasi quendam ἐγκυν in commune conferrem, veterumque autorum, praecipue autem poëtarum, studiosis impartirem. Qua quidem in re quantum aliis profuisse videar, nescio: illud utique non dubito, nostra hac opera, nostroque labore quosdam fretos, alacriore aliquanto animo ad poëtarum lectionem accessisse. Caeterum quia ad eandem rem illam, multorum utriusque linguae diversos ac varios commentarios evolvere, ac perlustrare necesse haberem, accidit interea ut non ea tantum, quae proposito argumento conducerent, sed & alia quaedam Poëtarum cognitioni non incommoda aut aliena observarem. Inter quae & talia nonnulla fuere, ex quibus Ovidii loca non pauca, praesertim quae in Metamorphosibus illius obscura & inexplicata hactenus jacuere, aliquan-

 to

to clariori fieri atque illustrari posse viderentur. Proinde cum amicus noster summus ac vetustiss. Joh. Hervagius, ad reliquos bibliothecae suae autores, quos ille diverso ab aliorum moribus more, antiquissimos fere, eoque etiam utilissimos subinde typis suis interpolare, atque in lucem mittere solet, Ovidii quoque poëmata additurus esset, eaque de re à me contenderet, si quid haberem, quod vel ad commendationem, vel ad interpretationem autoris illius aliquo modo pertineret, id sibi ut communicarem: non potui hominis amicissimi precibus ac postulationi quicquam denegare. Praesertim cum haec res eidem illi instituto consiliique nostro, cujus gratia superiorem operam in Boccatio sumpsissem, inservire videretur. Nam ut hoc, quod alii de Ovidio multis paginis agunt, breviter & quasi uno verbo complectar; est hic poëta, in eo praecipue volumine, quod de Transformationibus composuit, omnium poëticarum historiarum ac rerum, veluti cella quaedam penuaria, aut, ut plenius dicam, quasi quoddam Copiae cornu. Quem siquis unum diligentius paulo memoria atque animo comprehendat, is multorum aliorum instar atque exemplum habebit. Imo ne caeteros quidem unquam satis intelliget, nisi qui hujus lectione informatus atque eruditus antea fuerit. Verum enim quia in eundem autorem multorum aliorum commentationes extarent, praeciuamque in eo quod supra memoravi opere, operam navasset Raphaël quidam Regius cognomento, impudentiae ac temeritatis, ut neqiid gravius addam, cujusdam fore arbitratus sum, si quae alii, suo & illi quidem labore ac studio, invenissent, ea nostris quasi quibusdam superfoetationibus, obiiciatque oppressa viderentur. Quod igitur apud Homerum Jupiter alibi fecisse fingitur, ut precantium votis partem annueret, partem autem negaret, idem ego mihi hoc loco faciendum putavi: videlicet, ut non totum hunc poëtam, neque totum etiam poëma illius aliquod explicandum mihi sumerem, sed in parte subsisterem, & ceu duces in bello aliquando solent, certam stationem certumque locum tuerer. Quamobrem relictis integris iis, quae à Regio composita atque edita habentur, quorum ille plerique (ut & hanc fidem commentariis illius faciamus) ex Paulania, & Tarrheo, seu quisquis alius Apollonii interpres ille fuit: quaedam etiam ex Diodoro transsumpsit, ego, si qua à me aliunde animadversa, quae vel ab illo praeterita, aut alias parum satis explicata viderentur, ea quasi quandam appendicem interpretationibus illius subjeci. Non quidem ut hinc jam totum illud opus pro expedito atque explanato haberi velim. Quis enim hoc praestaret in tanta Graecorum autorum, unde plerique à Latinis translata, penuria ac paucitate? sed tamen, ut ea saltem, quae explicari poterant, pro obscuris & incertis diutius ne jacerent: ad quam quidem rem neque illud negotium, recentiorum quorundam annotationes interim me adhibuisse, quorum tamen nominibus edendis in hoc abstinui, ne vel gratiam illorum ambiisse viderer, si quid bene atque utiliter dictum probassem: aut contra, reprehensionem atque odium eorundem quaesisse, si quid secus ab illis prolatum arguissem. Nam ipse quidem, ut mihi detrahi in his, quae recte facio aut dico, nolim: ita rursus neque dissimulari, si qua perperam, aut minus intellecta pro veris ac genuinis tradidero, magnopere desiderarim. Sed de nostris institutis ac rebus hactenus. Ut igitur ad te aliquando veniam, Jacobe Clariss. quia vero jam olim optavi occasionem aliquam mihi dari, qua voluntatem erga te meam declarare possem, commodum in mentem mihi venit, hunc nostrum laborem tibi dedicare, tuoque sub nomine in vulgus emittere. Non quia tantopere gratificaturum me tibi munere isto

illo tam levi putarem, sed cum turpius nihil sit ingrato, ut hoc velut indicio, & ceu pignore quodam certo memorem ac gratum me tibi probarem. Ea enim officia in me tua extant, quibus cum Heidelbergae essemus, plurimis ac maximis me tibi devinxisti, ut nisi perpetuo illorum reminiscar, excors atque amens videar. Atque hujus quidem rei cum testem haberem ampliss. Jo. Locerum, virum in re medica excellentissimum: deinde autem & de omni literarum genere plurimum atque optime meritum, antea quidem apud hunc meminisse illorum satis habebam, propterea quod honestius putarem, in vulgus ac publice tacere, quam parum luculente ac splendide de illis dicere. At vero postquam & hunc virum tantum paucis abhinc annis mors abstulit, aut verius terris invidit, ego quae apud illum, amicus videlicet apud amicum, de te absens praedicare solebam, ea nunc coram, & quasi sub oculis testata tibi relinquere decrevi. Neque dubito, quae tua in caeteris rebus erga omnes pene homines humanitas est, quin voluntatem atque animum in hac re meum magis, quam factum ipsum spectaturus sis. Quanquam etiam quod ad argumentum scripti hujus attinet, id vero neutiquam tale est, ut te illius poenitere debeat: quandoquidem neque summis principibus in eodem versari, aliquando parum visum fuit. Nam de Tiberio imperatore ita scribit Suetonius, historiae fabularis notitiam eo usque curavisse illum, ut grammaticos interim hujusmodi quaestionibus experiretur. Quae mater Hecubae: quod nomen Achilli inter virgines: & quid Sirenes cantare solitae fuissent. Quod igitur severum ac tetricum istum, & in caeteris, ut de eodem accepimus, omnia citius quam jocum aut festivitatem prae se ferentem, fecisse legimus, in eo nos quoque operam aliquam posuisse, nemo opinor reprehendet, nisi qui promiscue ac pariter, unaque veluti pertica, quod proverbio dicitur, cuncta hujus generis damnanda ac rejicienda existimabit. Huc accedit, quod & ipse olim in eodem studio, eademque, ut ita dicam, palaestra versatus es. Non quidem ut tu fabulares istas narrationes atque historias persequereris, sed ut veris ac gestis rebus lucem adderes: & quae poëtarum fictionibus ac numeris involuta ac tecta essent, ea interpretando atque explicando ipse illustrares. Neque ego hoc loco dicam, quantum tibi Richardus ille tuus debeat, quantum Ligurinus, quantum alii item multi, tanta cura tantaque diligentia à te explicati. Neque etiam hoc nunc addam, quantum ipse nominis ac famae tibi pepereris, quantamque apud viros haudquaquam postremos jam olim in hoc genere laudem consecutus sis. Illud magis mirari soleo, te inter tot negotia, quibus regum ac principum aulae perpetuo distinentur atque agitantur, tantum in te laboris atque oneris suscipere potuisse. Nam ut alii aliis, sed singuli tamen singulis negotiis ac rebus alicubi fortassis praeesse recte possunt, ita contra haudquaquam facile, neque cujusvis hominis est, tam diversis ac variis studiis, pariter eodemque modo vacare posse. Atque ad hanc ingenii facultatem, aut, ut verius dicam, felicitatem, non modo natura, aut vis tua, quae tamen eadem in te summa semper fuit, adjuvisse, sed & domestica exempla, ipsaque adeo patria tua excitasse te videtur. Cui enim non notus avunculus ille tuus Winphelingus? aut quis nescit quanto idem ille studio ad literas provehendas rudi adhuc & impolito illo tum seculo progressus fuerit? Deinde autem cui non aliquando Maji nomen auditum? quem tecum ex eadem matre natum, eadem domus, iisdem studiis, velut avitis ac familiaribus quibusdam sacris initiavit. Atque ut te Imperat. Majestas aliquando, ita illum Regis aula jam pridem consiliis atque arcanis suis praefectum velit. Ut interim

cerim taceam Arnoldum, Rhenanum, Sapidum, Schurerum, aliosque summos atque doctissimos viros, qui omnes ex eadem patria, eademque urbe non minus multi, quam olim ex equo Trojano duces praeclari ac memorabiles prodierunt. Quare cum ad haec studia non factus modo, sed natus, non usu aut exercitatione tantum provectus, sed jam inde à majoribus tuis procreatus, hanc velut hereditariam quandam possessionem acceperis, nihil equidem alienum, aut ingratum videri tibi existimo, quicquid hujus generis à quoquam ad te proficiscetur. Quid enim homini docto, & inter ipsas Musas velut educato, magis peculiare ac proprium censeri debet, quam idipsum quod ex literis natum adeo, atque acceptum sit? Facies igitur pristinae atque agnatae humanitati tuae consentaneum, si patiaris nostras has commentationes, tuo sub nomine in vulgus commendari. Ac ut caetera plerique favore constant, ita nos quoque ad similes posthac labores suscipiendos alacriores ipse reddes, si eam de te significationem dederis, ut hunc qualemcunque laborem nostrum, quem in praesentia offerendum tibi duximus, non omnino ingratum aut etiam molestum fuisse tibi videamur. Vale. Francofurti, ad X. Cal. Febr. Anno Christi Domini nostri M.D.XLIII.

J. MICYLLI PRAEFATIO

In libros Fastorum.

Ditae sunt à me annis superioribus Annotationes in Ovidii Metamorphoses quaedam, quas ego tunc partim ex Graecis scriptoribus, partim aliunde quaesitas atque collectas, aliorum commentariis velut auctarii vice adjiciendas putavi. Has igitur cum studiosis praesertim nostrarum literarum, non omnino inutiles fuisse existimarem, eodem exemplo & caetera ejusdem poëtae opera pervagatus sum, ut quae in iisdem enarrandis ab aliis parum commode tradita, aut etiam prorsus praeterita atque omissa videbantur, eorum pleraque prolixius ac planius, quoad fieri posset, explicarem, quaedam etiam de integro ac nova interpretatione illustrarem. Quanquam igitur in parte operis parum fortasis conveniat praefari, praesertim quando non justa atque integra Commentaria, sed Annotationes tantum paucas ac breves quasdem scribimus: veniam tamen dabunt nobis opinor aequi ac boni lectores, si de hoc ipso commentandi genere nonnihil in medium, hoc loco aferamus, non tantum ut nostram hoc pacto caussam, nostrasque partes tueamur: sed ut in commune omnium eorum, qui in hoc scribendi genere versantur, laborem ac studium ab injuria & obtrectatione vindicemus.

Nam ut apud Callimachum poëtam,

Ὁ φθόνος Ἀπόλλωνος ἐν ἔσσι λαῖος ἀοιδοῖς,
Οὐδ' ἄρμαι τὸν ἀείδον, ὃς οὐ ἔσσι πόντος ἀοιδός:

Eodem fere modo & hodie vulgo faciunt, qui de nostris studiis nostrisque his operis judicare consueverunt. Neque enim illi eo respiciunt, utrum recte an perperam, id quod institueris, peragas ac praestes: sed verborum multitudinem ut plurimum spectant, numerumque ac modum paginarum recensent: perinde ut pueri solent, quibus si pomorum aut nucum acervum proponas, ex altera autem parte aureolum aut gemmam ostentes, ad id protinus, quod majus ac plus apparet, feruntur, numeroque ac magnitudine, non pretio aut dignitate sua res propositas metiuntur. Itaque & illud jam passim fieri videmus, ut inceptorum, nequid aliud dicam, librorum, magna ac vilis ubique annona sit, meliorum autem atque utiliorum ratio prope nulla habeatur.

Atqui apud eundem poëtam, ut eodem loco narratur,

Τὸν φθόνον ὦ πόλλων θοὶ τ' ἤλασαν ὧδε τ' ἔειπον,
Λοιγυέϊ πλήμμυρε μέγας ῥόε. αὐλὰ τὰ πολλὰ
Ἀύματα γῆς καὶ πολλὸν ἐφ' ὕδατι συρφετὸν ἕλκει.

Quibus verbis idem poëta illud nimirum innuit ac monet: Non magnitudine ac versuum numero scriptorum opera aestimari debere, sed virtute ac pretio quaeque suo censenda esse. Propterea quod, quemadmodum in modico saepe sigillo plus aliquanto gratiae atque artis elucet, quam in immenso ac ponderoso colosso: ita & in brevi aliquando pagella, paucisque versibus, plus ingenii atque elegantiae, quam alibi in magno atque operoso voluminè, cernitur. Neque enim ut quicque prolixe traditum ac dilatatum est, ita continuo perfectum idem atque eruditum. Nam & terra plerumque eos fructus minus sapidos, parumque gratos edit, quos aliis in eodem genere majores, aut copiosiores producit. Elanguescit enim virtus distracta: minusque tanto vires quaeque possunt, quanto plures in partes disperguntur. Quod si igitur hoc fit in iis, quibus ipsa natura nascendi vim ac semina suppeditat: quanto idem magis evenire putandum est in illis, quae longe inferiores ortus atque progressus habent, usuque solum atque arte perficiuntur?

Quare in judicandis scriptorum laboribus non semper ad voluminis modum, aut ad versuum multitudinem ac numerum aspiciendum est: sed illud potius videndum, suscepto operi satis quis fecerit: an parum ei, quod sumpsit praestandum, responderit.

Praecipue autem in hoc commentandi genere, ipsae res magis quam verba spectanda sunt: quod haec tractatio non in verborum & orationis commendatione, sed in rerum explicatione potissimum versetur. Et ut in circulo videmus, ut quaeque centro viciniora sunt, ita minores ambitus, brevioresque gyros circumacta efficere: ita & illa quae in explicatione scriptorum sententiam ac rem propositam certius ac propius contingunt, minore verborum ambage, neque eadem ubique prolixitate indigent,

Ἁπλῆς γὰρ ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ,
Κ' ἐ ποικίλων δεῖ ἀνδρὸς ἐρμηνεύματων:

Ut inquit Euripides.

Neque ego nunc de omnibus haec intelligi volo, qui in hoc commentandi studio versantur, bonisque atque antiquis autoribus explicandis operam suam collocant. Neque enim ignoro, quosdam in hoc genere prolixe ac copiose quaedam cum multa & sua laude, & studiosorum utilitate protulisse. Verum illis respondendum hoc loco putavi, qui cum aliorum scripta judicant, ex chartarum multitudine ac numero laborem atque operam uniuscujusque aestimant: eum demum scriptorem praemiis ac laude dignum arbitrantes, si quis immensam aliquam varie atque undecunque consarcinatam, decempedisque magis quam versibus mensuandam Rhapsodiam, in medium forte produxit. Quasi vero ejusdem operae, ejusdemque negotii sit, de multis, & non ita obscuris rebus magna volumina compilare, & res in specie quidem exiguas, re ipsa autem impeditas atque difficiles, verbis & interpretatione manifesta ac certa explicare. Quorum hoc quidem

dem ingenium ac studium, praeterea variam atque multijugam lectionem desiderat: illud autem nihil fere, praeter sedentariam quandam operam requirit. Quantae enim quaeso difficultatis, quanive laboris fuerit, ea quae apud alios scripta aut dicta repereris, in alium atque alium subinde librum transferre, & perinde ut negotiatores merces solent, è suo ac patrio loco, peregrino atque externo importare: Interim autem illa, quae non satis intellexeris, aut alias parum commode explicaveris, alienorum verborum multitudine obscurare? Quae quiddam & superiore aetate non paucos, & nostra item quosdam videmus fecisse. Quorum alii ne quid nescire viderentur, etiam alienissima interdum cum πάρεργα, tum ἀνάγκαια, & omnino ἀνεπιδόκιμα lectori obtruserunt. Alii autem, dum eorum quae scire volunt, pleraque nesciunt, prolixitate alieni sermonis animum atque oculos legentium aliorsum abstrahunt, & a re proposita avertunt. Ut interim non addam, quam non solum non utile, verum etiam molestum lectori sit, tempus illud frustra perire, dum quae apud suum autorem commodius ac rectius legere poterat, ea loco alieno cum summo taedio tantum non devorare cogitur.

At quanto melius veteres illi, praesertim Graeci interpretes, qui nihil nisi quod ad ipsum argumentum, remque propositam pertineret, scholiis atque interpretationibus suis adesse voluerunt? Perinde enim ut athleram, aut pugilem, decet intra septa sua, terminosque praescriptos sese continere, neque huc atque illuc diverticulum quaeritando evagari: ita & scribentem consuerunt intra suum quemque argumentum, luisque fines versari debere, neque alienis atque anxie quaesitis rebus, id quod explicandum suscepit, ultro etiam involvere atque implicare. Inutile enim ac supervacaneum omne illud esse, quod praeter rem propositam, sine causa ac temere affectando adsciscitur.

Quanquam haec quidem in universum de tota hac commentandi atque interpretandi ratione accipienda sunt: quae & mediocritate quadam constare, & in rerum explicatione magis, quam verborum ambagibus & prolixitate operosa esse debet. Quare ut ad Annotationum genus illud redeamus, quae aliorum commentariis jam editis superadduntur, quibus vel perperam explicata, ad sententiam senam ac genuinam revocantur: vel quae penitus omissa fuerunt, de integro & quasi quodam postliminii jure, loco atque ordini suo restituuntur: eas inquam, quis non contra videt & multi negotii esse, & magnae difficultatis? Nam ut graviores labores suscipiunt, qui sylva alicubi caesa, & complanata, annosos è terra truncos ac stipites postea eradicare conantur, quam qui ipsas arborum frondes ac ramos dejecerunt: ita & in hoc scribendi genere duriores fere partes sustinent, qui quae ab aliis propter obscuritatem rei, aut prolixitatem sermonis relicta sunt, ipsi expedienda atque explananda sibi sumunt. Ita enim res habet, ut quaeque per se ipsa manifesta ac plana sunt, ita vulgo à pluribus enarranda suscipiuntur. Illa vero quae majore opera, aut vi ingenii aliqua indigent, vel tacito praetereuntur, vel aliena atque absurda interpretatione obscurata, aestimanda magis quam explicanda aliis relinquuntur. Proinde duplici res eadem difficultate implicatur: quod & magnum laborem, neque vulgare ingenium requirat: & contra, si quid forte aberres, aut alicubi impingas, risui pariter & arrogantiae crimini teipsum exponas. Itaque tametsi illa, quae hujusmodi commentatione efficiuntur, per se modica ac brevia videntur: magnis tamen laboribus, multisque ac variis lucubrationibus comparantur. Nisi vero quis existimet, aut veterum aetate Athenaeum, Gellium, Macrobium: aut nostra etiam, Crinitum, Politianum, Egnatium, & his similes alios, qui certorum locorum explicationes edidere, minus elaborasse, aut non aeque multum: atque eos, qui aliena describendo commentaria, sua in immensum exauxere, praestitisse. Nam ut medicis, qui vulnera aut morbos ab aliis relictos ac desperatos quando suscipiunt, majori arte, diligentioreque cura utendum est: ita & illis evenire necesse est, qui locos autorum obscuriores, & ab aliis relictos, enarrare aggrediuntur: ut multo plus negotii ac difficultatis, quam caeteri interpretes, sibi ipsi imponant.

Quare iniqui judices existimandi sunt, qui cum opera aliena censent, non laborem aut operam, sed mensuram & magnitudinem eorundem intuentur. Perinde enim iidem illi faciunt, ut qui mugitum tauri, aut fragorem tormenti alicujus, concentibus Harmonicis anteponunt: propterea quod sonitus illorum longiore spacio in omnes partes divagantur, horum autem modulatio ac voces brevioribus intervallis ac finibus terminantur.

Quanquam sane, quod ad meas Annotationes attinet, de me ipso prolixius aliquid polliceri, aut addere non volo. Fortassis enim, ut neque locos omnes, in quibus aliquid desideratur, persecutus sum (quis enim omnes posset, in tanta veterum scriptorum penuria, ac paucitate?) ita etiam parum accurate ac plene nonnullos explicavi. Sed tamen quantum operae ac diligentiae eadem hac in re posuerim, ea quae in libris Tristium, & de Ponto, item illa quae in Consolationem ad Liviam, enarrandi causa adjeci, aliaque non pauca, à superiorum Commentariis longe alia atque diversa, testantur. Quae omnia cujusmodi sint, eruditorum judicio aestimandum relinquo. De me fortassis, ut & de aliis multis, majore cum labore, quam emolumento, in hoc studiorum genere versatis, posterior aetas judicabit.

Haec igitur sunt, quae praefandi causa, cum de hac tota commentandi ratione, tum vero privatim de Annotationibus nostris, monenda hoc loco putavi. Quae si cui alieniora, aut etiam molestiora videbuntur: ille idem cogitet, & nobis, qui in hoc scribendi genere elaboramus, ea quae de studio atque opera nostra vulgo jactantur, ab iis qui haec vel non satis intelligunt, vel alias parum dextre judicant, iniquiora censeri. Nam ut indignum atque arrogans quiddam fuerit, de quibus non mercaris, velle praedicari: ita rursum iniquum, atque adeo indignum fuerit, justam ac debitam alicui gratiam, sinistro ac pravo animi judicio perperam ac temere derogare.

HERCULIS CIOFANI SULMONENSIS

DEDICATIONES ET PRAEFATIONES.

In Epistolas.

ILLUSTRISSIMO ATQUE EXCELLENTISSIMO

D. SCIPIONI GONZAGAE,

Marchioni & S. R. I. Principi.

QUantum doctrinae & elegantiae in his Epistolis adhibuerit OVIDIUS, non invitus, si mihi per occupationes liceret, ostenderem, & ni doctissimis quibusque perspectum atque exploratum esset. Quid de artis poëticae praeceptis di-

dicam, quae in his insunt unà cum variis affectibus, quibus, qui amant, excruciantur, optime & prudentissime expressis? In quibus haec omnia ita effcta & expressa leguntur, vix ut apud nos liber sit, qui cum his merito conferatur: quamvis non bonum plane fatum fortitae esse videantur. Cum enim pueris (licet à fabulis cum priscis illis auctoribus incipiendum esse sentiam) Latinis litteris operam daturis in ipso limine exponi solitae sint, leve quiddam ac nugatorium esse vulgo existimantur. In errore huic simillimo ii etiam versantur, qui Aesopi fabulas, opus sane elegantissimum, nullius, aut parvi admodum momenti esse putant, quod item pueris, qui Graecis litteris tradendi sunt, explanantur. Quas tamen à Platone, & Aristotele, duobus & loquendi, & sentiendi magistris praeclarissimis, qui earum testimoniis frequentissime utuntur, plurimi factas esse certum atque exploratum est. Has autem epistolas, quibus ab hoc nostro cive nullum elaboratius, & limatius fortasse opus editum fuisse judico, à me veterum librorum ope emendatas, & observationibus illustratas tibi inscriptas esse volui, qui, de meliori nota scriptis litteris ad virum immortalitate dignissimum, cui tu Scipio agnatione conjunctissimus es, virtute simillimus, Vespasianum Gonzagam efficiti, ut ad eruditissimas ac prudentissimas illius aures nomen pervenerit meum. Qua ex re nihil gratius, nihilque jucundius ipse umquam sensi. Interim quaeso te, atque obtestor, ut eam, quae tua propria, quaeque omnibus omnium aetatum, atque ordinum in Urbe viris summae admirationi, summaeque laetitiae est, humanitatem mihi perpetuo conserves, atque harum observationum non magis dedicationem, quam gratiarum actionem, accipias, tuaque summa auctoritate ac favore protegas. Vale, Venetiis, VII. Kal. Octob. M. D. LXXX.

HERCULIS CIOFANI,

Sulmonensis,

In

P. OVIDII NASONIS

De arte amandi libros III. observationes.

ILLUSTRISS. JUVENI KAROLO BELPRATO,

Amversae Pelignorum Comiti.

HIs diebus, qui proxime praeterierunt, cum in Urbem una cum Virginia Ursina, lectissima, ac prudentissima femina, matre tua, te contulisses, egoque, quae meae praecipue partes erant, quippe qui multis abhinc annis universae familiae tuae addictus perpetuo fuerim, ac nunc multo magis sim, vos domum officii causa salutatum venissem, eo primum comitatis, & humanitatis genere à vobis exceptus sum, ut nihil vobisnectipsis amabilius ab iis, qui ibi aderant (aderant autem plurimi, & nobilissimi viri) esse judicatum sit. Deinde me ab illa ornatissimorum hominum corona ad te seorsum humanissime vocasti, deque harum litterarum genere, quibus utcrque nostrum delectamur, loqui coepisti: de quibus praeclara multa cum dixisses, divini prope ingenii acumen ostendisti: qui si te immatura patris tui, Joannis Bernardini, viri eruditissimi, ac praestantissimi, qui totius Aprutii prorex jam erat designatus, mors, tuaeque ditionis status ab eodem studio jam non deturbasset, tuque idem studium ef-

fes persecutus, ad summam profecto & sciendi & intelligendi facultatem pervenisses. Ea enim sunt animi & ingenii tui ornamenta: quae quidem ornamenta, & causae me ad tui, tuorumque omnium, qui me non vulgariter dilexerunt, ac diligunt, perpetuam observantiam mirifice impellunt, faciuntque, ut sub tuo nomine, quod non solum in Neapolitano regno, totaque Italia, sed & in externis quoque regionibus propter miram ipsius antiquitatem, nobilitatemque clarissimum est, quidquid ego in Ovidii, quem poëtam tu merito admiraris, Amorum libros, jucundissimos, eruditissimosque, notaverim, in lucem emittam, tibique consecrem. Qui labores si tibi, avoque tuo, viro rerum omnium usus intelligentissimo, Joanni Vincentio, fratrique tuo, adolescenti valde probo, & erudito, Scipioni, qui harum in primis rerum optimi existimatores estis, probabuntur, in sinu, tamquam summam felicitatem consecutus, laetabor. Vale, meque perpetuo, ut soles, dilige. Romae VI. Idib. Jun. M. D. LXXX.

EJUSDEM

In Elegias de Medicamine faciei & de Nuce.

ILLUSTRI ADMODUM, SPECTATISSIMAEQUE PROBITATIS ET ERUDITIONIS FEMINAE,

LIVIAE BECCARIAE,

Spairanae Ticinensi.

VEra ac solida laus ea profecto est, quam majores ii, qui divitiis bene, laudabiliterque partis, & rebus domi, militiaeque gestis nobiles extiterint, posteris una cum fortunae bonis hereditariam relinquunt. Sed longe verior, ac solidior ea est, quam ita relictam heredes ipsi sua industria, suoque studio non solum tuentur, sed longe lateque propagant. Quam quidem laudem quis hodierno die est, quin tibi merito tribuendam fateatur? Tu enim illa es, Livia, quae majorum tuorum, qui istius, in qua nata es, urbis domini antiquitus fuerunt, gloriam, generisque nobilitatem, quam nongentis abhinc, eoque amplius annis illustrem esse, quamplurimis historiis, quas quarto abhinc anno Hieronymus Catena, vir doctissimus, tuaeque dignitatis amantissimus mihi ostendit, proditum est, multiplici bonarum artium doctrina, singularique probitate illustriorem reddis. De tua autem quid dicam pulchritudine, qua non Insubriae solum regionis, sed omnis quoque Transpadanae Galliae mulieres, quod bona earum venia dictum sit, vincis atque obscuras? Quae me praecipuae causae, ut alias omittam, cum corporis, tum animi raras virtutes tuas, quas si recensere ipse vellem, dies citius me deficeret, quam materies, impulerunt, ut perbreves has in pulcherrimas Ovidii, civis mei De medicamine facici, ac de Nuce elegias observationes tibi inscriperim. Quae si acerrimo tuo judicio probabuntur, erit mihi cur valde gaudeam, & ex industria, diligentiaque, quam in eodem poëta illustrando adhibui, uberrimos fructus capiam. Vale, Romae IV. Kalend. Maj. M. D. LXXX.

EJUSDEM

In Halieuticon,

ILLUSTRISSIMO ABBATI,

JOANNI BAPTISTAE ALBANO.

Difficilior fane, ac fructuofior provincia eft, quam vulgus exiftimat, ejus, qui in veterum auctorum monumentis purgandis, fed non fine fummo gloriae fplendore, omne fuum ftudium ac diligentiam collocat: modo aliquid aggrediatur, ac praeftet, quod Reip. litterariae interfit. Idque duabus potiffimum rationibus efficere poteft. Quarum altera eft: fi ejus operis, quod illuftrare ftudeat, priftcum aliquod exemplar nactus eft, cujus ope atque auxilio nixus, loca aliquot, fi minus omnia, quae in eo temporis vitio depravata funt, feliciter emendet, atque in integrum reftituat. Altera vero: fi ejufdem generis libri, à quo mendas auferre conatur, exemplar fcriptum nullum repperit, conjecturis ejus vulneribus medicinam faciat. Ex his emendandi rationibus tutior omnino, & minus audax prior eft. Quamquam fiquis eft, qui in utraque re aliquid, quod doctorum hominum auribus dignum fit, moliatur, is fummis & prope divinis laudibus afficiendus eft. Cujus generis homines & patrum noftrorum memoria multi excelluerunt, & hac noftra aetate multo plures excellunt, ut Victorius, Muretus, Sigonius, Giacconus, Statius, Urfinus, Scaliger, alii. Quorum ego infiftens vestigiis, in OVIDII HALIEUTICO, opere cum ad Latinum fermonem, tum ad pifcium naturas atque ingenia cognofcenda valde utili, emendando atque illuftrando non parvum ftudium pofui, veterisque exemplaris, quod nullum extat hodierno die, ope deftitutus, conquifitis tamen praeftantium virorum, qui in talibus rebus fumma cum laude verfati funt, conjecturis, quibus quafdam meas addidi, quam maximum potui, auxilium attuli. Adjunxi praeterea Ariftotelis, Plutarchi, Aeliani, Oppiani, Plinii, aliorumque, qui de pifcibus multa etiam diligentiffime litteris confignarunt, nonnulla loca, quibus quae in hoc valde lacerato opufculo funt, vel optime illuftrantur. Quem laborem ac ftudium, licet ferius, quam decreveram, tibi offeram, fi tuo, vir doctiffime ac nobiliffime, fano excipies, ac fovebis, magnos induftriae ac diligentiae meae fructus capiam, tibique, qui fumma in me beneficia contulifti, fi non re, faltem voluntate par pari, tua inprimis fretus humanitate, retuliffe videbor. Quod à te ftatim me impetrare poffe non diffido, cum innatae integritatis tuae, morumque fuavitatis, atque animi altitudinis recordor, qua non me folum, fed, quot in Urbe vivunt, viros ingenioios jam tibi in perpetuum devinxifti. Vale, meque in tuorum, qui tibi omnium fidiffimi atque addictiffimi funt, numero habere non dedignare. Romae VIII. Id. Sext. M.D.LXXX.

HER-

EJUSDEM

In *P. Ovidii Nafonis* libros Metamorphofeon.

ILLUSTRISSIMO ATQUE EXCELLENTISSIMO

D. VESPASIANO GONZAGAE COLUMNAE,

Sablonetae & Trajecti Duci, Hoftiani Marchioni, S. R. I. Principi, Fundorum & Rotinghi Comiti.

Gloriofa profecto res eft, VESPASIANE DUX OPTIME AC SAPIENTISSIME, non folum aequales adaequare, fed etiam vincere ac fuperare. Quam gloriam ac laudem omnes uno confenfu, unaque voce tibi merito deberi confitentur. Ex Illuftriffima atque Excellentiffima GONZAGARUM, & COLUMNARUM familia originem ducis: honeftiffimarum omnium artium intelligentiffimus es: domi, forisque rebus geftis praeftantiffimis nobiliffimus. Tales in te virtutes admiratus maximus omnium Regum, PHILIPPUS Hifpaniarum Rex, tuo ufus confilio & opera in iis, qui in fuis Regnis fuerant excitati, tumultibus fedandis, femper te plurimi fecit, & Navarrenfi, Valentinoque Regno PROREGEM effe voluit. Quod quidem munus à te laudabiliter ac fapienter adminiftratum quis non praedicet? Ob quae animi & corporis praeclariffima ornamenta, quae non epifto-la tantum, fed ne fatis longa quidem hiftoria concludi ac comprehendi facile poffent, ipfe fretus, qui dignitatis tuae & admirator & ftudiofiffimus fum, confecro tibi meas in OVIDII Metamorphofin, opus cum ingeniofum, tum folidae multiplicifque eruditionis plenum, obfervationes. In quas ea congeffi ac collegi, quae ipectatu ac cognitu digna effent. Illud autem inprimis tentavi, & conatus fum, ut veterum librorum ope fummopere adjutus, à quibus qui recedit, faepiffime errat, quam emendatiffima praeclariffimi hujus, & numquam fatis laudati poëmatis carmina in ftudioforum manus pervenirent; &, ut arbitror, non infeliciffime etiam fucceffit. Sexcentos enim locos (ita comperient, qui periculum facient, fi hafce obfervationes cum aliis, quae ufque huc prodierunt, editionibus conferent) emendatos, fuaeque integritati reftitutos effe certo fcio. Verum, ubi veteres libros quoque depravatos effe cognovi, eruditis viris eam, quam ipfe faciebam, conjecturam expofui: qui fi eam probarent, in hafce lucubrationes referri debere cenfui, adftipulatoresque laudavi: fin minus (quod non femel contigit) eam, quam ipfi tanquam veram, germanamque proponebant, amplexus fum, atque in hunc ipfum commentariolum retuli. Illud ingenue fateri poffum, me neminem, à quo aliquid aut in fermone acceperim, aut ex ejus fcriptis collegerim, quod quidem fciam, fua laude defraudaffe. Locos nonnullos, quos ante hunc diem aut non videram, aut non intellexeram, interpretatus fum, quotiefcumque interpretatione opus effe judicavi. Nonnullos vero, quos priore impreffione in antiquis exemplaribus me inveniffe teftatus eram, quosque meliores ac veriores iis effe, qui circumferebantur, interdum meo ufus judicio, interdum vero amicorum confirmavi. In quibus judicandis fortaffe faepe lapfus fum: nonnunquam etiam aliorum opinioni atque judicio examinandos reliqui. Quis eft enim omnium hominum, qui cuncta recte judicare poffit, & interdum non labatur? Hos autem labores, PRAESTANTISSIME DUX, quando SULMONEM, patriam meam

meam amas (quae fratris tui uterini, HORATII LANNOI PRINCIPIS imperio peret) caramque habes, neque de nomine jam noscis, tibi probatum iri facile confido. Vale. Romae Kal. Septemb. M. D. LXXX.

EJUSDEM

Ovidii Defensio, & Metamorphoseos laus.

QUidam cum sciret poëtam hunc nostrum esse fabularum scriptorem facundissimum, ac facile principem; ejus carmina in Italicum sermonem sibi converti jussit, arbitratus eum Latine non locutum esse: ac, quoties de eo sermo inciderat, ita de eo, ut de barbaro aliquo, & Latinae linguae imperito, loquebatur. Quem alii quidam secuti, in gravissimorum, doctissimorumque hominum aculeos merito inciderunt. Qui enim, quaeso, sumus nos, ut, cum de Latini sermonis integritate & elegantia agitur, tam superbe judicium de antiquis scriptoribus facere audeamus? Multa, inquiunt, innovavit Ovidius, multas voces confinxit, quibus superiores usi non erant. Unde scis, quisquis es, innoverit ea, an è vetustioribus, quos nunc non habemus, ipse habebat, acceperit? Quisquamne veterum Criticorum Ovidium unquam, tamquam parum Latine locutum notavit? At isti delicias faciunt: & vocem ullam negant se ferre posse, quae non in Catulli, Lucretii, Virgilii, Tibulli, & paucorum praeterea, versibus reperiatur. Quanto satius esset *μὴ μαίνεσθαι*, ut ait Thucydides, *τοῖς πολλοῖς γιγνόμενα*, & eorum auctoritati acquiescere, quorum multiones melius ac certius, quam nos, de Latino sermone judicare poterant. Ponam equidem, quid de Ovidio senserit historicus optimus C. Vellejus Paterculus lib. II. *Paene*, inquit, *finita est innascentium oculis ingeniorum enumeratio, inter quae maxime nostri aevi eminent, princeps carminum Virgilius, Rabiriusque, & consecutus Sallustium Livius, Tibulluque &* NASO *perfectissimi in forma operis sui.* Quo vel uno testimonio eos, qui ita acerbe ac petulanter in ipsum invecti sunt, neque vere, neque sincere, sed ex affectu ac libidine locutos esse, simulque inscitiam patefecisse suam, facile intelligere est. Siquis vero opus hoc diligenter inspiciat, reperiet profecto tantam tamque admirabilem dicendi copiam atque ubertatem, simulque sententiarum, verborumque gravitatem, vix ut alius sit apud Latinos poëta; qui in hac re ipsi merito praeferri possit. Quid dicam de modo illo singulari ac prope divino connectendi fabulam cum fabula? in quo ita excelluit, ut nihil artificiosius, nihil praestantius, nihil denique ornatius aut dici aut fieri possit: quod res diversissimas tractans adeo ingeniose eas connexuit, ut una materia planè videatur. Illud etiam minime reticendum est, Latinos olim scriptores ad unum fere Graeca opera in Latinum vertisse sermonem, à quibus eximia doctrina, atque eruditio orta est praestantissima. Contra factum esse à Maximo Planude nemo ignorat, qui cum optime nosset Graecam linguam poëma non habere, quod tanta gratia ac venustate, quanta hoc, flueret, è Latino in Graecum id transtulit. Quid multa? Artes omnes, quae antiquis notae erant, cum in aliis, quae conscripsit, operibus, tum maxime in hoc ita declaravit, ut quamplurimi viri utriusque linguae, quae in pretio sunt, intelligentia, atque acerrimo judicio praestantes, supra quam dici potest, admirentur.

EJUS-

EJUSDEM

Praefatio ad Lectorem.

Libri, quibus in Ovidii nostri, poëtae lepidissimi ac doctissimi, Metamorphosi emendanda usus sum, quorum sint, & à quibus eos commodato acceperim, paucis te commonefaciendum putavi. Scias igitur, cum in Patria essem, sex manuscriptos libros me evolvisse. Quorum unus fuit, id est propeniodum septem primi libri, Francisci Sanaei, viri omnium humanissimi: quem ille, antequam è vita excederet, Ascanii Lucini opera mihi perbenigne commodaverat. Alius est sodalium Dominicanorum, in quo sex fere ultimi libri deerant. cujus libri copiam mihi fecit F. Lucas Perusinus, egregius concionator. Accesserunt alii duo, qui asservantur in Bibliotheca S. Spiritus, principis Caelestinorum Coenobii. Quorum copia mihi facta est a F. Angelo Epirio. Sunt & duo alii mei, qui omnium, quos mihi videre contigit, antiquissimi ac praestantissimi videntur. Postea vero, cum ad Urbem me contulissem, ut viros doctissimos, qui hic sunt, & in primis Manutium, & Murctum, in quorum amicitiam per litteras jam admissus eram, viserem, atque eorum consuetudine meo arbitratu fruerer, percurri multis in locis octo alios, qui sunt in Bibliotheca Summi Pontificis, quae vigesimo abhinc anno commissa est fidei ac diligentiae, viri optimi, atque in liberalium disciplinarum cognitione non parum versati, Federici Ranaldi. Quem alucinatus D. Lambinus in suis in Horatium commentariis Federicum Bruttium vocat. Is atque ejus frater Marinus (qui ejusdem Bibliothecae à GREGORIO XIII. PONT. OPT. MAX. nuper custos declaratus est) non solum mihi ad eam, quoties volui, aditum dederunt, sed me in iis quoque libris conferendis maximopere adjuvarunt. Contuli etiam alium Fulvii Ursini, viri omni virtutum genere ornatissimi. Postremo, cum hic labor ad finem jam perductus esset, aliorum duorum magna mihi potestas facta est à Mario Maffeo, R. homineque integerrimo, atque ingenuis omnibus disciplinis exculto: cujus domus ut bonas artes olim amavit semper, ac pro virili parte aluit, ita nunc & ipse, ejusque frater M. Antonius, Cardinalis amplissimus doctissimusque, eas amplexantur ac fovent. Impresso hoc opere, vir summa doctrina, Achilles Statius, quaedam sane antiqua atque optimae notae folia mihi utenda dedit: quae in hac secunda editione una cum alio libro, item scripto Briantii Briantei Mogontiaci ex agro Mediolanensi, qui fuerat B. Aegii: & cum iis fere omnibus, quibus jam usus eram, exemplaribus, qua potui diligentia evolvi. Consului etiam non indiligenter alium veterem ex Bibliotheca Capranicensi: item alium ex Bibliotheca ALEXANDRI FARNESII CARDINALIS, Joannis Dei, & Josephi Ernaldi, civis mei, in quibus eos, qui à me non citantur, libros desiderari scias. Contuli praeterea, quando poëtam hunc nostrum emendandum atque illustrandum suscepi, loca aliquot à Mariangelo Accursio Aquilano, & Oberto Gifanio Burano ex vet. libris, quibus se usos esse affirmant, restituta. Adhaec, quia controversiam inter eruditos maximam esse non ignoro, an opus hoc Metamorphoseos, an Metamorphoseon inscribatur, visum est opinionem meam tibi aperire. Ego quotquot vetustos libros vidi, in his omnibus (uno excepto Vaticano, in quo legitur Metamorphoseon, qui omnium, qui in eadem Bibliotheca asservantur, recentissimus est: nam Pii II. aut III. tempore descriptum esse constat) Metamorphoseos numero singulari esse ani-

animadverti. Quam inscriptionem, accedente praesertim Quinctiliani testimonio, placuit retinere. Nunc Ovidio ipso, quem, ut spero emendatiorem, quam antea unquam, in lucem emitto, fruere. Vale.

EJUSDEM

In *P. Ovidii Nasonis* libros Fastorum.

ILLUSTRISSIMO ET EXCELLENTISSIMO

PAULLO UCHANSKI,

Comiti de Sluczevo, Capitaneo Drohobicensi,

Stephani Serenissimi Poloniae Regis apud Sedem Apostolicam Oratori dignissimo ac disertissimo.

EX omnibus veterum poëtarum monumentis nullum hodierno die extat opus, quod aut eruditione, aut rebus, quae ad Romanam antiquitatem cognoscendam pertineant, hos Ovidii Fastorum libros antecellat. Quod cum perspicuum sit, amici quidam mei, harum litterarum, quae ab humanitate nomen sortitae sunt, intelligentia ornati, efficerunt, cum eos libros, quos in exsilio scripsi, uno eodemque volumine cum sex his conjungi solitos, scholiis illustrassem, ut hi eadem quoque diligentia, & industria, qua in illis usus eram, mea in lucem prodirent. Quid multa? Ex iis, & quibusdam aliis viris, quorum propemodum sub imperio sum (notum enim est, quam legum studio, aliisque negotiis sim occupatus) parandam duxi, quamvis hoc onus meis viribus longe impar esse sciebam. Horum tamen caussa, & impulsu siquid à me praestitum fuerit, quod eruditis placeat, laetabor; sin minus, eos hac mea voluntate, qua praeclarum aliquam rem praestare cupiissem, in primis contentos esse decet. De Ovidio autem ipso, qui à lapientissimo philosopho, Seneca, Poëtarum ingeniosissimus non immerito vocatur, quid hic dicam? quid de ejus in quacumque disciplina, quae ejus ipsius aetatis hominibus nota erat, praestantia? Nonne his carminibus, quibus perfectus est quae ad veteres Romanorum ritus pertinent, quaeque (hac quidem in re) exilia, nuda, jejunaque erant, (sic enim iis, qui materia proposita aliquid scribendum inscipiunt, in quo, veluti spatioso campo, vagari nequeant, accidere solet) gravitate, ornatu, copioseque tractavit? quid de eloquentia, qua alios Latinos Poëtas, ut Gulielmus Sirletus Cardinalis amplissimus, Hippolytus Capilupus Episc., M. Antonius Muretus, Petrus Ciacconus, aliique viri doctissimi sentiunt, longe latoque superavit? in qua cum, ut de altera loquar facultate, Cicerone, & Livio, quibus apud Latinos copiosius nemo scripsit, inferiorem, si quis vere, atque incorrupte judicabit, minime reperiet, sed eis merito comparari posse ac debere consitebitur. Ab ejusmodi eloquentiae laude te ii, quem modo nominavi, quemque nostrae memoriae hominum eloquentissimum esse constat, SIRLETUS, cum proximis his diebus pro STEPHANO SERENISSIMO POLONIAE REGE apud GREGORIUM XIII. PONT. MAX. disertissimero, qua ei, sanctaeque Romanae sedi illius nomine obedientiam detulisti, magno cum lepore orationem habuisses, non longe abesse testatur, & ego, qui nonnullos alios oratores ibidem audivi, idem sentio. Quod praeclarum, atque admirabile animi tui ornamentum, innumerabiles omnium ordinum homines, qui eo,

eo, ut te audirent, confluxere, ad summam tui ipsius admirationem adduxit? quos, cum verba faceres, quis repertus est hujusmodi laudis tam cupidus obtrectator, qui inficias iverit, omnes, suavitate dicendi captos è tuo ore non pependisse? Inter quos me unum, non valde celebri conditione hominem, sed tamen ab horum studiorum genere non prorsus abhorrentem, fuisse ajo, & laetor. qui mirificam illam tuam non mediocriter imbibi eloquentiam, quamque supra quam dici possit, non solum suspexi, atque admiratus sum, sed etiam venerari, ac colere occoepi. Quamobrem sub tuo clarissimo nomine hosce, quos dixi, Fastorum libros in lucem emittere ausus sum; atque eo magis id feci, quod hoc ipsum opus (cujus alteram partem utinam non desideraremus) in tua regione à Poëta esse editum compertum est: ut aequum sit ad eum locum, unde in Urbem primum venit, eo ex Urbe emendatius, illustriusque, quam usque huc fuit, redire. Peto igitur à te PAULLE vir clarissime, itemque doctissime, & humanissime, ut laborem hunc ex animi mei in celsitudinem tuam observantia profectum, libenter accipias, & tandem aliquando legere non dedigneris. Vale. Romae III. Kal. Maji. M.D.LXXIX.

EJUSDEM

Praefatio ad Lectorem.

IN FASTORUM volumine emendando duodecim libris veteribus usus sum, quorum octo in summi Pontificis bibliotheca, qua praeclarior & copiosior nulla alia extare dicitur, adservantur: in horum duobus postremus liber desideratur. Alii duo sunt eruditissimorum virorum, Achillis Statii, & Fulvii Ursini, qui omnium antiquissimi esse videntur; ad horum praestantiam & antiquitatem unus ex illis, quos dixi, Vaticanis accedit. Alius ex bibliotheca Masciorum: alius, quem frater meus, M. Antonius cum impresso diligentissime contulit, quem librum fratris in scholiis voco. In exemplari autem Statii tres propemodum libri desunt. Eae notae, quibus brevitatis caussa usus sum, o. l. s. omnes libros scriptos significant. Vale.

EJUSDEM

In *P. Ovidii Nasonis* libros Tristium.

ILLUSTRI ET OPTIMAE SPEI PUERO,

FRANCISCO BASTONO ALEXANDRINO S.

CUm eruditissimus, atque in Romana curia, rerumque usu non mediocri cum laude versatus, patruus tuus, GULIELMUS BASTONUS, optimi viri & eximii in urbe patroni, NICOLAI ANGELII BARGAEI opera me in intimos familiares admisisset suos, nihil prius faciendum mihi duxi, quam ut tibi, quo ei nemo propinquior, & carior est, aliquid inscriberem: quo, si nihil aliud, summam observantiam erga utrumque meam testarer. Itaque poëtam; quo nullus alius mihi quidem jucundior est, aetati vero tuae magis necessarius, atque utilis, OVIDIUM in manus sumpsi. Cujus eos libros, qui vel virginibus ipsis, quae Deo dicatae sunt, quodammodo exponi ac declarari possent, delegi. in quibus, ut scis, tantum studii & otii posui, quantum mihi, in aliis rebus vehementer occupato,

pato, ad eos cum veteribus exemplaribus conferendos vix satis fuit. Quo temporis spatio id praestare conatus sum, ut Ovidius ipse, collatis, ex ejus praesertim operibus, innumerabilibus prope locis, sui ipsius interpres paene videatur. Hunc enim modum recentioribus, qui judicio & doctrina excellunt, probari cum videam, fabulis & historiis non prorsus vulgatis, brevi cum expositione in locis aliquot, additis, quantum in me fuit, servare studui. Idque si minus feliciter successit, temporis brevitati, vel potius mihi ipsi, qui aliquot ante menses in jus civile incumbere, atque haec studia intermittere, ne dicam penitus omittere constitueram, ut ignoscas, à te etiam atque etiam peto. Illud saltem me consecutum spero, ut omnes fassuri sint, hosce libros, plane aureos locis aliquot emendatiores, illustrioresque, quam ante hunc diem, in studiosorum manus pervenire. Vale, & Latinam linguam hilari animo, ut coepisti, perdisce, ac mores Christiane & illustri puero dignos amplexare, ut familiae tuae, quae per se ipsa satis clara est, & moribus & ingenio tuo maximum splendoris cumulum adjicias. Romae IX. KAL. Januarias M. D. LXXX.

EJUSDEM

In *P. Ovidii Nasonis* libros de Ponto.

CAESARI RANALDO RADIANENSI S.

NOn dubito quin prudentes omnes viri hoc meum sint consilium probaturi, quod ego homo Pelignus Pelignum vatem Peligno adolescentulo dedicandum censuerim. Neque enim quidquam aptius opportuniusque hoc tempore penes me erat, quod tibi, qui non mediocrem Latinae linguae intelligentiam adeptus es, carminumque legem discere in animo habes, offerre possem. Accipe igitur eos Ovidii libros, quos de Ponto à loco appellavit, à me veterum exemplarium ope emendatos, & observationibus illustratos. Quem laborem per id temporis spatium, quo legalium lectionum vacationes publice, privatimque indictae erant, & à plerisque (ut mos est) genio indulgebatur, sexcentis distractus negotiis aggressus ad umbilicum deduxi. De Ovidio autem ipso, deque ejus in pangendis carminibus felicitate, quae in eo Natura rerum omnium magistra adjutrice, mirifice eluxit, quid hic commemorem? quid de facilitate, qua quidquid dicere tentavit, dilucide, pure, ornate copiosèque expressit, enunciavit, & quo voluit inflexit? qui! de Pathetico genere, in quo omnium maxime excellunt? quid de crebris, quibus usus est, sententiis, quas summa cum dexteritate & elegantia explicavit? Hos vero libros, in quibus nihil turpe, nihil obscenum deprehendes (qua utinam labe alia aliorum auctorum opera carerent) si studiose leges, confido fore, ut brevi cum ingenio satis acuto, quo praeditus es, tum tui patrui, viri docti, deque me optime meriti, Frederici Ranaldi auxilio, qui animi causa subsecivis horis tibi, & Aemilio Florio, amitae tuae filio, interdum operam dare solet, non parvos in poëtica facultate processus is facturus. Vale. Romae IV. Id. Mart. M. D. LXXX.

EJUSDEM

In *P. Ovidii Nasonis* Ibin.

M. ANTONIO MURETO JUNIORI,

Maximae spei puero S.

DEbitum, non munus, quod tibi Murete junior offerendum putavi, jure dixerim. Quidquid enim in me litterarum est, quod perexiguum esse fateor, ex perenni, atque uberrimo patrui tui, viri disertissimi, fonte, nisi omnium mortalium ingratissimus esse volo, hausisse ingenue fatear necesse est: neque hoc solum, quod maximum quidem voco beneficium, ei acceptum refero, sed illud etiam, quod quotiescumque opus fuit (contigit autem saepissime) aut mei ipsius, aut propinquorum, aut etiam amicorum caussa, in qua ejus studio & gratia me egere cognovi, non prius ianui, quam eum nullum prorsus laborem detrectantem, quaecumque efflagitavi, summa cum animi hilaritate confecisse comperi. Uno verbo rem concludam. Ex eo die, quo in Urbem primum veni, litterarum adipiscendarum cupidissimus, in intimam ejus ipsius amicitiam ab eo admissus, in filii prope loco perpetuo habitus sum, atque habeor. idque non parvae felicitatis esse duco. His igitur de caussis Ovidii in Ibin opus elegantissimum, fabularum, historiarumque varietate plenum tibi persolvo, ac, quod apud me quodammodo depositum est, reddo ac restituo. In quo me scholia, quibus aut locos aliquot illustrarem, aut veterum librorum auxilio corrigerem, amici quidam doctissimi, vel occupatissimum, quod patruus ipse tuus Muretus non ignorat, scribere coëgerunt. Ea tamen quaecumque sunt, aetati tuae non prorsus inutilia erunt: ingeniumque tuum, quod ad summa quaeque natum esse perspexi, iis aliquanto melius, excultiusque futurum non despero. Vale, & istam, quam magna cum laude ingressus es, virtutis viam, ut ipsius patrui tui aestimationi, nominisque celebritati par sis, amplexari, ac sectari perge. Romae VIII. Id. Martias. CIↃ. IↃ. LXXX.

GEORGII BERSMANNI

Praefatio.

REVERENDISSIMO ILLUSTRISSIMOQUE PRINCIPI

Ac

D. D. JOACHIMO FRIDERICO,

Duci Silesiae, Lignicii ac Bregae, &c. Praeposito Archiepiscopatus, & Primatus Magdeburgensis,

Domino suo Clementissimo S. D.

MEmoriae proditum est, Reverendissime & Illustrissime Princeps, Romanorum gentem inter templa, quae πολυθεΐς illius religionis cultu impio sacra habuit, Herculi & Musis commune dedicasse delubrum, ut essent hi quasi ὁμωζύγαι sive ὁμόναοι, hoc est, eodem templo iisdemque sacris honorarentur. Quo nimirum consecrationis illius auctores non minus sapientia, quam fortitudine prae-

praestantes, immisse videntur conjunctionem pulcerrimam virtutis & literarum, eandemque posteris suis commendare voluisse, non aliam ob causam, quam quod persuasum sibi haberent, fortitudinis & laborum suorum praeconium, his memoriae & antiquitatis custodibus rectissime mandari. Itaque cum non modo ad percipiendam colendamque virtutem, cujus apprime gentem illam studiosam fuisse accepimus; sed ad nominis quoque & gloriae famam prorogandam, cujus non minori, quam illius, cupiditate flagrabant, plurimum se literis adjuvari posse considerent: partim ipsi animos suos doctrina excolebant, partim, si qui ad haec studia viderentur cupidiores, amore & officiis complectebantur eos, quorum ingenio, putabant ea, quae gesserant, posse disseminari in orbis terrae memoriam sempiternam. Non enim temere à Cicerone dictum existimari debet, cum inquit: Nullius agricolae cultu stirps tam diuturna, quam poëtae versu seminari potest. Obtinuit haec consuetudo multis seculis, non in Romana duntaxat republica, sed una cum imperio ad nostram quoque pervenit nationem: neque fuit gens ulla tam barbara, ut à Musis & earum alumnis prorsus abhorreret. Nimis longum esset hoc congruentibus historiarum exemplis planum facere de singulis. Neque vero id nunc agitur: praesertim cum sermo mihi sit cum principe, non literarum duntaxat cognitione imbuto, sed etiam antiquitatis scriptorumque veterum non imperito. Quare, missis nunc aliis, de tuis solummodo, illustrissime Princeps, meoribus aliquid verborum faciam, quippe, qui vel soli narratiunculae huic fidem suis exemplis abunde fecerint. Atque, ne longe abeam, ab ultimo usque initio, hoc est, à Boleslao, quem Otto III. Imper. primum Imperii amicum & regem salutavit Poloniae, hanc detexendo commemorationem, quod & infinitum foret, atque epistolae modum excederet, de avo saltem tuo Friderico & patre Georgio, ac quarto Principibus? quorum utrique a summorum laude propius afuere, quam a mediocrium, pauca memorabo, quae ab epistolii hujus instituto nequaquam, ut opinor, fuerint aliena. De illo igitur constat, praeter eximias laudes pietatis, magnanimitatis, sapientiae, constantiae, ceterarumque virtutum bono Principe dignissimarum, & ipsum Herculi & Musis conseravisse aedem, non qualem Romanos jam diximus, superstitione delibutos irreligiosa, sed qualem decuit principem vovere Christianum. Amplexus enim puritatem doctrinae coelestis, abolitique cultibus profanis & idolatricis, quos Papatus invexerant tenebrae, non modo rempub. legibus constituit salutaribus, & ad bene beateque vivendum necessariis: sed etiam scholam Goltpergensem, vere Musarum, hoc est, pietatis & artium liberalium delubrum aperuit, sumptuumque impensis liberaliter fovit, ac benigne locupletavit; praefecto illi moderatore juventutis scholasticae peritissimo felicissimoque, ac prorsus admirabili, Valentino Fridelando Trocedorfio. De quo, si res maximas in pauca conferre liceat, vere hoc memorare possimus; quemadmodum olim ex Hocratis ludo, quem Cicero summorum oratorum magistrum nominat, tanquam ex equo Trojano innumeri exierunt dicendi principes: ita ex disciplinae ipsius cultura segetem effloruisse uberrimam, ad ecclesiae, reipub. & scholarum incrementum, non in Silesia tantum, sed tota prope Europa. Ac magnae mihi voluptati fuit aliquoties audire, de scholae illius administratione memorabili, multa ac vere mirifica jucunde narrantem, veterem illius alumnum, spectata pietate, doctrinaeque eruditione, sapientia, multoque rerum usu clarissimum, atque omnino singularis exempli virum, D. Casparem Peucerum: qui nullius fere rei expositione magis se exhilarare consuevit, quam mentione ti-

ro-

rociniorum adolescentiae suae, & quasi stipendiorum, quae in bonarum literarum militia sub Trocendorfio meruerit; qui tum temporis scholam illam frequentatam ab Ungaris, Polonis, Silesiis, Germanis, quod paene monstri simile dixeris, absque collegarum ullius opera administra & socia, prudentia, industria, & auctoritate sua regebat solus. Neque semel vir ille ad me, in familiari colloquio, hanc felicitatem suam praedicavit, quod hoc ipso studiorum gubernatore ac morum formatore, ut prudentissimo, ita fidelissimo, incunte adolescentia sibi uti contigerit. De quo scilicet in praesentia plus verborum fieri non est necesse. Itaque, ut revocetur narratio haec, unde tribuni illius nobilissimi, non in Martis quidem, sed Musarum castris militantium, paululum digressa est, ad majores tuos, inclyte & generosissime Princeps, avi tui, cujus laudum non postrema fuerit scholae tam celebris fundatio, hujus inquam vestigiis institit filius Georgius, Celsitudinis tuae parens, non modo pietatis, animique magni & excelsi aemulatione, & ad summa quaeque strenua contentione; sed etiam curae, operae, studii, diligentiaeque accuratione, in tuendo paternae munificentiae tam illustri deposito. Itaque, quod apud Homerum Sthenelus Capanei filius, paulo de se gloriosius praedicat, ἡμεῖς τοι (inquiens Agamemnoni) πατέρων μὲν ἀμείνονες εὐχόμεθ' εἶναι; de parente tuo vere perhiberi poterat: quippe, quem acceptam à majoribus praestantissimis virtutis gloriam, suorum in Rempub. meritorum auctario cumulasse, ac luculentiorem reddidisse, non est obscurum: cum ipsius erga optimarum artium studia ac disciplinas amorem & beneficentiam, ad omnem posteritatem faciat testatum extructio scholae Bregensis, tam sumtu & magnificentia splendidae, quam praeceptorum constanti pietate, doctrina, eruditione, ac fidelitate, quos studiorum & morum magistros in ea constituit, celebratae. Sed principis hujus laudes, quae in ore sunt plurimorum, cum incredibili bonitatis, innocentiae, magnanimitatis, munificentiaeque ipsius desiderio, nunc quidem prosequi instituti praesentis non est. Ac satis sit demonstrasse id, quod initio fuit propositum, Romanorum in fovendis literis humanioribus curam ac solicitudinem imitatos etiam alios: inter quos, tuum nimirum, illustriss. Princeps, nomen, avi patrisque summorum principum aemuli & imitatoris, cum mentione honestissima meritorum plurimorum usurpare possem, nisi me pudor prohiberet in os laudare excelsitatem tuam, laude omni majorem. De cujus erga studia literarum, ac poëticen inprimis, cujus professione, non minus quam Philosophiae, omnem sapientiam & virtutem humanam consummari certum est, affectione praeclara, quae sit animi mei inductio, non inconsentaneum duxi hac lucubratiuncularum mearum dedicatione, cum peculiari literarum significatione, etiam ad alios prodere. Cum enim illustrissimae excelsitatis tuae erga me favoris clementissimi argumenta haberem atque indicia minime obscura, profecta scilicet à liberalitate tua ultro in me beneficia, testemque illius citare possim locupletem ac gravem, virum clarissimum, sapientiaque, doctrina, virtute, ac fide praestantem, D. Johannem Reymanum, excelsitatis tuae ἀρχιγραμματέα, Deo, Reipub. & amicis operam navantem laudabilem: tum, quantum de clementiae tuae benignitate ac munificentia Musis pollicear atque recipiam, ejus rei perpetuum hoc ad memorem posteritatem monimentum extare volui, nuncupationem scilicet lucubrationum mearum in illum poëtam, cujus ingenium, doctrinae copiam, atque promtam facultatem, sine curae aliqua & elaborationis solicitudine atque anxietate, mirati sunt omnibus aetatibus ceteros literaturae politioris

&

& elegantioris gravissimi eruditissimique. Accipies igitur, princeps reverendissime & illustrissime, poëtam hunc, cum notationibus & castigationibus cum meis tum aliorum, quorum notas & animadversiones in Nasonem, ad communem juventutis scholasticae utilitatem, cui haec potissimum à me opera data est, non absque labore, instar apiculae ἐφ' ἑκάστου μὲν τοῦ βλαστήματος καθεζομένης, ἐφ' ἑκάστου δὲ τοῦ ἀνθήματος λαμβανούσης, ut Socratis verba huc accommodem, hinc inde distillas collegi: sic igitur munusculum hoc quaecunque à me accipies, ut & animi tui magnitudine, & favoris erga bonarum artium studia propensione, & perspectae erga me clementiae benigna affectione dignum est. Ego, etsi in hac ingenii & doctrinae meae tenuitate, ad ornandam excelsitatem tuam, parum à me conferre possim: tamen si qua ornandae illius facultas extiterit, non patiar in me requiri studium aliquod conatus impigri, atque contentionis officiosae: cum omnino hoc mihi persuaserim, mei esse muneris atque officii, quod Theocritus Musis & poëtis curae esse prodidit, ὑμνεῖν ἀθανάτους, ὑμνεῖν ἀγαθὸν ἄνδρα κακῶν ἀνάρσιον. Dum oro βασιλῆα βασιλέων, καὶ κυρέων κυρέων, ut reverendissimae & illustrissimae excelsitatis tuae mentem, consilia, voluntatem, omnes denique actiones, in administratione principatus tui, qui in Silesia primas tenet, ac curatione archiepiscopatus & primatus Magdeburgici, suo sancto spiritu moderetur ac dirigat, ad celebrationem & gloriam sanctissimi nominis sui, commodaque & incrementa ecclesiae & reipublicae; faciatque, ut Celsitudinis tuae, majorumque ipsius laudatissimae beatissimaeque memoriae exemplo excitentur alii complures, atque ad similem curam cogitationemque convertantur ac deducantur, in promovendis bonarum artium studiis & disciplinis, quae sola sunt & perpetua ecclesiae filii sui seminaria. Ex gymnasio illustri in veterum Sorabornm metropoli. A. D. aequinoctii verni Anno M.D.XC.

EJUSDEM

Praefatio in Metamorphoseon Libros.

AD CLARISSIMUM VIRUM

Dignitate eximia, sapientiae, doctrinae, ac virtutis laude excellentem

D. PAULUM VETZERUM

Juris Utriusque Doctorem, compatrem & amicum S. plur. observandum carissimumque.

POëticen Maximus Tyrius Platonicus definisse illam quidem perhibetur φιλοσοφίαν, τῷ μὲν χρόνῳ παλαιὰν, τῇ δὲ ἀρετῇ ἐμπεπλεγμένην, τῇ δὲ γνώμῃ μυθολογουμένῃ: hoc est, *Philosophiam tempore quidem vetustam, compositione autem numeris concinnam, ac fenestris fabularum involucris tectam.* Quae definitio, cum ejus quod definitur naturam utcunque explanet, minime videtur aspernanda: tametsi pleniores illa atque luculentiores extent cum aliorum definitiones, tum Platonis imprimis, quas huc adscribere praesentis instituti non est. Ac Poëtices notione comprehendi quaecunque doctrinae & eruditionis appellatione censentur, hoc est, omnem optimarum rerum cognitionem atque tractationem, quod scilicet est studium sapientiae, Graecis φιλοσοφία, inter eruditos constare video; sicut neque de eo disceptari arbitror, quod Cicero affirmavit apud Graecos, à quibus omnem humanitatis laudem Latini accepere, antiquissimum è doctis esse genus poëtarum. Quae enim Aristoteles singulari vir ingenio, atque scientiae copia admirabili; quae ante ipsum divinus Plato; quae denique utriusque antiquiores, Thales Ionicae, & Pythagoras Italicae philosophiae princeps, de Deo, de animarum immortalitate, de naturae obscuritate, de vita ac moribus disseruerunt, literisque prodiderunt: ea non ipsorum fuisse inventa, sed qui aliquot eos seculis antecesserunt poëtarum, Orphei, Musaei, Lini, atque adeo Homeri ipsius extitisse dogmata, planum fieri potest. Neque non illud manifestum est, poëticam elocutionem à sermone pedestri, qui philosophis est familiaris, discrepare potissimum τῷ ᾄδῃ, faciente inter hunc & illam discrimen elocutionis forma, hoc est, metro, sive versu, quem à concinnitate cantus, quam Graeci ἁρμονίαν nominant, carmen nuncuparunt. Haec igitur ut vel mediocri litterarum cognitione imbutis non incognita esse existimo: ita non aeque omnibus, meo quidem judicio; expositae sunt rationes, quibus adductae veterum sapientum familiae, Dei optimi maximi ac naturae mysteria, fabularum commentis comprehendere atque occultare studuerint. De quibus in praefatione hujus poëmatis, quod selectissimarum totius antiquitatis fabularum quasi penus quidam est, aliquid verborum fieri, non inconsentaneum duxi. Atque de rationibus illis attentius cogitanti primo omnium in mentem venit admirari veterum solertiam, qui, ut lenociniis quibusdam animos hominum à rerum obscuriorum indagatione abhorrentes, ad discendum pellicerent, scientiaeque ipsius austeritatem jucunditate quadam quasi edulcarent: duo consectati fuere, in quibus plurimum esset illecebrae, suavitatem scilicet numerorum, ac commenta fabularum. Qua in re judicii illorum rationem minime aberrasse, facile animadvertet, qui de seipso conjecturam fecerit. Non modo enim unusquisque nostrûm experitur, cum maximam esse in jucunditatis delectatione discendi illecebram; tum animum quoque ipsum orationem numeris astricta magis, quam soluta, excitari: sed & mentis sensum ingeniosissimis fabularum figmentis delinitum, ad scientiarum cognitionem quasi condimento quodam obsonari. Quod cum ita se habere existimaret singulare Europae ornamentum Erasmus Roterodamus, poëticam collationem placentae, ex omnium disciplinarum deliciis ac medullis conditae, tum similitudine compositi ex electissimis quibusque flosculis mellificii, adumbravit. Sane Lucretius poëta, cum πραγματείαν de natura rerum gravi plenoque carmine esset complexurus, consilii sui rationem reddit non discrepantem ab hoc veterum instituto, eamque ἀγχίνοιαν exponit non inconveniente, quam propter singularem venustatem huc adscribere operae pretium duximus, versibus his elegantissimis ab eo comprehensam:

Id quoque enim non ab nulla ratione videtur:
Sed veluti pueris absinthia tetra medentes
Cum dare conantur, prius oras pocula circum
Contingunt mellis dulci flavoque liquore,
Ut puerorum aetas improvida ludificetur
Labrorum tenus, interea perpotet amarum
Absinthii laticem, deceptaque non capiatur,
Sed potius tali tactu recreata valescat:
Sic ego nunc, quoniam haec ratio plerunque videtur
Tristior esse, quibus non est tractata, retroque

Volgus abhorret ab hac; volui tibi suaviloquenti
Carmine Pierio rationem exponere nostram,
Et quasi Musaeo dulci contingere melle:
Si tibi forte animum tali ratione tenere
Versibus in nostris possim: dum perspicis omnem
Naturam rerum, ac versentis utilitatem.

Omnino non dirertum fuit illorum ab hoc Lucretii consilio institutum, in circumlinendo quasi versuum suavitate & fabularum dulcedine, amaritudinem disciplinae rerum difficiliorum: quo scil consecuturos putabant, ut invitati amborum jucunditate auditores libentius discerent ea, quorum simplex & horridior traditio aversura erat animos, & rasura aures, praesertim delicatiores. Quemadmodum enim in picturis imaginibusque colores plus afficiunt, quam lineamenta cum propter veritatis repraesentationem, tum vero ob fallendi qui hos intuentur aptitudinem: ita in poëmate mendacium probabilitate temperatum magis commovet, gratiusque est apparatu carminis fabula & figmento destituti. Hanc igitur ut primam considerationis antiquissimorum philosophorum rationem extitisse aliquis non frustra putaverit: ita praeter hanc jucunditatis commoditatem, quam sub fabularum involucris, tanquam sub pampinis uvas, reconditam esse constat, videntur mihi homines sapientissimi etiam nonnullam brevitatis in eo habuisse rationem, ut puta ejus, quam ad docendum maxime judicarent appositam, non modo angustia rerum expositione multas sententias complectendo, sed etiam memoriae quamplurimum inserviendo, cui inprimis amica est. Quod cum similiter sibi persuasum haberet poëtarum sapientissimus Horatius, hanc de praeceptorum conditione legem tulit:

Quicquid praecipies, esto brevis, ut cito dicta
Percipiant animi dociles, teneantque fideles.
Omne supervacuum pleno de pectore manat.

Nota est plenisque omnibus Persei historia, quem adversus Gorgonum gentem, quarum regina fuit Medusa, bellum gessisse, Graeci scriptores memorant. Sed hujus rebus gestis fabulae cum alia admiscuerunt, tum narrationem de Medusae capite saxifico, Deorum ope ab ipso amputato. Haec fabulosa affecta, quantam in summa brevitate continent doctrinae copiam, ad vitam atque mores conferentis? si Persium scilicet rationem intelligas, Medusam vero, una cum sororibus, voluptatum illecebras, quae ratione superari solent divino adjuta auxilio: id quod aegis Minervae innixi cum Mercurii gladio, & Orci galea, quibus poëtae illum armavere. Quod si Gorgones, quae Dorcadas Oceani Aethiopici insulas habitasse perhibentur, aquas ipsas interpreteris maris filias, Medusam vero partem earum tenuiorem, ac supernatantem, Persium denique solem: non defuturae sunt in hac ipsa fabula subjectiones ingeniosae, de naturae Deique opificis actionibus mirabilibus, vires suas naturae impertientis. Sed ista prolixius nunc persequi, fabularumque utilitates uberrimas exercere (quarum aliae, teste Halicarnasseo, naturae opem ἀλληγορίας abumbrata continent; aliae humanarum calamitatum consolationem habent; aliae terrores, animorumque perturbationes à nobis depellunt, opinionesque evellunt parum sanas; aliae aliarum utilitatum causa excogitatae sunt) haec, inquam persequi atque exponere nimis esset longum. Itaque horum enarratione in aliud tempus rejecta, venio nunc ad ceteras rationes, quae, praeter hactenus allatas, ad ejusmodi fabularum commenta primos philosophos videntur impulisse. Inter quas, sunt qui non postremam fuisse autument, respectum praestantiae ac nobilitatis scientiarum, quas in vulgus prodi, atque omnibus patefieri, nefas putabant. Cum enim occultam philosophandi rationem Graeci ab Aegyptiis accepissent, haudquaquam voluerunt res admirabiles in vulgus profanum exire, quod vel illis non satis perceptis à pietate desciturum erat, vel mentis hebetioris vitio easdem depravaturum. Quemadmodum enim vinum, quantumvis generosum, dolio infusum non sincero, coacescit atque corrumpitur: ita doctrina, animo imbibita ad percipiendam illam parum defaecato, labem contrahit. Quod sane usu venisse apertiore illa atque omnibus exposita philosophandi ratione, testatur consecuta eam disciplinarum depravatio, quae processu temporis, scientiis paulatim ex rudi in rudius ingenium quasi per manus traditis, major indies evasit, adeoque adaucta est, ut nostra aetate vix *vix* aliquod merum atque intactum reperire sit in promptu. Quocirca hanc doctrinarum corruptelam evitaturi, per fabulas philosophari coeperunt, harumque integumentis sapientiae mysteria mirifico artificio abdiderunt: quae paterent atque obvia essent castigatis duntaxat ingeniis, minimeque ad adulterandas illas ac contaminandas comparatis. Ad conservandam igitur hanc Philosophiae illibatae puritatem, adhibuerunt etiam alterum remedium, quod illis accessit ab oratione numerosa ac pedum vinculis alligata, quae poëtarum est propria. Existimabant enim, quod res est, doctrinam de natura, rebusque occultis, una cum morum ratione universa, versibus comprehensam, non modo arctius memoriae infixum iri, sed etiam temporis injuriam, quod omnia mutat atque abolet, minus in illam juris habituram. Quis enim non videt proclivioremque animadversioni obvium esse erroris ac depravationis lapsum in oratione soluta, quam certa pedum mensura astricta? sive lapsus ille quidem ingeniorum accidat imbecillitate sive librariorum incuria, sive alia quacunque culpa? Contra vero metri certa & exacta ratio non ita facile locum vitio relinquit, aut corruptelae sive vocum, sive sententiarum. Haec cum ita sint, digna certe admiratione est illorum prudentia, qui (ut initio dixi) philosophiae arcana fabulis involverunt, fabulasque ipsas versibus comprehenderunt. Qua in re, praeter commoditates hactenus memoratas, illarum auctores etiam utilitatem vel maxime attendisse mihi videntur, quae inde redundabat ad discentium genus universum. Cum enim, in tanta ingeniorum varietate, admodum illos quidem discrepare animadverterent, excogitata hac docendi ratione, studuerunt veluti cibo, uno illo quidem, sed diversis affecto saporibus, omnium simul palato satisfacere. Et sane, sicut esculentorum sapore alius alio capitur atque jucunde recreatur: ita ingeniorum, si qua obtusiora sunt ad perspicienda naturae secreta, versuum & fabularum involucris abstrusa, hoc saltem ex his commodi auferunt, ut historias ipsorum poëmatum, una cum carminum elegantia & modulationis suavitate percipiant: quae vero ex iis paulo sunt acutiora, etiam sensum illorum moralem assequantur: quae denique utrisque sunt excitatiora & sagaciora, praeter historiae cognitionem, & morum doctrinam, in naturae obscuritatem, & Astrologiae ac Theologiae adyta penetrent. Ita non modo amoenitatis oblectatio inde ad sapientiae studiosos passim promanabat, sed etiam maximarum utilitatum perceptio, quibus recensendis prius tempus quam oratio nos defecerit. Quamobrem licet fabularum istarum velamentis occultata speciem prae se illa quidem ferant falsitatis & mendaciorum, (quo nomine apud indoctos & imperitos poëtae male audiunt) fidemque illis temere ad-

adhibentes decipi videantur: tamen cum sub illis ipsis integumentis atque pusmiminibus absconditus sit veritatis nucleus; hoc efficitur, ut sit ὁ μὲν ἀπατῶν ἀπατηθεὶς καὶ ὁ μὴ ἀπατήσας, καὶ ὁ ἀπατηθεὶς σοφώτερος τοῦ μὴ ἀπατηθέντος, secundum Gorgiae dictum apud Plutarchum libello πῶς δεῖ τοὺς νέους ποιήματα ἀκούειν. Atque hoc genus, ut sic loquar, imposturae, etiam divino Platoni adeo arridet, ut cum philosophiae limites proferre in animo haberet, ab oratione quidem ne verorum certa moderatione astricta abstinuerit; à fabularum autem usurpatione minime sibi temperaverit: quamvis Aristoteles, novo quodam exemplo, antiqua philosophandi lege perrupta, & has & illas neglexerit: sed ita; ut ipsius brevitas atque subtilitas; in conservandis disciplinis, nec vulgo prodendis, & carminis vicem gerat, & fabularum. Verum de his plura nunc commemorari non est necesse: & eorum, quae de fabularum involucris hactenus dicta sunt, exemplum magis idoneum proferri nequit, hoc Ovidii poëmate, quod metamorphoseon titulo inscripsit. In quo seriem historiae (id quod initio operis poëta ipse profitetur) ab exordio mundi ad sua usque tempora deductam, fabulis involvit; quarum occasiones partim à rerum gestarum eventibus huc accommodatae sunt, partim à naturae subjectionibus, aliae denique à moribus & vitae communis admonitione desumptae, tanto quidem cum artificio, tamque mirabili fabularum ipsarum dispensatione, ut non modo eruditorum consensus hoc opus propter doctrinam, quam continet ex omni philosophiae genere amplissimam, eruditionis thesaurum judicaverit: sed etiam ex Graecis, itemque aliis nationibus inventi sint aliqui, qui tam praeclari operis admiratione ducti, in suam id linguam converterent. Sed illius laudes prosequi, hujus instituti non est. Quod ad meam attinet operam, ego sane, cum bibliopolae nostri typis illud tradere decrevissent, ipsorum rogatu hunc laborem sumsi, ut emendatius, quod ejus fieri posset, prodiret in lucem. Itaque non modo Naugerii & aliorum castigationes, quarum quidem mihi copia fieri potuit, diligenter consului: sed etiam praeter Herculis Ciofani ex XVII. antiquis libris observationes accuratas, codicem adhibiti manu exaratum, quem mihi utendum dedit eruditae doctrinae copia ac poëticae facultate egregia praeditus, Adamus Siberus. Ac spero, ne quid de meo in hanc partem conatu dicam gloriosius, operam me navasse, cum consignando sedulo lectionum varietatem, tum accessione nostrarum aliquot nonnunculorum cumulando, Ragii, Micylli, & Giselini scholia. De quibus judicium esto penes benevolum lectorem, ac te inprimis, Paule clarissime, compater & amice multis mihi nominibus observande: cui ego hanc qualemcunque opellam meam auncupandam duxi. Idque ut facerem audactius, cum eximia tuae erga me benevolentiae affectio animum mihi addidit, tum in ista fortunae meae consideratione, quae paucos retinuit benevolos, plures à me alienavit, cundantem nonnihil impulit, quod non modo jurisperitia te instructum esse mihi perfidum habebam, sed etiam humaniorum literarum studia & disciplinas nequaquam aversari, inprimis vero historiarum lectione delectari, ex usu consuetudinis & familiaritatis, quae mihi tecum multos jam annos intercedit, animadverterem. Atque tanto jucundiorem tibi futuram putavi horum librorum lectionem, quanto tibi eos non modo orationis copiam, & verborum ac sententiarum lumina, & apparatum vere oratorium prae aliis commendare posse perspiciebam: sed etiam argumentum, quod, praeter liberalis doctrinae copiam uberrimam, chronicon quoddam complectitur, sive historiae ἀκριβείας atque ὁ καθόλου λόγος.

Quod si

Quod si unà cum illis, quod spero, tibi hoc recensionis & notatiuncularum mearum studium probari patieris, erit quod meo, & cui haec potissimum à me data est opera, juventutis scholasticae bono gaudeam: sin minus, ego tamen ne pilo quidem minus te amabo. Ex illustri gymnasio in veterum Soraborum metropoli A. D. Calend. April. Anno CHRISTI JESU M. D. LXXXII.

EJUSDEM DEDICATIO

In Fastos &c.

AMPLISSIMO VIRO,

Dignitate equestri, veraeque nobilitatis ac virtutis insignibus, auctoritate, sapientiaque praedito,

D. HIERONYMO A KANITZ

In Dalvitz, &c.

Amico in patrono suo singulari fide & observantia colendo S. P. D.

LAudat Catonis illud dictum eloquentiae Romanae parens M. Cicero, ut magnificum & praeclarum, quo censuit, clarorum virorum atque magnorum non minus otii, quam negotii rationem extare oportere. Id à Demosthene Romano praecipuis in Republica viris praeceptum, princeps ille poëtarum P. Virgilius, in opere de re rustica absolutissimo, ad agricolas accommodare non dubitavit. Quibus, postquam quae in negotio agenda essent praecepit, tandem illa quasi praestituendo subjicit, quae otioso in otio, & (ut poëtae ipsius verbis utar) festis exercere diebus illos quidem oporteat: ne ipsorum, quod uti otio nescientibus usu venire Ennius dixit, incerte erret animus, praeter propter vitam vivendo. Sic enim cum uno quoque nostrum comparatum est, ut, (quod Seneca inquit) nihil agendo male agere discamus. Itaque non temere Comicus exclamat, tamquam unus de iis, qui vitae communis speculum in theatro aliis contemplandum proponere, consuevere, ὡς πολλὰ δυνατὸς ἡ ἡσυχὴ πάνυ. Neque vero absque singulari prudentiae circumspectione apud Sardoënses lege cautum fuisse existimatur, ut ii qui in otio viverent, rationem reddere tenerentur, unde viverent. Sed quorsum tu ista, amplissime & nobilissime patrone, inquies, quorsum tam multa? Eo nimirum haec directa est recitatio, ut planum faciam, id quod à Catone claris atque magnis viris dictum accepimus, mihi quoque & mei similibus, quibus vix in mediocribus locus concedatur; praeceptum esse: Immo ad unumquemque hoc pertinere, qui vitae civilis communitate, hominumque inter ipsos societate continetur. Quod cum ita se habere mihi omnino persuasum esset, non alienum duxi ab officio meo, illud otii, quod mihi nunc contigit, vacatione à doctrina professionis tum publicae tum privatae, quam recusatae subscriptioni libri Bergensis acceptam fero, ita collocare, ut ejus rationem reddere possem ad quoscunque etiam operarum mearum aestimatores & judices, saltem non praeoccupatos odio & malevolentia, iniquis veritatis arbitris. Quapropter cum superiori semestri in communem juventutis scholasticae usum Maronem edidissem aliorum, partim meis quoque scholiis observationibusque illustratum, ac (quod sine arrogantiae ostentatione à me dictum sit) multis in locis correctum operae

pre-

pretium me facturum putavi, periclitando idem in Nasonis scriptis, in quibus, si non tantum difficultatis, non minus profecto, quam in illo mendorum, vel aliquanto etiam amplius inveniretur. Neque vero ab hoc instituto me deterruerant, quorundam de hoc poëta judicia non admodum honorifica: cum iis opponerem contrariam de hoc ipso cum aliorum doctrinae eruditione & ingenii acumine praestantium virorum opinionem. tum inprimis Julii Caesaris Scaligeri, at quanti viri! existimationem valde praeclaram. Non enim ignorabam ab ipso in hypercritico huac nostrum illi poëtarum aetati accenseri, in qua, cum caeterarum aetatum alii alias à natura virtutes datas profitetur, cuncta simul invenire existimat, tum candorem venustatemque absque ulla dictionis affectatione, huic esse peculiarem arbitratur. Quod autem singularis exempli vir, neque suae duntaxat patriae, sed totius Germaniae ornamentum, Joachimus Camerarius, quod Ovidio tribuit elogium? quam in illo laudem eminere dicit? Liceat mihi, ad minuendam quorundam de Nasone opinionem finiferam, Joachimi ipsius verba, quae non facile quivis meliora fecerit, huc afferibere. Quid igitur de Nasone ille? *Primum ingenii* (inquit) *tanta vis, ac tam agilis tamque varios motus, tam promptus facultas, tanta benignitas in hac parte naturae, ut in facili & extemporali genere quidam nihil reperias, non solum quod scriptis illius aute ferre, sed ne conferre quidem possis: nihil in illis fulciatur, nihil quaesitum, nihil anxium. Sententiis verba urgentur, verba sententiis insistunt. Nulla copia, nullum ornamentum, nulla insignia sunt orationis, quae non investigata quidem aut conquisita fuerint ab hoc poëta, sed quae non illi ultro occurrerint, & fuerint, ut jam aliquibus, fastidiosis scilicet, offensioni magis quam delectationi haec esse soleant, & dolori invidis, ex quo obtrectatio alienae quasi dictitias infectans nascitur.* Sed haec *πρωτομυρεγα* fortasse à praeceptore nostro de Ovidio dicta aliquis existimaverit: verum enimvero non temere ab eo pronunciata reperiet, qui in rem, quod dici solet, quasi praesentem veniendo, poëmata illius lepidissima, & canora inprimis, minimeque aspera aut hiulca, paulo diligentius recognoverit. Quae nostrum doctrinae eruditae copia facultateque existimatio, (quem debiti honoris & gratae acceptorum ab eo beneficiorum memoriae causa nominandum mihi duxi) Georgio Fabricio, usque adeo arrisisse scimus, ut castigationes in illa eruditas scribere non detrectaverit: licet vix minimam earundem partem, atque eae duntaxat, quas in Ponticas elegias edidit, ad nos pervenerint. Quod si reliquae ab amicis, quibus, qua erat noster ille facilitate & humanitate, inspiciendas dederat, non essent suppressae, & nos hoc animadversionum nostrarum labore supersedere recte potuissemus, & ad ingeniosissimi poëtae studiosos non paulo ex illis uberior, quam ex nostris redundasset utilitas. Nisi autem minime me fugiebat harum notatiuncularum tenuitas: tamen cum Fabricianarum elegantia & commoditate, nescio quo invidente, adolescentibus carendam esse viderem, satius esse duxi qualescunque etiam, quam nullas extare. Quae enim in Micylli nomen invaserant castigationes, (de annotationibus eruditissimis non loquor) quam nihil, librariorum culpa, tanti viri ingenio & industria, invulgatis hactenus libris dignum habuerint, nemini potest esse obscurum. Cur autem, cum de amicorum etiam quorundam hortatu, in publicum dare haec nostras decrevissem, sub tui potissimum, nobilissime patrone, nominis auspicio atque tutela, eas apparere voluerim, cum aliae me causae impulerunt, de quibus suo tempore commodior fortasse referendi locus fuerit: tum quod otii illius, de quo & ipso in praesentia silere praestat, quam quod res est dicere, apud

apud te, cui occasio illius non ignota esset, & qui harum lucubrationum inspector atque *ἐφοδιάστης* aliquo modo (dum domi tuae tanquam in Patmo agerem) fuisses, rationem extare, maxime ducebam consentaneum. Mihi sane (ut tibi me aperiam) otium istud toto hoc tempore, quo ab operis doctrinae ordinariae injuste remoto cessandum fuit in tractatione eorum studiorum, in quibus omnem fere superiorem aetatem contrivi meam, atque in conscientia rectae voluntatis, quam veri Dei ignarus orator rerum incommodarum maximam duxit consolationem, multo minus adversum accidit eo, de quo (ut Macrobius scriptum reliquit) joculari super coenam exorta quaestione, quodnam esset molestum otium, aliud alio opinante, Syrus respondit, podagrici pedes. Quid vero à me in hanc partem praestitum sit, partim explicatione quorundam locorum, qui ab hujus poëtae lectione non abhorrentium adolescentum, quibus haec potissimum à me opera data est, quasi cursum remoraturi videbantur: partim diversae scripturae indicatione, quae ex collatione optimorum exemplarium, quorum aliqua Naugerii, aliqua Langii & Gifelini castigationem laudant, atque inprimis codicis nostri manuscripti, in quo libros Tristium & Ponticas elegias, & diras in Ibin exaratas offendimus, non nullo à nobis labore congesta est, penes candidum & intelligentem lectorem esto judicium. De te quidem, patrone, mihi polliceor, tibi hoc qualecunque pignus mei in te amoris & observantiae, atque *ἀντιδωρον*, quo beneficentiam in me tuam veluti remunerari volui, non ingratum futurum. Idque ut confidentius sperem, facit & perspecta mihi humanitas tua, quam diu hospitio tuo satis illo quidem benigno & liberali usus sui, & mirifica benevolentiae erga vere literatos affectio & honesta de nostris studiis, inprimis vero de Astronomico, cujus partem non contemnendam complectuntur, quos tibi offerimus, Fastorum libri existimatio. Quam ego praeter alias prudentiae, justitiae, magnanimitatis, moderationis, orationis sermone populari disertae laudes, quae tibi cum fratribus tuis inter Equestris ordinis homines, dignitate & auctoritate praecellentibus communes sunt, non indignam arbitror splendore & claritate generis tui, quod in Misnica nobilitate prope familiam ducit. Accipe igitur hoc tibi debitum munusculum sive *εὐσεβιον* illud, sive tuorum in me beneficiorum remunerationem, exiguam illam quidem, si à meritorum tuorum spectes magnitudine; non exiguam, si ab animi illam & voluntatis meae aestimes propensione: sive denique amici à te propediem ad gubernationem illustris Gymnasii, quod in veterum Soraborum metropoli aperitur, discesturi *μνημοσυνον* habere velis: tuamque erga me absentem quoque conserva benevolentiam. Tuorum quidem officiorum memoria apud animum meum residebit perpetuo, & (ut poëtae nostri versibus hanc concludam epistolam.)

—tunc meriti morietur gratia vestri,
Cum cinis absumpto corpore factus ero.
Fallor, & illa meae superabit tempora vitae,
Si tamen à memori posteritate legar.

Vale feliciter. Lipsiae Kalend. Januar. Anno Christi Jesu M.D.LXXXII. quem praepotens & misericors Deus Ecclesiae & Reipub. nobisque omnibus faustum & felicem esse jubeat.

D A-

DANIELIS HEINSII DEDICATIO

ante Edit. 1629.

VIRO NOBILISSIMO AMPLISSIMOQUE

ADRIANO BLYENBURGIO,

Domino à Naelwyck, Urbis Dordracenae Praetori, &c.
cognato suavissimo.

QUemadmodum in fructibus agricolarum, Adriane Blyenburgi, quaedam est maturitas, quae tempore exiguo, ac fere certo anni spatio, delcribitur ac terminatur, extra quam citraque non consistit: ea Poëseos Romanae nobis semper visa est ratio. Quae paulatim ad maturitatem istam venit, cui nihil addi, nihil demi potest. Viden' tu Latinam illam elegantiam Lucretii? Viden' Afri nostri (cujus fabulas Romani Principes scripsisse putabantur) suavissimos lepores, & decorum plane admirandum? Viden' venustatem illam ac delicias Catulli? Viden' cultum illum invidendum ac inimitabilem Tibulli? Ver adultum carminis Latini aut aestatem vides. Nulla enim ornamenta anni, nullae herbae, nulli flosculi, quos optima parentum terra parit, aeque oculos afficiunt, ut illa elegances animos pertentant. Itaque, quemadmodum Aurora, ubi primum se diffundit, ac gratissimo rubore illo suo, coelum imbuit, aut montium fastigia pertentat, magis homines oblectat, quam Sol ipse, quem promittit: ita delicata illa linguae, tum & primum commorantis, puritas, quae prius quam poësis ipsa, quod non multi videntur, absoluta fuit ac perfecta, quasi nihil majus expectandum esset, eruditos animos in admirationem sui traxit, ac defixit. Caeterum, quemadmodum Romanae res, nihil aeque proprium aut consummatum habuere, ac majestatem, quam ex magnitudine imperii, severitate morum, ac felicitate, Deus immortalis Principi terrarum populo fateliter servarat: ita ad poëseos fastigium ac culmen, quaedam adhuc deerant virtutes, quae poësin potius absolverent, quam linguae venustatem. Inter quas majestas prima fuit. Quae in Publ. Virgilio Marone tanta fuit, ut ne Populi Romani quidem majestati aut imperii concedat. Qui Homerum, Graeciae totius Deum ac stuporem, hoc judicio ac mente legit, ut poësin ejus universam in ordinem redigeret: ita imitatus fuit, ut quaecunque in eo partim vetustati magis asscribenda, quam aeterno ac incomparabili poëtae genio judicioque essent, partim quae a Criticis, quos ille tot propemodum quot versus habuit, non recte emendata aut infracta essent, vel vitaret, vel pro dignitate aeterni populi expressit. Quem in parte operis, in quo saepissime assurgit, curiosa Placei secuta est felicitas. Restabant adhuc reliquae virtutes, quas vix animo conceperant, qui caeteros non sine causa mirabantur. Facilitas, simplicitas, acumen, ac velocitas. Inprimis autem suavitas. Quae virtus ut est caeterarum prima, ita ex his constat. Quae in Publ. Ovidio Nasone, Equite Romano, salva linguae puritate, tales sunt ac tantae: ut, si aliorum majestati cedat, de qua in diverso genere ne cogitavit quidem, nullum reperire possis, cui in poësi loco cedat. Et, quod magis admirere, nemo ei tam dissimilis reperiatur, cui non virtutibus diversis vel superior vel par sit: ut secundus a Marone, ita primus caeterorum: neque minus, tamen, prope ultimus bonorum. Nam quemadmodum anti-

antiquos lactea (quod recte summus aevi nostri Criticus de eo judicat) facilitate emollivit, ita pondus ex acumine & nervos characteri suo addidit. Quibus nervis paulo post Declamatores, primo linguam, mox poësin, enervarunt. Unum metuo, ne cum ad brevitatem, tempore iniquo, quod nunc urget, compellemur, ultra metam impetus nos ferat. De eo enim nobis sermo, quem vel admirari posse oratoris magni ac poëtae semper judicavi; etiam cum parum intelligerem aut didicissem. Posse autem imitari, postquam Graecos & Poëtas & artifices dicendi serio expendi, non judicii aut eruditionis, qua excellit, sed naturae rem ac voti esse. Ex antiquitate eos, qui desinere cum posse negant, judicare potuisse, viri magni jam negarunt. qui fortasse nec incipere unquam in Poësi potuerunt. Neque cogitabant, aliud vigorem ac ingenii foecunditatem, aliud ineptam redundantiam in scriptis esse. Eo enim noster hic provectus, ut cum admirationem istis, si Dis placet, Criticis exprimere non posset, aemulationem, quam incepte prodiderunt, ac invidiam, expresserit. Qui virtuti suus ac praecipuus triumphus est. Neque cogitabant, optimas plerunque ac maximas naturas, saepe aliis & sibi legem, saepe sine ulla esse. quia legem magnitudo talis ac ubertas, nec admittit, nec agnoscit. Quam ut à Grammaticis accipiant Poëtae, ne Musarum quicquid usquam est, permittat. Nam ut praestent quantum damnant, nunquam ab ingenio aut arte impetrabunt. Multo autem minus, à judicio eorum, qui, quid sit Poëtam esse aut Oratorem, soli, quia sunt, docere possunt. cum subtiles isti judices ac maximi censores, ne si velint quidem, imitatione ea exprimant quae damnant. & fortasse minus quam quae maxime mirantur. Nam angustiam ingenii ac maciem commendant, quam praeceptis augent: quae Poësin potius, si crudita sunt, absolvunt, quam ut spiritum vitalem, hoc est, vim coelestem ac ingenium, conferre possint. De quo soli tales judicant. Ac Deus quidem immortalis, Adriane Blyenburgi, te ac tua, quae pro patria quotidie vel cogitas vel geris, moderetur ac fortunet. à quibus ut haec sunt diversa, ita ab ingenio erecto illo tuo ac vivaci, aliena non existimamus: qui ne istis quidem sic haesisti unquam, ut amoenitate & elegantia Musarum, interdictum tibi crederes. Non profecto magis, quam vel Laelius vel Scipio, heroum primi, cum urbanitate ac leporibus Terentianis animum remitterent. Vides autem fluvios minutos illos, quos aut ripa sua cohibet, aut lutum: Rhenum vero nostrum, quanto agmine ac fiducia incedat! ut plerisque in locis non diffundi tantum, sed effundi amet! Pontes quoque aut vallos, saepe aut indignatur, aut perrumpit. Et Oceanum ingentem illum atque immensum, Tutelarem nostrum, vides, qui littoribus se contineri negat? Coelum quoque motu aut velocitate, cui proximus hic autor, nunquam terminatur; quamvis intra se consistit. Idem fieri hic crede. Quanquam enim nihil hic sit violentum, nihil quod non potius lenissime persuadeat quam cogat; nihil tamen est, quod istos limites non longe excedat. In Amorum quidem libris, cum se nondum felicissimi ingenii, vel caperet vel circumscriberet ubertas, aliquid nonnunquam notes, quod permittat sibi aut indulgeat. Ad caetera, inprimis quae maturior aetate scripsit, quanto minus contulisse diligentiae videtur, tanto curae plus ac suavitatis habet. Quae in Fastis tantu nobis semper visa, ut narrando mentem homini excantet. Quia suavitatem cura quae dissimulatur; quae apparet, taedium molestiamque parit. Neque quicquam magis, quod praeclari isti Critici non vident, quam professa diligentia & labor, indolem ac genium enervat: cujus ne suspicionem quidem, ubi aliquid dicen-

endo persuadendum est, supremus doctor Aristoteles admittit. In Heroidum Epistolis quas vocant; quae Heroides sunt Priciano; (cujus autem genii ac suavitatis scriptum!) imitatio affectuum in quibus semper regnat, in Amorum libris, vigor & luxuries beata, quae futurum spondet quantus tandem extitit, in Arte ac Remedio Amoris, disponendi ac dicendi ratio, gravissimae sententiae, narrationes, ac communes loci, quos cum maxima dexteritate ac jucunditate inserit, in Transformationum libris, praeter alia non pauca, summum orbis, sive cycli, quem perpetuum contexit, artificium, facundia, ac candor, quantum sui ex peculiari indole excellunt, tantum admirationem & ingenium cujusque excitant. Et ubique, quot narrationes, tot Sirenum cantica ac voces, habes. Nemo Poëtarum, argumenta graviora, quod ex iis quae interierunt patet; nemo levioria aut humiliora, exornanda sibi sempsit. Neminem dexteritate simili versatum in utrisque, idem faciunt prae caeteris quae extant. Ad Philosophiam, cujus domos omnes ac familias lustrarat, aut Mathematum scientias, cum transit vel diverti, quo obscuriora sunt quae docet, eo minus haeret, magis candide ac simpliciter exponit quicquid didicit aut docet. Nam in ea parte, quam Moralem dicunt, ita creber est aut totus, ut oracula ubique ad vitam necessaria effundat: neque sine causa Ethicen ex ejus scriptis quidam jam formarint. semper sui similis, aut major. etiam aetate illa, qua nonnulli desinunt, aut languent. Ut secunditatem, quam licentiam nonnulli aut lasciviam dixerunt, infelicitas Poëtae aut senectus castigasse; suavitatem, etiam auxisse, videatur. Quod in libris Tristium, & quos de Ponto scripsit, quivis videt. In quibus cultum qui desiderant, judicium in hoc judicio desiderari etiam a nobis patientur. cum neque hoc speraret, cui satis esset, nihil ostentare in luctu: neque cultus semper absit qui non ostentatur. Qui non deest in his libris, sed simplicitati ac candori, hoc est, infelicito maximi Poëtae, cedit. Illud autem quantum sit, paucissimi intelligunt. Quanquam, in posterioribus praesertim, neque vigor idem semper adsit, & nonnunquam manum potius injiciat fortuna viro quam senectus. Accedit summa morum amabilitas ac candor: summa amicorum observantia ac cultus: summa erga conjugem benignitas ac amor: maxima parentum reverentia ac studium: summa denique animi integritas. quae similem colorem scriptis quoque affundunt, & imaginem in iis sui repraesentant. Quae quo propius a fine vates abest, clarius elucent, ideoque vehementius delectant.

Ut esse Phoebi dulcius lumen solet
Jam jam cadentis: ultra cum renatus erit,
Premitusque dubius nocte vicina dies.

Tantum nimia a moribus licentia ac libris abfuisset. qua ut vitae puritatem, ita scripta locis aliquot non parum inquinavit. quod vel saeculi vel aulae corruptelis, pulchrae animae, quae tanti viri genio affurgunt, lubentissime adscribunt. Ipse autem summus artifex, secundo Tristium, exemplis aevi sui potius quam rationibus, excusat. Nam praetextum penetrabat. quo libenter Princeps utebatur; ne dorcsticam calamitatem & opprobrium vulgaret: cum nobilitatis scopulum ac Syrtin domi suae educaret. circa quam tot viri nobilissimi, tot Equites, naufragium fecerunt, quos aut relegatione Pater aut exilio mulctavit. Inter quos & istum; cum invidia posteritatis, ac tot saeculorum luctu. Interim, cum Julia quid illi fuerit commercii, si scire vis, facilius negando respondere possum. Neque

que enim puto, vel Philosophiam, vel Poësin, vel stellarum obitus atque ortus eam docuit. Et quod aliquid vidisse se deplorat, variis interpretationibus occasionem dedit. Ac fortasse velum est, quo dedecus involvit: ne si crimen prae se ferret, magis irritaret, quem sic satis offendisse videbatur. Caeterum, autoris hujus, tam defensio quam commendatio, autori relinquenda est. Quam prolixius tractare, aut ocioso aut ineptientis; tibi autem commendare, ingenio judicioque tuo diffidentis est. cum prae illo alterum vix admireris. Illud petere audeo, ut mea causa magis commendatum habeas, quem commendatum inter primos semper habuisti: aut quem saepe hactenus legisti, si non saepius, lubentius nunc legas. Vale decus nostrum. Lugd. Bat. Anno CIↃ IↃ CXXIX. prid. Kal. Mart.

NIC. HEINSII DEDICATIO

ante Editionem A. 1652.

CHRISTINAE AUGUSTAE.

Publium Ovidium Naſonem coeleſtis ingenii ſcriptorem, Augusta, ac incomparabiles Muſarum delicias Tibi ſiſto. Quem ego poëtam dum inter antiquos omnes praecipue à teneris admiror, & frequenti lectione familiarem mihi reddo, non ſine magna ſaepe indignatione inter legendum deprehendi, naevis prope infinitis foedatum ad nos perveniſſe. Hanc tanti auctoris calamitatem partim incerti longae vetuſtatis opera (à qua nihil ſolet eſſe tutum) contractam, partim librariorum imputandam inſcitiae, dum exemplaria properanter nimis ac parum attente ab hominibus omnium venuſtatum ignaris ut plurimum deſcribuntur, minime ferendam ratus ſum: eamque qui omni ſtudio ſit amoliri conatus, in tanto poſt renatas literas doctorum numero deſuiſſe, mirum videri jure poſſit. Quotquot enim manum praeclaro vati interpretes ſuperiori admoverunt ſaeculo, aut perfunctorie nimis atque aliud agendo huic curae incubuerunt, aut partem tantum unam alteramque corporis pulcherrimi propoſuerunt ſibi illuſtrandam, aut denique, inſuper habita veterum exemplarium auctoritate, ad quam confugiendum omnino erat, ſi qua difficultas illis occurreret aut haereret aqua in locis minime perſpicuis inſcitaque illa librariorum audacia interpolatis, maluerunt tamen, ſolenni fere omnium errore, per hos eluctari ſcopulos, longe quaeſitis ac jejunis interpretationibus, non ſine naufragio, quam per apertum aequor tuta navigatione decurrere. Fuerunt etiam qui ingenio ſuo nimium fidentes, conjecturarum, quae res lubrica maxime & incerta, medicinam temerariam ad partes vocarint, dum veterum exemplarium evolvendorum laborem, ingratum merito, averſantur. Aliam mihi ac longe diverſam ſelegi viam, Augusta; nec quicquam prius habui aut antiquius, quam vetuſtos poëtae noſtri codices è pulverulentis bibliothecarum latebris per varias Europae partes eruere, & cum vulgatis editionibus diligenter committere. Nec poenitendum laboris maximi ſum fructum conſecutus, ſanatis feliciter locis plurimis, in quibus viri praeſtantiſſimi & longe me doctiores ſolertiam ſuam fruſtra exercuiſſent. Nonnunquam etiam, ſed parce ſobrieque, ubi in antiquis membranis nihil praeſidii apparebat (ſunt enim mendae non raro tam inveteratae, ut ad ipſorum proximae auctorum aetatem accedant) conjecturis admotis, nec audacibus tamen illis, literae plerumque unius atque alterius

terius mutatione, genuinam poëtae mentem, ut mihi visus sum, reddidi. Quam satis validis argumentis diligentiam me probaturum Tibi confido, AUGUSTA, ubi Italico, quod tuis auspiciis suscepi, itinere perfunctus, atque ad paternos lares reversus, animadversiones in Ovidium meas luci committam. Specimen interim studii hujus ad Te mitto, ut desideriis aliqua ex parte tuis satisfiat. Cum enim de conatibus hisce meis nonnihil ex rumore, ut fit, publico percepisses, non modo institutum probasti, verum etiam curae, ut Tu judicabas, utilissimae ne supremam manum diutius invideren, ultro es hortata. Quid quod divinum Metamorphoseon opus (cujus scripti renusitatem nunquam satis commendandam jam ante lectione non una perspectam habebas) de novo mecum percurrere, & quidem totum, non es gravata? idque inter densissimas occupationes, quibus cum nunquam vacua sis aut immunis, illa tamen tempestate immane quantum distrahebaris. Invidenda profecto felicitate doceri mihi tunc contigit, AUGUSTA, quam in arcanis interioribus poëseos antiquae nihil Te lugeret, multumque profecisse me occasione illa ex eruditissimis dissertationibus tuis probe recordor. Accipe igitur, Optima ac Sapientissima Principum, poëtam tuum, minutiori hac forma jam expressum, ut comitari solito Te more possit: quem emendatiorem procite, quam hactenus sit circumlatus, ultro satis agnosces, ne mercem meam operose Tibi nunc commendem. Scias tamen velim, ad fidem optimorum exemplarium omnia revocata: nullam conjecturarum rationem hic habitam. Luculentior mox secuture editio, quam Augusti tui nominis auspiciis ac patrocinio jampridem destinatam meministi. Deus diuturnam Te sospitet, unicum regalis fastigii decus, in certissimam populorum ac scientiarum salutem. Romae CIↃ IↃ CLII. pridie Kal. April.

EJUSDEM
ante Editionem A. 1661.

ILLUSTRISSIMO ET EXCELLENTISSIMO VIRO
JACOBO AUGUSTO THUANO,

Comiti Meloco, Senatus Parisiensis Praesidi, Regi Christianissimo à Consiliis, & ejusdem apud Foederatos Belgas Oratori.

Effigies magno virtusque simillima Patri,
Cui nihil aequandum Gallia laude tulit,
Accipe, gentis honos & spes super una Thuanae,
Quae tibi Pelignus munera fistit ager.
Munera, quae lympha saturavit Hyantida Poeam,
Nectare pavit Amor cum Genetrice suo.
In quibus eloquii pondus roburque Latini
Certat, & Actaeo blandus ab orbe lepor.
Ingeniis cum Roma suis super aethera tendat,
Gloria Nasoni debita prima meo est.
Dissimulata quidem, vixque agnoscenda, sed artis
Maxima cis tacitae seque tegentis adest.
Nec minor ingenii praesentia; limpida venae
Divitis ubertas, perspicuusque nitor.

Copia, luxuriem quae cauta coërceat omnem;
Nilque, supervacuum quod videatur, amat.
Musa satis felix nativae munere formae
Negligit adscitam plena decoris opem.
Concitat affectus, & in altam labitur aurem
Gratia flexanimi non imitanda soni.
Ambrosiis saturos dapibus, Genioque litantes
Crediderim Superos hac ego voce loqui.
Haud facilis mihi pugna fuit cum labe pudenda,
Temporis allevit quam mora longa viro.
Sic quoque pernoctis superavi taedia curae;
Successu studium nec vacat omne suo.
Menda relegata est à tersis plurima chartis.
Comior Ausonium jam videt ille diem.
Exulis immeriti reduces tere, Roma, libellos;
Nominis ulla super si tibi cura tui est.
Ecce, Cupidineis quod saucia turba sagittis,
Non damnaturo Caesare, volvat opus.
Ipse suis posthac fidibus quod mandet Apollo;
Quod soror Aonio colle novena canat.
Degener, & nulli Caesar laudande poëtae,
Dardanus Anchisae tunc ferare nepos?
Tunc Cytheriacae censendus originis haeres?
Quid tibi, quid Latio verba, cruente, dabas?
Hoc te mendacem scelus arguit. ipsa Dione
Exequias vati creditur ipse suo.
Ipsa viri comitata fugam pia Diva ratumque
Ionias spissis fletibus auxit aquas.
Unguis in ore sedet, lacer horret in ore capillus;
Invida rescissa pectora veste rigent.
Hoc habitu vulnus non consolabile quondam
Prodidit, invisam vix bene passa diem,
Unica dum raptum sibi gaudia moeret amantem,
Quem ferus obliquo dente necarat aper.
Optavit funesta mori, doluitque cupitam
Ad Styga praecludi triste Deabus iter.
Haec praestat tibi, Diva, tuus solatia Caesar.
Sanguinis auctorem sic fovet ille sui.
Vela dedit legitque manu lugente carinae,
Armaque Nasoni noxia rupit Amor.
Buccina concinuit Tritonia flebile carmen;
Nec tenuit gemitus Nereïs uda suos.
Adnavere tui puppem delphines, Arion;
Hoc quoque laturi, si modo detur, onus.
At te, Caesar atrox, hominum nil vota deinque,
Pectora nil Clario numine foeta movent.

Nil quae Maeonium facundia vincit Ulyssem,
Ascilebiaque parem, Tyndaridesque virum.
Maenades Orpheo fecissent caede nocentes,
Bistonias cantus hoc animasset elor.
Sarmata tentorii ferus assurrexit, & Ister
Quamlibet adstrictis frigore plausit aquis.
Cur sibi tibi muta lyra est? quid, surde, relegas
Auditus Boreae Sauromatisque chelyn?
Ab casso minor ille tui, quam saecula damnant,
Collegae rabies in Ciceronem fuit!
Hinc caput exsecuit properata caede satelles.
Vivere Nasoni quid nisi saepe mori est?
Invitissimae poenae Restris, scelerate, negasti;
Et Scythia jam prae te mitis & aequus est?
Cum cunctus Fortuna fugax averit amicos,
Nobile lux aliquid funere pejus habet.
Si qua fides erit, Busiride saevior ipso es,
Qui miserum orbibes morte, necique negas.
In Geticam fuga jussa plagam est, ne sola ruberis
Roma sui testis, conscia sola foret.
Quid furis, infestum Phoebo caput? Actia de te
Non hanc emerunt Leucados unda notam.
Nil tamen egisti. comitet tuus exul, & aevo
Lumen inextinctum (rumpere, Caesar) adest.
Limine pro patrio spatiosam possidet orbem:
Hospitium tanto per locus ille viro est.
Ingerit hoc populis facinus pia Fama notandum.
Saecula sui tantum postera vatis agent.
In te Helicon Pimpleque minax fera bella movemus.
Hinc en dicta tibi, Caesar inique, fuga est.
Sacrilegum flent Musae nefas atrata Charisque:
Ipse Palatinus flet miser aede Deus.
Pectora nam nulli praesentior egit, & hausto
Largius Aoniae fonte rigavit aquae.
Nec duce se mystam profugum defraudat, & una
Visit Hyperboreum non moratus hospes humum.
Exilium Nasone fuit sibi Roma negato,
Orba sui cantus, pectinis orba sui.
Mente tamen forti magnum tolerare dolorem,
Sustinet infandis & superesse malis.
Hei mihi! tam duraeque pasturis moenia genti
Truribus altricem jam liquet esse lupam.
Barbara barbariae nunc Romula turba vocetur.
Vincit inhumanos quae feritate Getas.
Cimmerius tenebrasque suas hyememque fugari
Pontus insuetos vatis ab igne stupet.

Pigeora quanto sui, quantum committit alumni
Numinis Actoo Cirrha benigna mari!
Caesareo sese facundia futuine major
Erigit in mediis exstimulatque malis.
Vim citharae nervosque novos adversa ministrant;
Gratiaque argutae luctibus aulea lyrae est.
Aspera lectorem quamvis & amara querelae
Copia delectant, & sine fine dolor.
Ingenium lacrymis nec amabile carpitur ipsis,
Quaeque trahant animos vincula plangor habet.
Sic, inflare videns jam fata, Caystrius ales
Ore cavet, tacitum ne sibi funus eat.
Tereus incesti sic crimina luget aëdon:
Tale gemit rapto Delia chorda Lino.
Marte quod Euphrates Crassis exsultat iniquo,
Bosphore; concedant Pariba tropaea tuis.
Cedat & exsultans domito Germania Varo,
Hesperia multum clade superbus ager.
Romani titulum plectri Latiaeque Thaliae
(Pro pudor!) Euxinis imputat orbis aquis.
Scilicet incursat strepitu Fortuna protervo
Decia, Castaliis obloquiturque choris.
Nec favet ingeniis, & quicquid ab aethere ductum est,
Deprimit impositio Diva profana pede.
Nilque patrocinio nisi res dignata caducas
Sordibus objectam prona tuetur humum.
Postuma mercedem sed Fama merentibus aequam
Solvit, & haec ferus damna rependit honor.
Jam collapsa solo nusquam Capitolia restant;
Castaque Tarpejum busta tuere Jovem.
Naso tamen superest Roma latitante videndus;
Et venit in doctas creber, ut ante, manus.
Contemtorque rogi non laesum tempore nomen,
Ac domino rerum Caesare majus habet.
Tu quoque dura minus, mea Patria, vatibus esses.
Fallor? an admonita fiat tibi fronte rubor?
Quis color excusset, quae dedecus eluat unda?
Sit precor hac fastis ne sua parte fides.
Ille tui plausis, certaque, Batavia, laudes
Grotius, ille lyra maximus, ille toga:
Cui nil par meliusque dabis, nihil ante dedisti,
Atlas ab austera tene parente reus?
Nec tenet hoc se sine nefas. indigna jubentur
Tam tibi devotae vincula ferre manus.
Unde novercalis labem tibi, Patria, noxae?
Heu oblita tui, nunc pia mater ubi est?

Mater ubi est? ad te fugitiva revertere mater;
Pectora si nostra ferrea mite trahit.
Ne fiat huic infensus Iber, odiosior hoste es:
Causa subis partes illius, ille tuas.
Matronis elegiam cum carere fovit, & ultro
Obvolis hospitium come creantes Iber.
Nobile jus nostri spolium, gens victa, puderit:
Maxima de salvo gloria vate tibi est.
Sed nostius domui mox creditus ille Thusiniae;
Qua parat adflictis jam vetus ara reis.
Exulis hinc cepere fugam penetralia magni;
Totque sacrum meritis detinuere caput.
Plaudite, Thusae, choro Clariae penetralia turbae;
Sancta tui Patris nomine, sancta tuo.
Hinc apices sibi Celta legit procerosque Senatus;
Et toga purpureos plurimos jactat avos.
Incola posthabitis hasce obsidet atria Delphis;
Posthabito Paean has Helicone fores.
Huic Honor & Virtus & Fama domestica tecta est.
Mille Dei celebrant limina, mille Deae.
Has Themis, has regnat de vertice nata paterno:
Has se condiderunt aurea saecla domo.
Nunc quoque Najo fugam meus hoc si mutet Afylo;
Nil fecit Augustum non patuisse latem.

ANNO MDCLIX.

EJUSDEM PRAEFATIO.

MUltis nunc tecum mihi sit agendum, Lector, si totius instituti mei rationem super Nasone lucubrationibus nostris illustrato exacte tibi velim redditam. Sed cum domo avocer, operam qualemcunque Reipublicae Foederatorum Belgarum in exteris regionibus navaturus, ferventur praestat, quae dicenda nunc habebam, curis secundis, quas auctiores castigatioresque mox dabo. Ex voto quippe si cessisset propositus labor, otiumque paulo uberius & diuturnius obtigisset, quale sperabam ac certo mihi promittebam, cum hanc Nasonis editionem ante biennium auspicabar, binae plus eram admoturus describendis iis accharae illustrandis, quae ad divinum poëtam satis multa nec omnino forsasse contemnenda hic illic annotaveram. Verum enim vero cum in pleno operis jam inchoati cursu istaec cogitatio interpellante publice auctoritate mihi fuerit abrumpenda, ne ipsem quidem satis integram habui tumultuariae & properatae scriptionis facultatem, qua hasce Observationes ex adversariis meis & libellis pugillaribus rapsim depromptas, atque in inconditam, quam nunc exhibemus, massam rudi Minerva, plurimaque cum festinatione, nullo propemodum cum delectu congestas coacervatasque praelo typographico mandarem. Eas igitur juris publici, amota diuturniori mora, faciendas duxi; ne utilitatis publicae ac patriae rei ratio, quam privatis commodis à me anteponi oportere intelligebam, emolumento interea ac lucro suo bibliopolam, dum alibi ego haererem occupatus, fraudaret.

Huc

Huc accessit, quod ab amicis sperare jussus sim, mox fore, ut copiam faciant plurium Nasonis membranarum, & vetustiorum iis, quas hactenus perlustrare nobis contigit. Unde augurari datur, longe felicius telam hanc à me detexi posse, quam inchoata est, si novis subsidiis instructus curis secundis me accingam. Sine membranarum videlicet ope irrito plerumque cum successu ingenii atque eruditionis vim, utcunque luculentam, castigandis priscis scriptoribus videas admoveri. Ego certe cum plurima Nasonis exemplaria ante inventam artem typographicam exarata consulverim, paucissima tamen è tanto numero sese mihi obtulerunt, quae aut vetustatem multam prae se ferrent, aut ex emendata scriptura laudem mererentur, quod Animadversiones hasce perlecturo facile ac liquido, ni fallor, apparebit. Quapropter omnes Nasonis nostri studiosos veterumque elegantiarum amantes viros unice oratos volo, plurimaque cum prece hortor atque obsecro, ut quascunque maximi poëtae carminum membranas aut ipsi possident, aut ab aliis possessas indagare poterunt, ab harum conspectu atque usu ne me arceant aut excludant, sed in commune potius bonum consulentes liberali manu ultro offerant atque ad me perferri curent cum codices vetustos ipsos, aut certe quas ex iis excerpserint lectionum discrepantias, tum si quid locorum apud optimum poëtam hic illic occurrentium aut ipsi ex ingenio in integrum restituere, aut restitutum ab aliis norunt, quod à me monitum observatumque non sit. Id enim si impetrem, ausim polliceri, longe emendatiorem aliquando Nasonem proditurum: cum mihi fixum sedeat, diligentius huic studio posthac invigilare, nec ante manum tollere de tabula, quam mihi ipsi in castigando Nasone satisfecerim, à quo scopo longe etiamnum abesse me diffiteri non possum. Quod reliquum est, opera à me dabitur, ne fraudentur praestiti officii fructu, quicunque conatus hosce nostros pro virili promovebunt, laudemque debitam ut publice ferant, praecipuae curae mihi erit. Hactenus quidem institutum hoc multa cum sedulitate prae caeteris foverunt viri toto orbe celeberrimi, Isaacus Vossius, Johannes Fredericus Gronovius, Bernardus Medonius, Philibertus de la Marc, AEgidius Menagius, Lucas Langermannus, Johannes Georgius Graevius, Carolus Datus, Jacobus Mentelius, Bernardus Rottendorphius, Balthazar Moretus, aliique, quos operosius recensebo, quando curis, quas pollicitus jam sum, secundis indicem catalogumque accuratum dabo omnium eorum codicum, qui Nasonem castigaturo mihi ad manum fuere, cum illorum nominibus, qui copias membranarum auxiliares aut jam ante subministrarant, aut imposterum sunt subministraturi. Fruere interim, Lector benevole, hisce vigiliis, & sicubi lapsus esse deprehendar, quod non raro evenisse mihi in summa festinatione sum certus, errores nostros ita carpe atque emenda, ut ne quod imbecillitati humanae convicium facias, aut obliviscaris te quoque mortalem esse, ac proinde erroribus obnoxium. In castigationibus parvi momenti, ac lectionum discrepantiis perpendendis nimium nonnunquam me fuisse ultro agnosco: sed neque solis eruditis hominibus haec scripsi, cum tyronibus etiam ac rerum non prorsus peritis consulendum esse ducerem, & genuina priscis scriptoribus verba ac voces nativas restitutum ire, etiam in minimis laudem aliquam invenit apud illos, qui veteres elegantias plene capiunt, ac religiose observant. Tibi denique si conatus hosce non improbari sensero, animus mihi addetur, ad caeteros praecipui nominis poëtas Latinos, atque in his Virgilium, cum Amorum triumviris, Horatium, Lucretium, Lucanum, Martialem, Silium, Val. Flaccum, Juvenalem ac Persium, recensendos, quos ex

fide partim membranarum veterum, partim solius ingenii ductu atque auspicio fretus, locis plurimis jam emendavi. Vale.

PETRI BURMANNI DEDICATIO

ante Editionem 1714.

VIRO PERILLUSTRI ET EXCELLENTISSIMO

THEODORO A VELTHUISEN,

Toparchae in Heemstede, &c.

Ordinum Trajectinorum Praesidi, &c. &c.

Grande decus Procerum, sancti pars prima Senatus,
Nec minor Aonii fautor amorque chori.
Si nitor eloquii, cultaeque potentia linguae,
Pura vel ingenii vena placere potest;
Si Venus & Charites, & Amoris blanda venustas,
Si invat Ausonio Grajus in ore lepor.
Suscipe Peligni divina poëmata Vatis,
Et subeat facilis nobilis umbra lares.
Quae, memor immeritae violenti Caesaris irae,
Hospitii toto quaerit in orbe locum.
Tendit ab Euxinis Naso Tibi brachia ripis,
Et placidos portus confugiumque petit.
Frigoris impatiens, hirsutus ab axe Boreo,
Ut foveas Batavo membra tepore rogat.
Et, quam non Istri potuit glacialibus undis,
Heemstedio sperat fonte levare sitim.
Si licet hos Musis sacras celebrare latebras,
Exilium numquam mitius ille petat.
Nec gravibus mollis incendat questibus auras,
Aut Latio cupiat rursus, & urbe, frui.
Has habitet sedes; rabidae jam Caesaris irae
Fulminis grates officiosus agat.
Tristia nec patriae tot carmina fundat amore,
Laetus at Heemstedium tollet ad astra remus.
Nos quoque, Nasoni studiosa caterva, Poëtae,
Ibimus in laudes, obsequiosa, tuas.
Tu modo, quem lacrimis Caesar precibusque negavit
Terrenus, auspicio des meliore locum.
Pande, precor, tutos, viridaria culta, recessus,
Et recreet longam laetior umbra fugam:
Te domus, exsulibus semper reserata, Thuani
Exemplo moveat, Vir generose, suo.
Principis hic rabiem, patriaeque immane novercae
Dum scelus, & diri carceris antra fugit,
Grotius, ille lyrae decus immortale, togaeque
Fama, peregrini sensit amoris opem.

Heinsius, ut profugis pia tecta patere Poëtis
Sensit, & hic miseris otia laeta dari,
Colligit e Scythicis cineres Nasonis arenis,
Ingue Thuaneos transvehit ossa lares.
Et Batavo socians Peligni ruris alumnum,
Fert bene composito debita justa pari.
Doctaque, ne premeret manes per secula crimen,
Mite patrocinium vox utriusque subit.
Sit licet inferior tanto mea musa Poëta,
Carminaque e vena pauperiore fluant;
Tu tamen Heemstedio, quam Maecenate Thuano,
Laetior, e Scythico frigore, Naso, redi.
Huius ut in sacrum fueris penetrale receptus,
Pars exhausta tui magna laboris erit.
Tu modo squalentes, luctus insignia, vestes
Pone, nec hirsutis conspiciare comis.
Criminis Heemstedio demet manus auspice nostra
Dedecus, in cineres officiosa tuos.
Hoc duce, dum tersis maculas mea cura libellis
Detrahit, immunda labe levatus eas.
Quae negat ingenium, bona carmina caussa ministret,
Armaque pro misero det mihi Vate dolor.
Caesar inhumano Busiride saevior, & qui
Innocuos lento torruit igne reos,
Teme Patrem patriae, servatoremque Quiritum,
Dixit adulanti Curia serva sono?
Si pudor, Actiacas de limine dejice lauros,
Civilique truces tinge cruore fores.
Quercea, servatos cives mentita, corona
Terribilis dira Regis ab arce cadat.
Efferet edictum postes immane Tyranni,
Quo fuga Nasoni jussa cruenta fuit.
Hoc legat; &, vatem miseram, clementis adeptus,
Posteritas, famam Principis unde, roget.
Tuae Cytherea deducis origine stirpem,
Caesar? & Idalii frater Amoris eras?
An pius Anchisae generis tibi Filius auctor?
Qui Veneri carum pellis ab Urbe caput.
Te lupa, Martigenae quae praebuit ubera proli,
Caucasea genuit te fera matre tigris.
Romaque, te domino, septem de collibus undas,
Per medium, vidit sanguinis ire, forum.
Caedibus ipsa Deum maduerunt templa; cruentis
Inaluit guttis Caesaris ara Patris.
Nec satis hoc tibi, dire, fuit. tot funera mentem
Tristia non poterant exsaturare ferae.

Artibus excitatus, studiisque, immane parabas,
Et famula doctas Urbe fugare Deas:
Scilicet haec lex est violentis una Tyrannis,
Ingenii claros tollere dote viros.
Sic enimosa Pavens, te proscribente, securi
Tullius eloquii colla secanda dedit.
Perque pias lacrimas rorantia sanguine vidit
In rostris populus Consulis ora sui.
Ne foret, oppressis quae libertatis amorem
Redderet, aut odium, lingua diserta, jugi.
Secula quid jactant nobis felicia: culto
Quis honor eloquio, te dominante, fuit?
Principe te, vocis Facundia perdidit usum,
Linguaque, quam stupuit Curia, muta fuit.
Nec jugulare caput vocis contente solutae,
Aonias Latio pellis ab urbe Deas.
Quaeque Agazippeos mutarant Thybride fontes,
Barbare, Bistonias cogis adire nives.
Caesare te, Naso, Romanae gloria musae,
Jam didcit Scythice Sarmaticeque loqui.
Quaeque prius gentem rapiebant culta togatam
Carmina, naturae luxuriantis opes,
Devovet, &, patriae perdens commercia vocis,
Braccatis recitat semilatina Getis.
Ferreus ingenium fregisti nobile, quo non
Cultius in Latio fertiliusve fuit.
Nec pudet hanc tristi caussam praetendere poenae,
Carmina quod teneris luserit ante modis?
Cur, tibi qui toties vitam moresque probavit,
Projicitur, nullo crimine notus Eques?
Cuique, nihil juveni quae carmina laeta nocebant,
Exilium misero triste dedere soni?
Cur agis in sanctum, veteris sub imagine culpae,
Terribili fulmen sacrus ab arce caput;
Nec scelus objicitur, nec lex temerata; sed error,
Atque oculos probris inferuisse tuis.
Quod tua, vel stirpis spectarit crimina vestrae,
Plectitur; o poenae caussa pudenda ferae!
Res caret exemplo. sub diris triste Tyrannis
Exitium pauris lingua proterva dedit.
Huic animi nocuit truculentia; concidit alter,
Qui pia pro raptis legibus arma tulit.
Sed nova post bonines, oculos habuisse nocentes,
Principe te, natos culpa reperta fuit.
Crimine perpetuo damnatus nocte vacasset,
Et patria caecus non caruisset humo.

Tutus adulterium potuisses, luminis expers,
Furtaque lascivae, Naso, docere Deae.
Nec censura tibi casti metuenda fuisset
Caesaris, exemplo qui favet ipse suo.
Et qui legitimos temerare libidine lectos
Flagitium numquam credidit esse viris.
Livia testetur, praegnans abducta marito,
Ederet ut foetum patris in aede sui.
Te Tertulla, gravi lassatum pondere rerum,
Te tenero fovit Salvia moecha sinu.
Mox Rufilla salax lascivis implicat unis,
Forma Terentillae mox speciosa trahit.
Et gremio detracta placet de Consulis uxor,
Quaeque redux Veneris signa recentis habet.
Verum ubi consuetae faciunt fastidia formae,
Nec satis haec moecho, nec satis illa placent:
Corpora mangones conquirere pulchra jubentur,
Quae posita spectet veste superbus herus.
Ludera furta Dolem dubitat neque falsus Apollo,
Numina dum bis sex Mollia sola videt.
Principe sic agitur puro censura: Poëtis
Nil opus est, juvenes, qui male stupra docent.
Naso, quid obscaenas tam castis auribus artes,
Et quereris molles displicuisse modos?
Cur opus adfectas, quod legum tetricus auctor
Vindicat, ut populo consulat ipse suo.
Regis ab exemplo praecepta salubria pubes
Romula, cumque nuru mater honesta petat.
Exsulet in Scythico Romanus litore Vates,
Cedat adulterii doctor ab Urbe pia.
Non bene ab ignaro discuntur stupra Poëta,
Qui, quia non novit, furta docere nequit.
Legis Iuleae Caesar sine crimine vindex,
Aptior ad Veneris gaudia doctor erit.
Non docet ille rudes custodem fallere matres,
Aut vigilis curam decipere arte viri.
Non hic blanditiis, non expugnare puellas
Munere, non doctis sollicitare modis;
Sed rapere e gremiis nuptas confessus adulter
Imperat, & coram jungere membra viro.
Pellicibus replet lascivo Palatia Caesar,
Turpia quas cogunt regia jussa pati.
Tarquinii proles cur haec non tempora vidit?
Romanas licuit quis temerare nurus.
Tuta sub Augusto lascivia tanta fuisset,
Nec patrias natus praecipitasset opes.

Lentus adulterium, tu Collatine, videres,
Et veniam fecisti, Brute quiete, daves.
Nullo sub hoc dubium fecerat Lucretia regnum,
Restaque servares sceptra, Superbe, manu.
Moribus his, dumens, arces componis amandi,
Naso, parum fedi gnare Poeta tui.
Quis puper hic, nulli non cognita tragoedo chartis?
Pocai ad exemplum cerea turba ducis.
Quis media de plebe puer, quae virgo, vel uxor,
Quae vidit, Augusto regna tenente, fuit?
Invecatt quid, fidle, jocos; seuveraque credis
Carmina, nec capiti pernicitosa tuo?
Lasta verecundae quid feeras otia vitae?
Libertas quamvis Musa jocata foret.
Fuiseris, o Naso: turpis sub Principe vita
Tuta; sed ingenium, lingua, libiique nocent.
Arripit in crimen, quidquid vult, saepe Tyrannus,
Et speciem justi vindicis inde petit.
Nec bona juratis sub judice quaeritur unquam
Causa, nec arbitrium mite Senatus agit.
Nativis adulator commoti Principis iras,
Irritat & favoni potius, egitque, faces.
Adhibet insano furiosa calumnia vires,
Poenaque vix noto crimine certa sedet.
Incubitur diris mox tristis epistola verbis,
Quae patriis miserum cogit abire locis.
Haec studiis merces, teneri Praeceptor Amoris,
Est data (nec potuit Musa vetare) tuis.
Ferreus, ingenio qui te juvenilter usum,
In Scythicum censet promeruisse fugam.
Metus exilium sed ne propinquae daretur,
Principe lenito, culpa, Poeta, tua est.
Turpiter objecta blandiri mente Tyranno,
Et dominum placidis flectere voce ferum;
Errorem, culpamque, & non admissa fateri
Crimina, nec firmo pectore fata pati;
Dedecorat catous, patriam qui fortibus esse,
Sub liquido, dorsit, qua patet axe, solum.
Versus ab ingenuis famulas deformis ad artes,
Infami maculas facta priora notè.
Nec tam Pierius Scythico sub fidere fervor,
Carminis aut abiit spiritus ille sacri.
Libera quam, miseris quae dat novo robora, virtus
Excidit, & mentis facta ruina bonae.
Tristia, quis laesum tentasti frangere numen,
Carmina servilis pignora mentis habent.

Quae licet ingenio laesis vix cedere constat,
Nemo tamen turpi labe carere negat.
Sed veniam misero facilis concede Poetae
Lector, inhumani Caesaris usque memor.
Huic, Getica volvit tellure quod ossa recondi:
Exsulis, invidiae pondera justo premant.
Et quoties Latio meminit Nasonis ademti
Posteritas, duras commiserata vices,
Quo patriam & leges Augustus pressit avitas,
Devoveat famuli pondus herile jugi.

EJUSDEM PRAEFATIO.

Multa, Lector benevole, ad manum erant, quae de Ovidio, ejusque ingenio disputari possent; sed ea potius differenda censeo in editionem, quae brevi sequetur, & Illustrissimi Heinsii secundis curis, aliorumque virorum doctissimis adnotationibus exornata prodibit, si Deus nobis vitam & vires dederit. Nunc paucis de hac editione, & quid praestiterimus, agere placet. Secuti quidem sumus in plerisque omnium, quae adhuc exierunt, editionum emendatissimam Nicolai Heinsii, quam ille anno seculi proxime elapsi primo & sexagesimo typis Elzevirianis describi curavit. Ita tamen ejus vestigia pressimus, ut, ubi nobis nimio innovandi studio, & conjecturis non satis certis indulsisse, & veterem editorum & manu exaratorum codicum lectionem inmerito ejecisse videbatur, ab ejus sententia discedere religio non foret. Rationem vero, cur quaedam loca hic aliter atque in Heinsiana editione legantur, mox, ubi majoris operis & molis editio curabitur, reddemus. Quare ut eo usque judicium & censuram suspendas, rogamus, & hac promulside & gustatione leviter initiatus, ad majora fercula & lautiores dapes famem plenam adferas. Industriae vero & labori nostro, quibus interioribus literis prodesse, & juventutis studia fovere studemus, favere perge, pauca vero, quae typothetarum negligentia, vitia irrepserunt, per te corrigere velis.

UBERTINI CLERICI, *Crescentinatis*,

Dedicatio ante Epistolas Heroidum.

Magnifico & Splendidissimo Viro

GUIDONI DE SANCTO GEORGIO,

Comiti Blandrate & primo Marchionali Camerario & Consiliario Dignissimo.

Admirati sunt saepenumero quam plurimi, qui me vel nomine tantum, vel re & praesentia cognoverunt, Vir Magnifice Guido, quod cum in locis celeberrimis & clarissimis Mediolani & Papiae interpretandi more publico & honesto salario cum magna omnium gratia fungerer, & illustrissimorum Mediolanensium principum benignitate fungi liceret, ipse sponte mea id munus omiserim, & in Montemferratum Casaleque me contulerim: requiruntque in hac re pru-

prudentiam & consilium meum. His & si multa sunt quae jure opponam, nulla tamen est validior & inexpugnabilior ratio, quam quae primum movit, eamque me affectum gaudeo. Cum enim & spes & ratio studiorum in Caesare tantum, hoc est, in principibus sit reposita, sublato cruenta caede Mediolanensium duce Galeario Maria, acris & ingenii, & judicii principe, fratribusque ejus Ascanio sacrae Romanae ecclesiae protonotario, & Sphortia, Bari duce, & Ludoico Maria in exilium ejectis, nec non Roberto Sanseverinate illustri & maximi animi viro, in quibus plurimum spei & praesidii mihi fuerat, quid professioni meae optabilius esse potuit quam eum principem nancisci, qui studia laboresque meos respiceret? Atqui hunc inclytum Montisferrati Marchionem Gulielmum eum fore speravi, & confisus sum, quin eum, ut est Caesarea stirpe genitus non modo liberalis & benigni ingenii, verum etiam humani & eruditi esse audiebam. ex quo merito non dubitari cum fore erga liberalium artium professores benignum & munificum: sicut enim nemo satis diligit, quod non novit, ita oportet, quibus artibus quispiam delectetur, eas omni praesidio & favore tueri. Quae autem est liberalis ars, ut rem militarem omittam, cujus omnis numeros tanquam Mars ipse ad unum exactissime tenet, & in qua, aliorum pace dixerim, facile principatum obtinet. Quae, inquam, ars est liberalis, de qua hic non possit cum summa laude & respondere & disputare: Vidimus & audivimus saepenumero, cum coram eo, ut plerumque fit, de rebus gravibus & seriis sermo oriretur, quanta facundia, quanto acumine, quanta omnium admiratione respondeat, ut non omnia percurrisse, sed singula ad unguem tenere videatur, Quid cum viris gravibus aut magnorum principum legatis respondet, quem Caesarem, quem Catonem, quem Epaminundam aut Themistoclem huic anteponas: Sed quoniam epistolam, non historiam aut orationem conscribo, neque licet omnia complecti, taceo rerum domi bellique ab eo gestarum magnitudinem, omitto ejus temperantiam, & vivendi normam exactissimam, omitto prudentiam, & consiliorum maturitatem, omitto vigilantiam, omitto manuetudinem, facilitatem, & in audiendo patientiam, qui nemini, neque diviti, neque pauperi aditum ad se claudit, aut aures facilimas negat. Omitto in reddendo jure aequitatem, omitto denique animi magnitudinem, qua factum est, ut non modo universae Montisferrati regioni quam plurimas fortunarum & dignitatum accessiones dederit, oppida muris cinxerit, arces munitissimas, & prope inexpugnabiles construxerit. Sed inprimis Casali, quod nomine Urbis & virtute dignitate, & moenium admiratione, & aedificiorum elegantia, & morum cultu jam ita decoravit, ut totum pene immucarum videatur. Nam qua religione, quove cultu deum immortalem venereatur, jam testatur maximis suis sumptibus cum alibi tum Casali erecta templa, extructa coenobia, assidue in religiosos viros collata munera. Quae enim aetas conticescet sanctissimae Virginis ad Angelos extra muros Casalis magnificentissimam cum coenobio amplissimo aedem: Quid divi Dominici intra urbem templum suum & coenobium jam molis magnitudine admirabile. Atqui haec Gulielmi liberalitas Deo immortali certum & suae aeternae salutis pignus, & ad posteros transituraeque gloriae monimentum consecravit & condidit. Cui igitur talis principis contemplatio non modo meae fortunae relictae, verumetiam cujusque amplissimae dignitatis desiderium non molle & tolerabile faciat: His accedit amorum ejus fratrum Theodori, Sacro sanctae Romanae ecclesiae Diaconi Cardinalis, in eo ordine maximae & auctoritatis & gratiae viri, & Bonifacii principis optimi

vita quaedam humanitatis & in me exprompta benivolentia. Sed Illustr. Bonifacii bonitatem, quia propior est, quotidie magis & experior & sentio, in quam mihi merito maximam spem collocandam duxi, quia cum nemini noceat: omnibus benefaciat, ita ut non alio nomine dignior potuisse esse videatur. non dubito, quin eum potissimum complectatur, quem videat, & bonarum artium studiosum, & totius domus suae fidissimum cultorem: Sed de horum principum Caesarea stirpe, & origine antiquissima, & singularibus animi corporisque dotibus, ac rebus egregie gestis, dabitur brevi, ut spero, locus commodius & uberius dicendi. Nec totius Montisferrati nobilitatis, ut scis, & hujus urbis Casalis primorum civium benignitas animi mihi deest. Cur igitur consilii mei me poenitet, cum plus boni hic mihi accesserit, quam illic deseruerim. Desinant ergo isti mirari ac potius consilium factumque meum laudent & probent. Interim igitur cum sub benignissimi Marchionis Guilielmi, tamquam sub foelicissimae fagi umbra recubans aliquid quotidie meditor, quo & socordiam vitem, & aliis prosim, & nomen meum, quo mihi ire non licet, transferam, ex his quae evigilavi, cum aliqua imprimi vellem, multorum efflagitatione compulsus, in Nasonis Heroinas interpretationes meas edidi, quas nomini tuo inscribendas putavi, ut tuae erga me benivolentiae memorem esse ostenderem, & meo labore tuis filiis prodessem, quos quidem, cum octo virilis sexus omnes, & eosdem optima indole optimoque ingenio praeditos habeas, ut es sapientissimus, non nimia indulgentia & molli educatione, ut plerique, corrumpis & enervas, sed paterna, hoc est, prudenti severaque castigatione instituis, & iis praeceptores, & moribus simul & doctrina probatos adhibes, ut tales a teneris annis instituantur, quales viros fore cupis. Licet enim Comitum Blandrate, domus tua antiquissima & generosissima sit, quippe quae ex serenissima Poloniae regum stirpe, ut prisci annales indicant, originem trahit, licet multis in tota Italia nobilissimis spendidissimisque familiis conjuncta, licet & ante & hoc maxime tempore multorum virorum, & tuo praesertim nomine insignis, licet denique filii tui paternam maternamque Carretorum nobilitatem referre possint; tamen ut es prudentissimus, multo pluris facis scientiae & virtutum nobilitatem, quam generis. Nam genus & proavos & quae non fecimus ipsi vix ea nostra voco, ut Ulysses apud Nasonem inquit. Quod siquis utramque nobilitatem affectatus sit, tum vere clarus honorabilisque putandus est. Jure igitur te semper plurimi fecerunt Illust. Montisferrati principes, qui cum vetustissima generis nobilitate conjunctam virtutem habes & probitatem, qua de quamplurimis optime mereris, de nullis male. Cui igitur potius studiorum meorum lucubrationes dedicem quam tibi, qui cum optimis studiis delecteris, eas plurimi facis, qui mei nominis semper fuisti laudator, & admirator. Accipies igitur pro parte satisfactionis meae hoc opus, donec excellentissimi Gulielmi Marchionis benignitate aspirante majora, quae jam instituimus, edere licebit. Tu vale, vir praestantissime, & ut facis me amare perge. Casali sancti Iyasi.

ANTONII VOLSCI, *Privernatis*,

Ad

LUDOVICUM DIAEDUM

Francisci fil. Patricium Venetum,

In Heroïdas Publii Ovidii Nasonis, Peligni.

CUm multos saepe viros, qui nostris temporibus sapientiae studio, & rerum cognitione floruere, mecum ipse revolverim, recte, Ludovice Diaede, sensisse illos arbitratus sum, quibus in umbra elanguentes alii summa digni reprehensione videri solent, quod in tanto rerum usu nulla posteris monumenta relinquerent, ut & aliis prodessent, & se a mortalitatis injuria vindicarent. Alii vero quod nondum pressi, sed subito quodam spiritu & proximo calore parta intempestiva foetura edere non dubitarint, minime intuentes non partus, sed abortivos emittit, unde laboris plaeculum & periculi subeant, quam jucunditatis & gloriae consequantur. Ego vero ut me ab illorum desidia, & istorum petulantia omnino liberem, tantisper conclandum censui, dum foetus utero sensim crescente maturior ederetur. Quanquam non deerant qui me interea premerent, stimularent, urgerent atque liberius accularent, quod tot annos, quot interpretandis auctoribus impendi, nihil omnino ediderim. quos Fabii secutus consilium quamdiu visum est, amice, continui, licet quanto honestius quod efflagitabatur negare viderer, tanto acrius incensi, meam illam verecundiam velut inertem expostularent, praesertim quod ajebant multos indies magis obrepere, qui ut insidiantes alveolis fuci, alienis laboribus insultare fortissima temeritate non desinant. Sed hos variis jam contentionibus spero repulisse: Nam si qua supererant semina eo libello, quem emendationem Virgilianam inscripsimus, adeo repressi sunt universi, ut non modo incepti poeniteat, verum etiam omnino dejecti culpam deprecentur, sed jam illos finamus ineptire. Cum apud Marcum Varronem vetus adagium illud intuemur, quod dicitur homo bulla, aequum visum est, ut honeste monentes audiremus: Nam si putavit ille seni properandum, quanto magis juvenibus, qui validiores sunt, & vires suppetunt, ne cum legendae sarcinulae tempus admonuerit, plusquam superari queat itineris relinquatur: mihi quoque deinceps nullam cunctationem fore tutam existimo, ne dum consulto actionem differimus in contemplatione clanguisse credamur. Quae duo in humana vita maxime utilia censuit Plato, eamque perfectam fore non putavit; nisi ab ea sollicitudine, quae solum nostra est, saepius discederemus, ut amicis, & patriae quoad fieri possit, negotium impartiamur: Quo mortales adeo distrahi non decet, ut a virtutis contemplatione, quam viro bono tribuit Aristoteles, arceantur omnino. Sed tenenda est par quaedam dimensio atque recta aequabilique affectio, quam Stoici *καθήκοντα* appellari voluerunt. ubi nihil emineat, nihil nisi aequum aut rectum appareat. in quo genere cum pauci se continuerint, eos inter vel maxime enitet Franciscus Diaedus genitor tuus, vir quidem non modo continentia & pietate, sed omni genere virtutis, cum quovis hujus aetatis conferendus, eos habet progressus, ut inter summas reipublicae occupationes nihil de domestica commentatione, aut scribendo, aut cogitando remittat. Et quanquam non minori industria, quam fide

de publica gerit negocia, quae terra marique gravissima summa laude confecit, operam tamen, quam amicis deberi credit, & patitur facile & constanter fovet & perficit; ita quod extremum illum finem, quem omnes expetunt, licet Hieronymus Rhodius indolentiam, Epicurus voluptatem diversa ratione, virtutem Stoici & Aristoteles esse crediderint, ipse beneficentiam constituisse sibi videatur. Has inter virtutes tu quoque, ut ex feraci solo uberrimus fructus, emergis paternae gloriae spectator & cultor, cujus indoles quae futuri successus praesagia teneat, id vel maxime indicat, quod nulla hortatione eam laudis viam rectissimam ducis quam tibi majores tui tritam reliquerunt. Nam cum optime institutus sis, acrique eminens ingenio, ostenditur facile, quam optimam frugem haec spondeat seges, magnum certe promittit haec praeter aetatem sine arrogantia gravitas, sine segnitie verecundia: Sed cum majora sint quam dici possint, ne laudationis causam praebisse videamur, redeat unde defluxit oratio: diuturnum illud otium, quod in exequutionem auctorum & rerum contemplationem contulimus, ex scena jam in caveam deducemus; ne quod lucem solemque desiderabat, in umbra delperiret. Cum nihil in hominum vita honestius sit, quam aliquid elaborare, quod memoriam servet & usum publicum augeat. Quare ad poëticen conversus, non quod animum relaxarem, ut quidam se fecisse dixerunt, sed publicae utilitatis gratia cum divinis illis Ovidii caloribus non sine sudore & pulvere, ut in arena gladiator, aliquantisper obversatus sum. Is enim ut inventione & facilitate, ita omnes ingenii ubertate & verborum copia Latinos poëtas, astipulante Fabio, absque ulla dubitatione praecellit. Sed cum noster eques omnem illius campum cucurrerit, omnes nodos solverit, omnes jam calores perstrinxerit, placuit editionis principium ab Heroïdibus auspicari, quoniam id scribendi genus Latinum est, & se primum cecinisse maxime gloriatur Ovidius. Opus enim varium est, disertum, multiplex, copiosum: ubi multae non solum exquisitae reconditaeque sententiae vix satis explicantur; sed etiam locorum historiarumque, & fabularum obscura, & perdifficilis hactenus allucinationem praebuit appositio. His igitur apertis spero meum hunc laborem & tibi & bonis omnibus non inhonestum videri posse. Nam si Zenoni Cytheo Stoïcorum principi maximo ornamento Hesiodi Theogoniae accessit interpretatio. si Cleantes Assus, qui Phreantes, quod exhauriret puteos, cognominatus est. Si Chrysippus Tharsensis in fabularum mysteriis magnam sui studii partem posuerunt, ut illas vario interpretandi genere physiologiae subjicerent. Quanto mihi honestius verti debet, si evolutis rerum monumentis heroum heroïnarumque affectus summo poëtae ingenio expressos, & ad imitationem utilitatemque & eorum, qui simili tenerentur studio, jucunditatem eduxerim, in quo iguavorum dicacitatem atque calumniantium invidiam facile contemno. Si tu, cui nostrarum vigiliarum primitias dedicavi, meam hanc dextro fidere probabis industriam.

GUID. MORILLONII DEDICATIO

Ad Epistolas Heroïdum.

CLARISSIMO VIRO

FRANCISCO A CAMPOGIRALDO,

Merita sacratissimarum legum laurea decorato, Musisque politioribus ornatissimo.

VEteres illi, quorum auctoritas cum sapientia ad haec nostra usque tempora prorecta est, Francisce nobilium eruditissime, non minus docte quam eleganter tres Gratias, quas Graeci χαριτας vocant, ita depingebant: ut una earum veluti à nobis profecta, averiam faciem teneret, reliquae vero duae nos aspicerent. Quo quidem exemplo monemur, accepti beneficii nunquam immemores esse debere: verum illud aliquo cum foenere rependere. Ego itaque priscos aemulabundus, cum attentiuscule mecum pensitarem, quantum in me tua benignitas contulisset, ne id in ingratum projecisse videaris, exigua compensatione, aut saltem aliquo argumento animum nostrum tuis beneficiis pene obrutum tantillum levare constitui. Idcirco cum superioribus diebus a Dialecticorum macandris mentem relaxarem, sacrum illud Musarum diversorium repetens, in Heroïdas illas Ovidianas forte incidi: Dii boni quam multiplici eruditione refertas, quam lepidissimis salibus concinnatas? Omne tulit punctum, ut inquit Flaccus, qui miscuit utile dulci. Quod quidam aut nemo, ut puto, aut noster hic Naso est assecutus: qui ita seria mellitis figmentis, figmenta seriis miscet, ut satis nescias, plusne utilitatis, aut voluptatis prae se ferat. Quod cum nonnunquam egregie fecerit, in Epistolis praesertim singulari quodam modo mihi fecisse videtur. Verum enimvero seu temporum injuria, seu, quod verius crediderim, Librariorum incuria, tam multijugis mendis, tam monstrosis erroribus scatebant, ut nemo, quantumvis mitis, in ipso statim limine non stomacharetur. Quare me operae pretium facturum existimabam, si illas nostras asterisci transverso calamo illinerem, atque ut emendatiores, examinatiores, libratioresque haberentur, elaborarem. Etsi onus supra vires, malebam tamen audentior videri, quam manfuetioribus Musis, stupore atque marcore squalentibus, pro nostra virili operam non praestare. Quapropter curavi illas non tantum tersas, emunctasque reddere, verum etiam nostris argumentis, crebrisque in marginibus annotatiunculis, noviciis literarum Tirunculis pervias reddere. Ut si quid nobis ob id deberent, tibi, tanquam auctori, gratulabundo animo acceptum referrent. Accipe igitur vir circumspectissime, hasce quantulascunque ingenioli nostri primitias, quas tibi liberalissimo patrono dedico. Res est leviuscula, nec inficior: verum, ut Plinianis verbis utar, & Diis laete rustici, multaeque gentes supplicant: & mola tantum salsa litant, qui non habent thura. Quicquid id sit, Dii faxint, ut sit meae erga te observantiae pignus sempiternum. Vale, praesidium, & dulce decus meum, Guidonemque tuum in eorum numero adscribito, qui te colunt & venerantur.

DO-

DOMINICI MARII NIGRI

Praefatio ad Libros Amorum.

PRaefandum illud mihi tantum, studiose lector, ex multis, quae Grammatici hac in parte quaerenda tradidere, hisce in libris censui, quis videlicet eorum sit titulus: atque eo quaerendum diligentius existimavi, quod doctorum hominum hac in re sententiae variant. Elegiarum nomine multi treis hos libros appellant: sed parum recte, ut mea quidem fert opinio. Nam Elegiae quoque sunt, quas in Tristibus scripsit Naso. unde incertus & ambiguus hic titulus redderetur. Alii Corinnam vocant: inter quos est noster Hermolaus Barbarus, qui quoties ex hoc opere carmina citat: Ovidius, inquit, in Corinna, &c. Verum non de Corinna solum hic loquitur auctor, neque Corinnam solam amavit, quod liquido patet ex elegia 4. & 19. libri 2. Amorum, atque ex aliis, in quibus fatetur ingenue Naso, se multarum puellarum amore captum fuisse. Non tamen inficias eo, Corinnam ei caeteris chariorem fuisse, de eademque frequentius scriptum esse: ut si à majori parte ducendus sit titulus, parum peccent, qui Corinnae nomine hoc opus vocant. Gravius autem illi errare mihi videntur, qui licet manu scriptorum, depravatorum tamen exemplarium, auctoritatem secuti, hos treis libellos *De* sine titulo nominant: ex quibus (quod maxime miror) sunt Laurentius Vallensis, & Joannes Tortellius, qui non ineruditi habentur. Horum opinionem pluribus argumentis refellere non oportet: satis enim fuerit, poëtae sententiam & voluntatem de hujus operis titulo, ipsius verbis adduxisse. Naso igitur lib. 3. de Arte, hujus sui operis ita meminit: Deve tribus libris, titulos quos signat Amorum, Elige, quod docili molliter ore legas. Dixit quoque Eleg. 1. lib. 3. hujus operis: Teneri properentur amores, Dum vacat. Facile igitur nunc constare cuivis poterit, nisi Ipsaea (quod ajunt) caeciori, titulum esse *Amores*. Caeterum non ab re fore existimo, si prius quam ad Amorum interpretationem deflectat oratio, quid Elegia sit, quae ejus origo, unde dicatur, quinam tum apud Graecos tum apud Latinos in Elegis scribendis floruerint, quam paucissimis ostendero. Elegiam sic diffinit Diomedes, ut dicat, eam esse carmen compositum hexametro versu, pentametroque, ad invicem positis. Elegorum autem originem incertam esse, Horatius in Arte poëtica his carminibus testatur: Quis tamen exiguos Elegos emiserit auctor, Grammatici certant, & adhuc sub judice lis est. Non desunt interim, qui Callinoum quendam Elegiae inventorem extitisse tradant. Atque ut hanc in partem diversi scriptores abeunt, sic in hujusce etymo mirum in modum variant, quibus haec scriptis prodere studium fuit. Dictam enim quidam volunt ἀπὸ τοῦ ἐλέγειν τοὺς τεθνεώτας: fere enim defunctorum laudes hoc carmine prosequebantur. Alii ἐστὶ ἐλεεῖν, id est misereri: quod scilicet miseriarum plenum esse soleat hoc carminis genus. Huic etymologiae assentiri videtur Flaccus, qui ad Albinum Tibullum scribens lib. 1. Carm. Elegos miserabiles vocat. Superiori autem Naso, qui in epistola Sapphus, elegiam carmen flebile, in Amoribus ipsam elegiam flebilem appellat. Nonnulli ab *αἴ interjectione, ita ut *legia* sit nominis supplementum, & nihil significet. Eadem ratione, qua Gellius Quinquatrus dictas voluit, à quinque dierum numero, qui sunt ab idibus: atrus vero nihil significare. Siquidem Phrygiae rex Midas, dum parenti justa perageret, hac interjectio-

*αἴ

ctione frequenter usus esse dicitur. Licet alii tradant, Theoclem Naxium, sive potius Erythraeum, frequenter per amoris insaniam vociferatum esse, αἰ αἰ αἰ: inde aliquot additis literis, elegiam dictam. Quam etymologiam secuti videntur illi, qui contenderunt, elegiam producere priores duas syllabas. His tamen repugnat Persius, cujus tale est in Sylvis carmen: Quas inter vultu petulans ebria propinat. Item Persius Satyra I. dicens: Ebria veratro, non si qua elegia crudi. Nec deficere, qui ab ἐλεγεῖον, quod est insanire, dictum voluerint; quod mente captus Theocles, de quo supra dictum est, eo carminis genere vociferatus sit. Primo igitur res tantum tristes, ac miseriarum plenae, elegiaco versu describebantur. Mox & laetae, praesertim amores, eo metro cani coeperunt, quod & Flaccus in Arte poëtica sic ostendit: Versibus impariter junctis celeres primum, Post etiam inclusi est voti sententia compos. Unde Naso in Remedius ait: Blanda pharetratos elegeia cantet amores. In elegis scribendis apud Graecos (ut de ignobilioribus taceam) floruerunt Callimachus, qui in hoc scribendi genere princeps habitus est: & Philetas, qui secundas consensu plurimorum occupavit. Hos se imitatum fuisse, Properrius lib. III. his carminibus fatetur: Callimachi manus, & Coi sacra Philetae, In vestrum quaeso me sinite ire nemus. unde etiam se Romanum Calimachum appellat. Naso quoque, quasi Callimachi aemulus, in Amoribus inquit: Est, quae Callimachi prae nostris rustica dicat Carmina. Catullus etiam se Callimachi studiosum ostendit, ad Ortalum ita scribens: Sed tamen in tantis moeroribus Ortale mitto. Haec expressa tibi carmina Battiadae. Nec ineleganter elegias scripsisse existimatur Euphorion. Apud Latinos vero inter Elegiacos poëtas maxime celebres fuerunt, Catullus, Calvus, Cornelius Gallus, Properrius, Tibullus, & Ovidius. Sed Calvi & Galli nulla exstant opera. Tibullus, Fabii judicio, tersus & elegans auctor, elegiae princeps. Sunt qui Properrium malint. Ovidius utroque lascivior, sed maxime eruditus & perspicuus: qui mirum in modum hoc scribendi genus decoravit, ut non immerito ipse de se dixerit: Tantum se nobis elegi debere fatentur, Quantum Virgilio nobile debet opus. Illud tanquam corollarium nos adjunxisse libuit, Sacadam quendam Argium primum elegias ad musicos rhythmos canere instituisse. Te praeterea, studiose lector, statim in principio praemonitum esse volueram, nos, cum permulta Amorum Nasonis exemplaria manuscripta nobis videnda contigerit, in quibus pleraque varie legerentur, lectiones omneis varias, quae alicujus momenti esse videbantur, nostris hisce commentariis inseruisse, ne cuiquam doctiori judicandi facultas eriperetur. Voluisse insuper, ut quas magis approbaremus, eae essent in ipsis libris: qui dubio procul castigatissimi omnium, qui ad hanc diem impressi sunt, legentur. Nec non, ut à principio Elegiae primae libri primi disjungerentur quatuor illa carmina: Qui modo Nasonis fueramus quinque libelli. Tres sumus: hoc illi praetulit auctor opus. Ut jam nulla tibi non sit legisse voluptas: At levior demptis poena duobus erit. Quae antea in omnibus tam impressis, quam manu scriptis exemplaribus, conjunctim legebantur. In quo nulla nobis arroganciae aut temeritatis nota jure inuretur, si quis rem omnem diligentius considerabit. Quippe tetrastichon illud (ut ejus sensus indicat) praepositum à Nasone videtur tribus Amorum libris: quemadmodum idem in Ponto relegatus fodalem quendam suum rogavit, ut hexastichon Metamorphoseon libris praponeret. Sic enim in primo de Tristibus inquit: Hos quoque sex versus in prima fronte libelli, Si praponendos esse putabis, habe. Orba parente suo quicun-

cunque volumina tangis, &c. Principium igitur Elegiae sit hoc: Arma gravi numero, violentaque bella parabam Edere. Nec illud silentio involvam, quaedam in his libris à me esse interpretata, quorum interpretatione supersedere potuissem, si ex his enarrationibus mihi gloriam aucupari studuissem, ac non potius tirunculorum rationem habendam duxissem. Adde, quod multis precibus me ad hoc impulit impressor ipse, timens, ne impressores alii, ut sunt inter se aemuli, hoc idem opus imprimerent, additis eorum commentariis, qui tantum minutula quaedam & facillima interpretantur: quod hodie in multis non sine quorundam maxima jactura fieri videmus. Obsequendum igitur fuit. Tu autem quod tibi placuerit, ex his leges: caetera iis relinques, qui ejusmodi interpretationis indigebunt. Voluimus enim in his, non eruditis modo, sed mediocribus, atque etiam junioribus satisfacere. Vale: & expecta, quas propediem edemus, nostras in Nasonis Consolationem ad Liviam Drusillam enarrationes.

BARTHOLOMAEI MERULAE PRAEFATIO

Ad Libros de Arte Amandi.

Generoso Adolescenti,

FRANCISCO, GEORGII CORNELII,

Equitis, Decemviri Clarissimi filio.

PRaeclara multa & omni laude cumulatissima, in hac tua excellenti patria circumspiciens, Francisce Generose, nihil aeque laude dignum invenio, quam quod in ea prae ceteris urbibus viros omni studiorum genere florentissimos esse video: nam si velis omnium laudatarum artium procreatricem quandam & quasi parentem eam; quae à Graecis Philosophia appellatur, tot in ipsius naturae obscuritate, in differendi subtilitate, in bene vivendi ratione sese tibi offerent, ut proventum majorem nusquam sperare possis. Si vero Reginam rerum eloquentiam malis, non pauciores invenies, in quibus esse fateare Catonis gravitatem, Laelii lenitatem, Gracchi impetum, Caesaris calorem, Hortensii distributionem, Calvi argutias & sanctitatem, Sallustii parsimoniam, & quasi eam Ciceronis opulentiam. At si in poëtica facultate vates eminentissimos, si in narranda historia luculentissimos Scriptores; si praeterea Mathematicae disciplinae & obscuritatis indagatores acutissimos considerabis, comperies profecto his omnibus patriam tuam praeter caeteras civitates plurimum pollere, & his artibus ac disciplinis eos patriae, sibi & amicis, domi forisque esse maximo praesidio & ornamento. Quocirca tibi etiam equis velisque, ut dicitur, enitendum est, ut inter tot praeclarissimos viros studio & disciplina nomen tuum eluceat, excellentissimisque Cornelius & Scipionibus tuis respondeas, quorum virtutes litterarum monumentis ita notae sunt, ut nec meo, nec cujusquam elogio indigeant. Viros enim familia tua semper continua serie omni laudum genere fulgentissimos & illustres habuit. Et ut priscos illos tuos praetermittam, qui propria laude, amplissimis rebus gestis, maxima gloria se quotidie imitandos ante oculos tuos exhibent. Offert se tibi in primis recenti gloria magnanimus Eques & clarissimus Senator, avus tuus ille toto orbe conspicuus, M. Cornelius, illustris & certissima gentis Corneliae proles, qui juventutem egit non ignavia marcescentem, non abjectissimis scortis, non

non aleae, non luxuriae deditam, non ventri somnoque indulgentem, non aliis illecebris irretitam, quae generosos animos frangunt & enervant; sed primo assiduis in litterarum studio vigiliis, deinde peregrinis navigationibus exercitatus, multorum hominum & urbium moribus cognitis, amplissimis divitiis non minus ingenio, quam honestate, solertia & industria comparatis, ab omnibus tandem expectatissimus in patriam rediit, equestribus donatus insignibus à Rege Cyprio, cui ob ingenii sui & generis nobilitatem erat quam charissimus. Brevi deinde in patria auxita primo illius virtute; postea etiam in maximis rebus perspecta & cognita, nihil unquam in hoc nostro Senatu magnum (quod sine invidia dictum velim) nihil dubium, nihil praeclara administratione dignum agebatur, cui ille non praeesset. Quo factum est, ut & adversis & secundis vetustae reipublicae temporibus, patriae emolumenta maxima attulerit, sibi vero sempiternam laudem comparaverit. Sed quod ego ea commemoro, cum praesertim maximus pater tuus Georgius Cornelius, Serenissimae Reginae Cypri frater, Decemvir insignis, clarissimus Eques, & Senator nobilissimus quotidie tibi sit ante oculos, tanquam alterum virae speculum. Siquidem ille cum ceteris omnibus virtutibus, cum maxime prudentia, quae est officii fons, singulari & eximia praeditus in consideratis rebus cedit nemini: liberalibus vero disciplinis ita vacare solet, ut nunquam abduci queat, nisi reipublicae administrationibus, aut amicorum causa. Quo fit, ut & sibi immortalem laudem comparet, & communem hominum societatem non deferat. Habet enim Platonicum illud in ore: Non solum nobis nati sumus, ortusque nostri partem patria vendicat, partem amici. Fides vero, quae est justitiae fundamentum & ante Jovem nata poëtis fingitur, ita ab eo colitur, ut nec praemio corrumpi, nec necessitate ad fallendum cogi possit; nec mirum: legitur enim in historiis Cornelios vestros hanc virtutem inter ceteras ita coluisse, ut cum superior Africanus Carthaginensium navem maltis & illustribus viris onustam cepisset, eam inviolatam dimiserit, quia se legatos ad eum missos dicebant. Tametsi manifestum erat, eos vitandi periculi gratia falsum legationis munus amplecti. Liberalitatem vero ejus quis non jure optimo admiretur ac praedicet? Solet enim ille ex tantis opibus semper in amicos, pauperes aut eruditos pecuniarum aliquid conferre, cibariis sustentare, amicis eos interdum commendare, aliisque diversa ratione prodesse, idque non ut beneficus videatur; sed quia illum ad id honestas naturaque impellunt. Didicit enim generosi esse animi & vere magnifici juvare mortales, & prodesse quamplurimis, & hac via in re homines Deum imitari. Ego certe liberalitatis clarissimi patris tui sum locupletissimus testis. Me namque ille complexus mirifica quadam benevolentia, omni benignitate in hunc usque diem prosecutus est. Nihil ab eo unquam petii aut mea, aut amicorum causa, quod non protinus obtinuerim. Quibus in me officiis nunquam intermoriturus pro virili parte omni studio & industria indies enitor, ut quod Plato ille à doctoribus in primis curandum voluit, virtutum te amatorem praebeas, & sanctissimos mores optimaque instituta imbibas, ut regere & regi discas, magistra justitia. Ceterum cum hactenus fecisti fundamenta optima, ac majoribus tuis & excellenti patre dignum te filium praestas, non possum non vehementer tibi gratulari, milique gaudere, quod videam te majorum imaginibus conspicuum; sed propria virtute nobiliorem fore. Nunquam enim litterarum studia praetermittis. Nunc eloquentiae studiis incumbis. Interdum ad manuctiores Musas redis ex Fabii sententia, qui praecipit legendos poëtas esse, & excutiendum omne scriptorum genus,

nus. Quare te hortante tria illa volumina de *Arte amatoria*, duoque de *Remedio Amoris* ab Ovidio elegantissime conscripta, quanta potuimus diligentia interpretati sumus. Tibique, cui omnia debemus, laborem hunc nostrum dicamus, ut & viva voce & scriptis intelligas, me tibi prodesse voluisse, & tua causa nihil laboris recusasse. Invenies tu quidem in eo opere praeclara multa, quae tibi eruditionem & haud mediocrem voluptatem afferent. Offendes etiam quaedam, quae obturatis auribus ut Ulysses alter Sirenum cantum, ut poëtae fabulantur, praeteribis. Sed, ut nugari tandem desinat oratio, enarrationes has nostras à te semestri spatio exspectatas accipies. Merulamque tuum amabis. Vale.

RAPHAELIS REGII PRAEFATIO

Ad Metamorphoses.

AD ILLUSTRISSIMUM MANTUAE PRINCIPEM

FRANCISCUM GONZAGAM.

COgitanti mihi, Jucundissime Princeps, cui potissimum meas in Ovidii Metamorphosin Enarrationes dicarem, tu in primis occurristi, qui hoc quantulocunque munere dignus esse videreris. Tantus est enim cum aliarum virtutum, tum singularis ac prope divinae liberalitatis tuae splendor, ut ab omnibus celebrari, immortalitatique consecrari merearis. Excellenti namque virtuti ex philosophorum omnium sententia laus, honor & gloria debetur. Tu vero nihil pulchrius honorificentiusque esse existimas, quam divitias & opes, quibus indies magis magisque abundas, ad magnificentiam benignitatemque conferre. Hinc enim & merito quidem fit, ut non solum strenuissimi quique milites ad te certatim confugiant, sed cum alii Italiae principes te colant & admirentur, tum gravissimus sapientissimusque Venetorum Senatus te sibi quocunque officii genere devinciat, indiesque habeat cariorem. Ex tanta namque liberalitate facile cognoscit, eam tibi ingenitam esse animi magnitudinem, ut & alta expetas, & praeclara sis gesturus, & viam ad immortalem gloriam affectes. Omnes siquidem imperatoriae virtutes inte sic refulgent, ut Scipioni illi majori, qui quatuor & viginti annos natus imperator adversus Poenos in Hispaniam à senatu populoque Romano fuit missus, merito sis aequiparandus. Ut enim corporis excellentem formam vereque imperio dignam, & rarum in Principe robur omittamus, quis tuum in assiduis exercitationibus laborem, in periculis fortitudinem, in providendo consilium, in agendo industriam, in conficiendo celeritatem non magnopere admiretur? Tu nulla pluvia, nullis nivibus, nullo aestu ab antelucanis venationibus deterreris. Tu summa omnibus in rebus temperantia, fide, justitia esse, una omnium voce praedicaris. Tu singulari facilitate sic animos & civium & militum ad te amandum allicis, ut non princeps, sed par infimis esse videaris. Tu denique artis militaris scientiam ita percalluisti, ut praeclaris imperatoribus cum ab aliis omnibus, tum a Joanne Francisco Pascalico, sapientissimo eloquentissimoque Senatore, ascribendus esse censearis. Tametsi autem probe scio te majoribus distringi negotiis, quam ut huic operi legendo vacare possis, tamen siquid otii tibi unquam supererit, complura in illo invenies sic enarrationibus nostris illustrata, ut facile percipi possint, quae tuum animum maximopere delectabunt. Nihil est enim quod ad rei militaris peritiam gloriamque pertinent, cujus illu-

illustria exempla in Ovidii Metamorphosi non habeantur. nam clarissima quaeque non bella modo, verumetiam praelia, ut strategemata, ut ducum colloquia praetermittam, illo verborum lepore, illa elegantia describuntur, ut plerique tibi inter legendum interesse videaris. Jam civiliter vivendi rationes unde facilius sumantur, autorem inveries neminem. Ex iis enim quae statim in operis initio de mundi origine, Gigantum adversus deos temeritate aliorumque impietate narrantur, aperte colligimus, Deum mundi ipsius opificem fabricatoremque fuisse, ac eum in primis colendum atque venerandum. Eorum vero qui Deo adversantur omnia opera inania esse ac vana. Contraque eos qui pie justeque vivant, sic ubique tutos esse, ut Dei ipsius auxilio nunquam destituantur. Quid namque Lycaonis in lupum transmutatio nobis aliud ostentat, quam teterrimis latronibus gravissima quaeque a Deo supplicia esse praeparata? Quid Deucalionis & Pyrrhae liberatio ab illo diluvio, quo totus terrarum orbis fertur inundatus, nonne summum in pios justitiaeque ac religionis cultores prae se fert Dei benignitatem? Quid de Daphnes in laurum semper virentem transfiguratione aliud nobis significari putandum est, quam virginibus pudoris sui sollicitam gerentibus curam immortalem gloriam esse praeparatam? Quid Phaëtontis casus? nonne filios omnes admonet, ne unquam parentum consilia praeceptaque contemnant? Reliqua vero non minus lepide quam utiliter de virtutum vitiorumque exemplis descripta, nonne omnibus philosophorum disputationibus humanae vitae commodiora sunt judicanda? Jam praeclara Heroum gesta concinne eleganterque in hoc pulcherrimo operis carmine, nonne iis principibus, qui de humano genere bene meruerunt, immortalem gloriam propositam esse testantur? Quis porro vir magnanimus ad magna gerenda non excitetur, qui legat cum alios heroas, qui plures sint quidem, quam ut oblitter possint numerari, tum Herculem illum, non modo eminentissimi cujusque poëtae carminibus celebratum, sed in deorum quoque numerum publico omnium consensu fuisse translatum! Quis autem militarem, ad cujus gloriam te natum esse in dies magis magisque re ipsa declaras, non amplectatur, qui priscorum Imperatorum virtutem & triumphos ab Ovidio lepidissime decantatos recognoscat? Sed quid de Metamorphosi multa? Exemplar mihi, ut semel dicam, totius humanae & civilis vitae esse videtur. Adeo plane, adeo copiose, quaecunque non eruditum modo, verum dicendi quoque & agendi peritum efficere possint, a facundissimo poëta explicantur. Nec injuria Graeci, quamvis se omnibus aliis rationibus disciplinas tradidisse, ac nullius ipsi auxilio prorsus indigere videri velint, hoc tamen opus propter maximam rerum cognitu pulcherrimarum copiam e nostra lingua in suam omni studio interpretandum vertendumque curarunt, ut perquam mirandum sit hactenus in tanta scriptorum turba citra ullam accuratam expositionem apud nostros ita jacuisse, ut a paucis admodum perlegeretur, cum praesertim & variam plerisque in locis expolcat eruditionem, & in primis adolescentibus laudatarum artium studio destinatis sit praelegendum. Non solum enim veteres historiae, quae propter antiquitatem fabularum loco habentur, ex vetustissimis auctoribus collectae, eleganter ab Ovidio describuntur, sed ita & Geographiae & Astrologiae & Musicae & artis oratoriae & moralis naturalisque philosophiae ratio exprimitur, ut cui Ovidii Metamorphosis bene percepta sit, facillimum ad omnes disciplinas aditum habiturus, neque difficultatis quicquam in ullo fere poëticorum operum inventurus esse videatur. Quicquid enim praeclari Musaeus, Orpheus, Linus, Homerus, Tyrtaeus,

taeus, Hesiodus, Panysius, Antimachus, Aratus, Pisandros, Nicander, Lycophron, Theocritus, Apollonius qui Argonautica scripsit, Callimachus, Philetas, Mimnermus, Pindarus, Stesichorus, Alcaeus, Simonides, Ibycus, Bacchylides, Anacreon, Alcman, Sappho, Corynna, Archilochus, Ananias, Hipponax, Arion, Tespis, Phrynichus, Aeschylus, Sophocles, Euripides, Ion, Acheus, Cratinus, Eupolis, Pherecrates, Aristophanes, Menander, Philemon, Philistion, Pherecydes, Herodotus, Diodorus, aliique prisci & poëtae & historici litterarum monumentis commendarunt, id omne Ovidius in suam Metamorphosin transtulisse videtur. Quare & moribus adolescentum, & studiis rectius consuluisset, qui verbosas nuper in opera quaedam lasciviora, quam ut pueris sint exponenda, perceptuque facillima, commentationes certatim emiserunt, si Metamorphosin suscepissent enarrandam, cum praesertim vel Elegiae, in quibus amores describuntur, nedum poëmata in quibus turpia dictu affectantur, ex Quintiliani sententia minime sint pueris praelegendae, ne tenellae adhuc mentes illo inquinentur affectu, qui disciplinarum studiis maximus hostis a sapientissimo quoque philosopho esse judicatur. Ac ne quis me temere ab ista omnium fere aetatis nostrae grammaticorum persuasione dissentire miretur, libet Quintiliani ipsius, de iis quae pueris sunt praelegenda, ad verbum describere praeceptum. Caetera, inquit, admonitione magna egent, in primis ut tenerae mentes tractaraeque altius quicquid rudibus & omnium ignaris insederit, non modo quae diserta, sed vel magis quae honesta sunt, discant. Ideoque optime institutum est, ut ab Homero atque Virgilio lectio inciperet, quamquam ad intelligendas eorum virtutes firmiori judicio opus esset. Sed huic rei superest tempus. Nec enim semel legentur. Interim & sublimitate heroici carminis animus assurgat, & ex magnitudine rerum spiritum ducat, & optimis imbuatur. Utiles tragoediae, alunt & Lyrici, si tamen in his non auctores modo, sed etiam partes operis elegeris. Nam & Graeci licenter multa, & Horatium in quibusdam nolim interpretari. Elegia vero utique amat & hendecasyllaba & quibus sunt commata sotadeorum. nam de sotadeis ne admonendum quidem est. Amoveantur si fieri potest, sin minus, ad firmius aetatis robur reserventur. Haec Quintilianus, ex quibus facile colligitur eos adolescentum & studiis & moribus plurimum obesse, qui ea quae nec pueris sunt praelegenda, nec ulla indigent enarratione, ita exponunt, ut infantibus cibos nutricum more mandere velle videantur, perinde atque si pueris discentibus & non pueros docentibus istiusmodi commenta scriberentur. Quod si nulla librorum penuria laboraretur, studiosis juvenibus velle consulere videri possent. Nunc autem in tanta fertilitate, quid opus est illa in auctorum marginibus inculcare, quae unusquisque vel ultra primas litteras progressus de uno libro in alium facile transcribere possit? Huc accedit, quod ista ambitione plurima congerendi fere officii sui commentatores isti, ut eo quoque verbo utar, obliviscuntur, ut pleraque obscuriora auctorum sensa, id quod in primis aliquid exponere volenti est necessarium, nequaquam enodentur, & quod turpissimum est, loca depravata non solum non corrigantur, sed ut sunt corrupta, & legantur & exponantur, cum grammatici vel primum sit officium, emendate legere, & quae difficiliora videantur, ita exponere, ut facile percipi possint. Nunc isti suis ineptiis omnia confundentes, dum commenta sua, nihil non vulgare omnibusque litteratoribus tritum ac penitus supervacuum continentia, accuratis praestantium grammaticorum enarrationibus inserantur, ac potius anteferantur, toti-

que librorum margines inanibus nugis impleantur, pulchre sibi expositoris officio functi esse videntur, cum quae alias perspicua sunt, verborum multitudine obscurentur, & quae difficultatis aliquid prae se ferunt, aut perverse exponantur, aut silentio involvantur. Quod si quid illorum operum, quae nondum à quoquam fuerunt enarrata, isti, nominibus parco viventium, susciperent exponendum, neque sua laude frandandi forent, & quantum judicio doctrinaque valeant, facile possent ostentare. Nunc vero in tanta librorum copia iis duntaxat, quae ab aliis recte eleganterque illustrata fuerunt, vulgaria quaedam adjicientes, quid aliud assequuntur, quam quod se non imperitos modò, sed vanos quoque ac futiles aperte profitentur? & dum imperitis eruditi videri volunt, ut Quintiliani verbis utar, imperiti doctis videntur? Ego vero ab istorum ambitione longe alienus, pauca admodum quae necessaria videbantur, in Metamorphoseos expositionem dedisi, in primisque illud curavi, ut complura loca, quae falsorum correctorum temeritate fuerant depravata, corrigerentur, & quae ineptiarum cujusdam pessime de tam egregio opere meriti interpositione insulsissime fuerant separata, connecterentur, itaque omnia disponerentur, ut reddita sibi esse Metamorphosis ipsa videatur. Neque diutius in variis scriptorum opinionibus recensendis diu immorarer, ubi praesertim poëtam sic uni addictum esse animadverti, ut ne ad alios quidem alludat. Si namque omnia quaecunque de Jove, Baccho, Hercule, Theseo aliisque & diis & heroibus antiquis scribuntur, persequi libuisset, finis operi inventus non fuisset. Neque inficias eo nonnulla ab Ovidio attingi, quae mihi ignota esse nihil pudet inter exponendum fuisse professum, cum priscarum fabularum aliquid ignorare inter virtutes grammatici à Fabio habeatur, & de iis scriptoribus perpauci admodum extent, quos Ovidius sectatus esse videtur, ut mihi venia facile danda sit, si quaedam incnarrata reliqui. Ut enim nihil aliud studiis profuerim, illud certe effeci, ut multi, quae à me fuerunt praetermissa omni studio sint inquisituri, & commentationes suas, quae decem jam annos vel epistolis jactatae expectantur, tandem meis enarrationibus perlectis fore editurí. Quod enim hactenus nemo in Ovidii Metamorphosin quicquam expositionis emisit, ignotae quaedam fabulae in causa fuisse videntur, quas quidem ut pulchrum esset non ignorare, sic propter illas tam egregium opus adolescentibus eloquentiae studio destinatis non praelegere indignum esse videbatur. Quamobrem tantum abest, ut me hujusce lucubrationis poeniteat, ut etiam maxime lector Ovidii Metamorphosin poëticorum operum lumen, hactenus fere neglectam, meo potissimum opera sic fuisse illustratam, ut facile & a mediocriter doctis percipi, & ab optimis quibusque ingeniis una cum nomine tuo celebrari possit. Sed ne modum excedat epistola, jam poëtae vitam & quae quoque libro Metamorphoseos continentur exponamus, quo facilius quae quis cognoscere cupiet, citra longe inquisitionis laborem inveniantur. Vale, rarissimum saeculi nostri liberalitatis exemplum. Venetiis Nonis Septembris M. CCCCXCIII.

EJUS-

EJUSDEM

Altera Dedicatio.

CLARISSIMIS EQUITIBUS ANTONIO BULDUNO, JOANNI FRANCISCO PASCHALICO, DOMINICO BOLLANO,

Eloquentissimis advocatoribus felicitatem.

IMprudens simul & mei nominis neglector facile haberi possem, integerrimi Advocatores, nisi aliquot ex errorum ineptiarum, quae mihi falso ascriptae fuerunt, erroribus annotassem, vobisque dicassem, non quod ejusmodi nugas vestra tam excellenti doctrina eloquentiaque dignas existimem, sed ut inde apertius cognoscatis, & me atrocissima injuria fuisse affectum, & eum librarium, quem falsi reum egi, Vobis impudentissime fuisse mentitum. Is enim cum vicem pro tribunali ipsi denunciassetis, ut se defenderet, vos namque in ipsum esse inquisituros, & quotquot domi mearum enarrationum exemplaria haberet, publicae custodiae traderet, veritus ne, ut justum est, comburerentur, clamare coepit, illa quae mihi ascripsisset, ab homine docto composita fuisse, eoque mihi nullam ab se injuriam fuisse illatam. Id vero tam perspicue falsum est, ut illarum ineptiarum auctor quisquis fuerit, mihi enim ne nomine quidem est notus, non loquendi modo atque exponendi imperitus, verum fatuus quoque ab omnique humanitate alienus esse deprehendatur. Si qua ei prudentia foret, nunquam commisisset, ut quae ego ad communem studiosorum utilitatem in Ovidii Metamorphosin, opus tam varium accurataque expositione indigens, conscripseram, ipse me vivente ac id maxime agente, ut quam emendatissima ederentur, manum apponere sustineret, cum praesertim is sit, qui non dico poëtarum sensa exponere, sed ne ab aliis quidem plene enarrata percipere possit. Quod quidem cum ex barbarismis atque solecismis, quibus istius expositiones scatent, tum ex sensu vel perceptu facillimorum perversione carminumque depravatione manifeste colligi potest. Ut nulla alia de causa imperitus iste à perfido illo librario inductus esse videatur, qui enarrationes meas istiusmodi ineptiis inquinaret, quam ut me ubicunque Romana vigeret lingua, in omne tempus sugillaret atque infamaret. Nisi enim id quaesisset, tantisper certe expectasset, dum ego totum opus relegissem, ac, quae librariorum negligentia inversa putabam, correxissem. Sed foedissimarum depravationum sibi conscius, quas plerisque in locis, ut malignis quibusdam & invidis ansam in me debacchandi quaerentibus obsequeretur, admittendas curarat, cum meis enarrationibus finem apposuit, quo & mihi in communem studiosorum juventum utilitatem vigilanti foedissima macula est inusta: & ii omnes, qui Ovidii Metamorphosin cum meis enarrationibus se emere putarunt, iniquissime fuere decepti. Quod si ii gravissime puniuntur, qui in privatis chirographis aliisque instrumentis falsi aliquid admittunt, quo quis vel paucis pecuniis fraudetur, quanto majore supplicio is est coërcendus, qui id genus falsi commisit, quo non solum ab illa quantulacumque doctrinae fama, unde omnes nostrae divitiae pendent, omnique honore, sine quo injucunda hominibus ingenuis est vita, scelere perfidissimi istius librarii in omne tempus, ubicunque Romana est in usu lingua, iniquissime sui privatus, sed maximum quoque studiis detrimentum fuit invectum: pauci namque è doctis, ut alia omittam, quicquam operum suorum emittere post-

 hac

hac audebunt, verentes ne id sibi accidat, quod mihi quorundam conspiratione evenit. Quamobrem, integerrimi simul & eloquentissimi Advocatores, studiosorum causam suscipite, istumque scholarium ita coërcete, ut aliis exemplo sit, ne cum maximo & auctorum dedecore & disciplinarum detrimento ea flagitiose corrumpat, quae ad publicam utilitatem fuere conscripta. Sed cum praejudicio vestro jam sit damnatus, nulliique vobis sit opus exhortatione, ad nonnullos ex foedissimis illius imperiti paedagogi erroribus, qui nomini meo falso adscripti fuerunt annotandos deveniamus. Quisquis igitur iste fuit, qui nulla humanitatis habita ratione tam improbe in me invasit, suaque falce obtusa & rubigine confecta meam legrem succidere conatus est, neque boni neque docti viri officio est functus. Quam vero sit scribendi peritus ex prima statim ipsius expositione facile unicuique vel mediocriter docto liquere potest. Ab hoc namque versu initium sumit. Omnique venturis aperire recentia fatis. Tages inquit, ut scribit Cicero libro de divinatione, puerili specie fuit coepitque affari aratorem. Ille territus clamans conscivit totam Etruriam, quae uno conventu Tagem loquentem audivit. Sermo autem fuit excepius & scriptus libris Etruscorum habituique est pro aruspicina. Inde enim aruspicina sumpsit artem & principium, Lucanus. Sed conditor artis fuisse iste Tages. Plinius tamen non Tagen, sed Delphon fuisse scribit. Tot essent in hac prima istius imperiti expositione annotanda, ut unde potissimum principium sumam ignorem, sed cum vel lecta solum pulcherrime artificem prodant, paucis adhuc ero contentus, illudque omittam, quod hanc de Tage historiam mihi paulo ante, ubi poëta illam describere coepit, perspicue enarratam, iste vacus commentator, ut ego quoque hoc verbo utar, in cum transtulit versum, cui minime conveniebat, ut & a Tage exponere coepisse videretur, & Ciceronem in libro de divinatione allegaret, quod quidem opus si diligenter, ut vult videri, legisset, nunquam tam agresti rusticaque oratione usus fuisset. neque libro sine illa in praepositione dixisset, & secundo apposuisset, cum non unum sed duos Ciceronis de divinatione libros extare etiam librarii non ignorent. Ex hoc vero facile demonstratur istum alienis pedibus ambulasse, hancque de Tage historiam aliunde, quam ex secundo Ciceronis de divinatione libro sumpsisse; sed quis ita loquitur? Tages puerili specie fuit coepitque affari aratorem. Ille territus clamans conscivit totam Etruriam. Profecto nemo, nisi plane barbarus & agrestis ab omnique elegantia alienus. Cur vero id omiserit in hac referenda historia, quod maxime ad eorum, quae a poëta narrantur, expositionem necessarium est, haud facile dixerim, nisi fortassis eam brevitatis habuit rationem: ut & supervacua asciberet, & necessaria praetermittat. Ovidius quidem glebae metamorphosin in puerum describit, de qua iste ne verbum quidem ullum facit, non aciturus, nisi prorsus est stolidus, si quae in secundo de divinatione libro à Cicerone de Tage scribuntur, legisset. Inde enim Ovidius quae de Tage ipso narrat sumpsisse videtur: ita namque Cicero scribit. Tages quidam dicitur in Tarquiniensi agro cum terra araretur, & sulcus altius esset impressus, exstitisse repente, & cum affatus qui arabat. Sed qui judicio carent, in omnibus fere vel minimis labuntur. Eoque magis si malignitas quoque ingenii tarditati accedit, id quod facile ex eadem expositione demonstratur. Ille territus inquit clamans conscivit totam Etruriam, illa namque duo participia imperite fuerunt copulata, & illud verbum conscivit citra f. litteram fuerat scribendum. Sed barbarismi omnes, quoscunque iste admisit, in librariorum negligentiam referuntur. Tantam

vero

vero bubulco fuisse vocem, ut totam suo clamore concitaverit Etruriam, nemo unquam nisi plane fatuus affirmavit. Ut autem alias istius ineptias omittamus quod subjicitur, nonne istum penitus ingenio carere ostendit? Inde inquit aruspicina sumpsit artem & principium. Si haruspicina est ars, quo modo artem aliunde sumere potest? Et putamus istum recte Quintiliani finem exposuisse, qui vel in minimis quibusque tam puerileiter labatur? Sed ne illud quidem, quo prima istius expositio eluditur, ineptiis vacat. Plinius tamen inquit non Tagen, sed Delphon fuisse scribit. Ut enim taceam quod agrestis est ista locutio. Plinium, cujus verba iste non percipit, à Cicerone Lucanoque dissentire ait, cum Plinius Delphon primum haruspicinae inventorem fuisse scribat. Cicero autem & Lucanus Thuscos illam à Tage accepisse dicant. Illa vero, quae subjicitur expositio, facile demonstrat istum ne rudimentorum quidem grammatices esse peritum. Indigenae inquit populi geniti ex Etruria. Pueri certe quantumvis rudes non ex Etruria, sed in Etruria genitum esse aliquem dicerent, nisi forsitan iste sibi persuasit homines ut mures interdum ex terra gigni solere. Quid? illud quod de hastae Romuli jactu ex Plutarchi sententia scribit, nonne aperte coarguit istum non modo litterarum esse expertem, verum communi quoque sensu carentem? Romulus, inquit, ut scribit Plutarchus, lanceam corneam jaculatus est experiendi ingenii gratia. Quis unquam ingenii experiundi gratia aliquem hastam jaculatum esse diceret? Profecto nemo nisi vecors, cum praesertim apud Plutarchum legatur. Sui experiundi gratia: hoc est suarum virium. Illud quoque de eadem arbore insulse ab isto fuit scriptum. Interiit autem cum C. Caesar propinqua arbori loca fodi mandaret. Neque enim tunc exaruit arbor illa, cum Caesar mandavit illic gradus & ascensus instruendos. Sed cum radices à fabris fuerunt excisae. Verum hoc istius tarditati remittatur. Illam lectionem quis in paedagogo pueros docente ferat? Cum Caesar loca fodi mandaret. Certe nisi poëtica licentia se tueatur, verberibus error iste forte castigandus. Mando namque ut cures, & hanc rem curandam mando, eleganter latineque loquentes dicunt. Quid? illa nonne est & impropria & falsa. Stabat. Firma erat. Stare namque non firmum, sed erectum esse significat, Stare siquidem & columnae & arbores dicuntur: tantisper dum non cadunt. Illud minime mirandum in isto commentatore novo foret, quod quae sunt in carminibus depravata non corrigit, nisi multa temerarie depravaret. Hic enim versus. At sua fulminea qui vidit Cippus in unda, mendose legitur: neque ab isto emendatur quod quidem primum expositoris est officium. Tametsi namque in exemplaribus *at* scriptum sit, loco tamen illius *hoc* adverbium ut est reponendum, ita exigente sententia, quam iste nondum percepit. De Cippo vero ne unum quidem verbum facit, perinde atque si notissima historia foret: ac non & nomen & appellatio Cippus esset, id quod à diligenti Grammatico fuerat admonendum. Sed quid in eo diligentiam exigo, qui ipsa est negligentia: Id vero facile ex eo colligitur, quod de Roma scribit. Nam Roma in Latio erat. Erat inquit, quasi nunc in Latio non sit Roma; sed in Apuliam commigrarit. Finis non erit, si omnia istius errata persequi libuerit. Verum illud quoque aperte ostendit, quam sit aptus exponendis auctoribus imperitus iste paedagogus. Succinctis pinetis. Densis inquit & alligatis pinetis. Nova iste exponens importat. Nemo siquidem Grammaticorum unquam asseruit succinctum densum significare. Succincta namque pineta dicuntur, quod fere & procera sunt & juxta cacumen ramos emittant. Ut succincti milites appellantur

altius

albius cincti ac braeciores induti vestes. Sed illa quoque quae infertur expositio ineptiis non caret. Jugerum enim non a jungendo, ut iste putat, sed a jugo, ut Varro ait, est declinatum. Quid? illa quae subjicitur, nonne foedissimum redolet solocecismum: Portae quoque quam intraturus erat. Per portam intrare dicendum esse, ne scrrellae quidem ignorant, illud evangelicum saepius audientes, qui non intrat per ostium fur est & latro. Sed iste licentia poëtica libenter utitur, quamvis poëtae nihil aliud habeat quam furorem. Quo quidem actus pleriique in locis: quae nihil ad propositum faciunt adducit, quae vero maxime necessaria sunt praetermittit. Sed utinam omnia praetermisisset, neque tam insulsa locutione usus fuisset. Insula ea inquit erat in Tyberi facta ex segete Tarquinii Superbi, ut voluit Livius. Barbara est & agrestis neque ab ingenuis agnoscenda ista est oratio: resque unde venit est remittenda. Hoc vero fustibus esset castigandum: quod temerarius iste Ovidium agit imperitiae reum, falsoque ab illo, cujus verba non percipit, Plinium dissentire ait. Ovidius namque ex sententia praestantissimi cujusque geographi, Delphos in medio orbis terrarum esse ait. Iste vero Plinium falso ait dicere Italiam atque Siciliam esse medium mundi, quod quidem Plinius ipse nunquam scriptum reliquit. Cum geographi omnes idcirco Delphos umbilicum orbis terrarum esse dicant, quod sunt in medietate orbis cognoscendi. Seu perfido illi Scotae à quo fuerat exigua mercede nulla alia de causa conductus, quam quod & fatuum ipsum cognoscebat & imperitum satisfacere pulchrum putavit. Unde & medium mundi ait: Sed quid orbis: quid mundus sit, quid mirum est istum ignorare: cum ubique tam pueriliter cadat. Quod enim ait Epidauram etiam insulam fuisse in mari Illyrico, quae nunc Ragusium dicitur falsum est, cum Ragusium in continenti sit, nec insula unquam fuisse scriberit. Quod vero allegat Aristotelem, facile istum quisquis sit, maximum esse nebulonem odendi, cum nec libri meminerit, nec illius scripta perceperit unquam. Verum fatuus iste sibi persuadet expositiones illas maxime accuratas esse, in quibus multa praestantium auctorum nomina sint inserta. Insulsum est & illud ut Nam. Qui nunc Ausonii nominantur. Nulli namque sunt populi in Italia, qui nunc Ausonii vocantur. Sed ne illud quidem rectius est litteris commendatum. Dicta est Ausonia ab Ausonio Ulyssis filio. Ausonium & Ausones populos antiquissimos olim Italiae ab Ausone, non Ausonio, Ulyssis filio denominatos fuisse & alii geographi & Stephanus scribit. Illa quoque expositio quae infertur, ut omittam, quod insula est, dicendi non potest à solocecismo, nisi hoc pronomen se adscribatur. Contendunt inquit legati exponere Phoebi responsa & illo jubente Aesculapium petere: sed ne illud quidem recte est enarratum. Variae sententiae, varias erant opiniones. Propriae namque sententiae dicuntur in senatu, cum senatores aperiunt quid sentiant de re, de qua consultatur. Quod vero senatores adscriptos à Plutarcho appellari putidum est: cum neque ad propositum sciat, nec cur ita appellentur exponat. Quid? illud nonne odiose affectatum? Extrema pars diei inquit quae à Macrobio dicitur suprema tempestas. Quid enim ad expositionem facit, si extrema pars diei à Macrobio suprema tempestas vocatur? Quod vero sit diffinitio noctis, quae ut scribit Plinius est umbra noctis, bonamolentum esse istum paedagogum convincit. Nox enim est umbra terrae, non noctis: Nihil enim per seipsum definitur: sed ne illa quidem expositio est approbanda. Consistere. Apparere noctu Romanis. Quasi vero consistere sit noctu apparere. Aut consistere ante torum, ulla indigeat expositione. Sed qualis in

in aede: Quae de Macrobio iste descripsit de diaconum formis, nihil ad hujus loci faciunt expositionem. Quod vero maxime est necessarium, nihil exponit qualis in aede Aesculapius colceretur. Fatue autem colitur pro colebatur posuit, cum Aesculapius nusquam nunc colatur, nisi forte insanus iste illi quotidie sacrificat, ut sibi mentis sanitas restituatur, qua ipsum carere etiam quod subjicitur ostendit. Ad templa operosa, opere inquit ellaborata. Templa namque operosa dicuntur multis operibus multoque labore confecta. Cum vero ellaborata per duplex ll scribat, facile declarat se non minus scribendi quam loquendi esse imperitum, sed & iste & alii barbarismi in librariorum, ut dixi, incuriam referantur. Illa vero quam accurata? quam apta est expositio. Deus aureus. Ceruleus inquit, ut solent serpentes. Quid isto insulsius? Ceruleus namque ab aureo sic est diversus, ut nullam cum illo habeat affinitatem. Verum poëta ad aureum simulacrum alludit. Sed ne illa quidem citra ineptias. In serpente Deus. in serpentis formam. Immo vero in serpente deum fuisse poëta ait. Nec illa. Littora Scyllaea. scopulus Scyllae, si aliter exponere nolebat, saltem per accusativum enunciasset. Quae vero subjicitur esne expositio an confusio potius appellanda? Japygia inquit a Japte Dedali filio, ut Plinius scribit, ea a Graecis Messapia vocata est, auctor Strabo, quamvis Plinius Messapiam scribat Calabriam esse a duce appellatam. Quid primum in ista reprehendam expositione? Omnia namque forent transverso calamo notanda, cum neque a Japte Japygia, sed a Japyge Dedali filio dicatur, & Strabonem Pliniumque invertat, & in singulis nihil mihi est immorandum. Fatua quidem est, etiam illa. Levis remis. In levam partem remigantibus, cum remi nunquam remigare dicantur. Ac ea quidem quae vel caecis aperta sunt, ut est in proverbio, novus iste commentator exponit. Quae vero sunt abstrusiora, de iis ne ullam quidem facit mentionem. De Amphrysius saxis & Celeniis perinde atque si loca essent omnibus vulgatissima, mirum agit silentium. Quod quidem si & in aliis fecisset, rectius sibi consuluisset, neque sibi permisisset ea depravare, quae nihil percipiebat. Nam temerarius iste paedagogus, qui sibi falsam scientiae induit persuasionem, id immutare ausus est, quod quamvis mihi quoque depravatum videatur, in omnibus tamen exemplaribus & vetustis & novis quaecunque mihi videre contigit, vel Romechium vel Romectium est scriptum. Quae quidem nomina cum nullam cum Plemyrio, quod loco eorum citra ullam pristinae lectionis mentionem iste reposuit, habeant literarum affinitatem, minime fuerant de versu tam temerarie tollenda. Adde quod Plemyrium in Sicilia est juxta Syracusas, & Ovidius loca Italiae maritima ad quae vectus est Aesculapius enumerat. Quare istius temeritas in depravandis codicibus non verbis sed verberibus coërcenda foret. Ego quidem multum diuque dubitavi quomodo foret legendum, & quamquam existimem me correxisse, nihil tamen in versu immutare sum ausus, quod nullum vidi exemplar, quod mihi astipuletur. Sed ut tritum est proverbium stolidis morionibusque omnia permittuntur. Age vero quam scite Caulona exponit? Montem inquit Calabriae vel oppidum ut Plinius tradit. Immo & mons & oppidum est Caulon, qui etiam Aulon vocatur. De Narycia vero nullam facit mentionem non taciturus, siquid unquam de illa legisset. Quid vero illa sibi verba in Leucosiae expositione velint, viderit ipse. quae inquit hoc in loco injecta periit. Obscuriora certe sunt quam ut exponenti conveniant. Sed quid ineptias istius insector? omnia vel spongia delenda, vel igni tradenda forent. Omitto igitur quod tepidum pro amoeno exponit, & illud, in quo oppido uno anno bis

bis rosae nascebantur. Nam & ille ablativus uno redundat & nunc quoque bis uno rosae nascuntur. Sed quid de Capreis dicemus, quas & insulas Campaniae esse ait, & Papinio Chaeleboas vocari? Capriae namque non Capreae dicuntur, neque plures sunt insulae, sed duntaxat una. Neque a Papinio Cheleboae appellantur, sed Teleboum sedes fuisse afferuntur. Quid quod sciolus iste paedagogus, si diis placet, Ovidium sugillare atque irridere conatur? cur autem inquit Ovidius gentrolo palmite dixerit, viderit ipse. Perinde atque si vinum Surrentinum apud priscos maximo in pretio non fuisset. Illud vero quod ait: Non Stabias, sed Statinas esse legendum: nonne istum & sensu & flagris indigere ostendit, cum Stabias & exemplaria habeant, & Plinius oppidum esse Campaniae scribat, quod abierit in villas? Nisi istius paedagogi temeritas retundatur, omnia videtur corrupturus, sed quid multa de istius erratis cum plura pene sint quam verba? Quapropter finem faciam, si prius illud testatus fuero me ignorare, quid sibi illa expositio velit: Sinuessa in Setano sita est situ, à quo nomen vendicat. Et proximae calidae sunt balneae: illud quoque me deponere calamum volentem detinet: quod Ancon illo in loco ab isto & legitur & exponitur. Et spissi littoris Anchen. Anchon inquit Graeca civitas est à Syracusanis condita, quod quidem verum esse non dissitor, cum Geographi omnes id tradant. Sed Asculapius per mare Tyrrhenum vectus est Romam, non per Adriaticum, à quo Anconae muros lambunt etiam navicularis est notum. Non solum autem Geographiae ratio isti repugnat depravatae lectioni, sed etiam historia: quam diffuse Valerius describit: quae vero ab isto subjiciuntur de Apollinis & Fortunae templo satua sunt & inepta: neque à Valerio scribuntur: illud vero insulsissime dictum est. C. Caesarem laudat, ut ostendat se sumpsisse principium à Chaos & ad Caesarem pervenisse. Necus enim Ovidius propter illud Caesarem commendat: sed in gratiam Augusti, ut & elegantia Metamorphosin animae Caesaris in cometem cum stipionibus conferat. Illa vero non solum inepta, sed falsa quoque est expositio: praeponendus est Augustus cunctis Caesaris gestis. Ovidius namque hoc non ait, sed adoptionem Augusti omnibus Caesaris gestis anteferendam censet: Falsum est illud quoque quod latrans iste refert. Flammas Vestae. Hoc ideo dicit, quoniam ut tradit Fenestella Vestales flagris caedi jubebantur a Pontifice, si ignis sacrus esset extinctus. Hoc enim non sentit Ovidius, sed per flammas Vestae intelligit religionem. Sed ne illud quidem est verum, quod Parcas a partu ex sententia Fabii dictas esse ait. Quid? illud estne accurate expositum? Media cum sede senatus. Venus inquit in curiam Pompeji, ubi Caesar fuerat occisus, a nullo perspecta descendit. Non enim fuerat occisus sed erat occidendus, scribere debebat iste paedagogus. Antequam enim occideretur Caesar, jam Venus in senatum descenderat, ut illius animam exciperet in coelumque tolleret: illud vero nihil percipiens in contrarium vertit sensum. Unaque in parte repugnat. Fama inquit in caeteris faves Augusto. In hoc ei adversatur quod se patri praferat. Non solum autem Ovidio, sed sibi quoque ipsi contradicit. Nam paulo ante ait. Fama praeponit Augustum Julio Caesari, quamvis ipse hoc nollet. Nunc vero contrarium ait. Illud quoque perperam exponitur. Pater est & rector uterque. Uterque inquit Julius & Augustus: Immo vero Jupiter & Augustus. Tale est enim quale illud Virgilianum. Nocte pluit tota redeunt spectacula mane Divisum imperium cum Jove Caesar habet. Hoc vero qui non videt, exponendis auctoribus nihil est aptus. Sed de paedagogi istius temerarii ineptiis plura quam pro-

posueram, non tam quod ulla annotatione digna putarim, quam ut & vos, Eloquentissimi Advocatores, & per vos studiosi omnes cognoscerent istiusmodi ineptias meis enarrationibus nulla alia de causa a scelerato illo librario fuisse ascriptas, quam ut me meaque omnia everteret, ac ubique & in omne tempus infamaret, aulamque invidis ac semidoctis quibusdam in me debacchandi praeberet. Valete, clarissima eloquentiae Senatusque Veneti ornamenta.

EJUSDEM IBIDEM.

PAULO CORNELIO, PATRITIO

Veneto, Doctissimo Sapientissimoque Senatori felicitatem.

EX relectione mearum in Ovidii Metamorphosin enarrationum, quas Octavianus quidam Scota primum impressit, deprehendi quam plurima & foedissime quidem sive librariorum incuria, sive invidorum quorundam conspiratione; sive potius utroque fuisse depravata, & me quoque dum librariis ipsis ad finem properantibus morem gerere, quam praecipienti Horatio, ut siquid scribimus in aliquod tempus reponatur nonumque prematur in annum, parere malo, in quibusdam lapsum esse animadverti. Quae quidem nisi in hac secunda editione correxissem, & de studiis male meritus essem, & istis vitilitigatoribus, qui vel ea quae recta sunt, damnare solent, ansam maximam in me debacchandi praebuisse videri possem. Nunc vero cum ea quae cum festinatione, tum istorum malignitate depravata esse in transcursu cognovi, emendarim, & bonae mentis juvenibus optime consuluisse, & os istis obtrectatoribus ita videor obstruxisse, ut Cerberi more vanos duntaxat latratus in auras rabiem suam indicantes edere possint. Quis enim nisi impudens vanusque nebulo illius operis, quod me & inscio & invito citra ullam castigationem meam sit editum, errores quos vel in prima editione, emendaturus si licuisset, eram, ut Ovidii carmen istis objicere moliar, & in secunda correxi, mihi duxerit imputandos? Neque ignoro nonnulla in hac quoque secunda editione & novi istius artificii difficultate & librariorum incuria admissa deprehensum iri: sed illa tum levia, tum quae facile unusquisque vel mediocriter doctus citra ullam admonitionem possit emendare. Quae quidem notatu digna istis nebulonibus malignis facile videbuntur: qui tametsi nihil eximiorum operum citra alienas expositiones percipiant, praelegereve audeant, nunquam tamen per quos proficiunt, lacerare desistunt. Sed ut qui milium seminant, passerculos contemnere in trito est proverbio: Sic ego vanas istorum voculas, dum probis doctisque, hoc est tui similibus, Paule Corneli, placeam, floccifacere consuevi. Tu namque illa es & modestia & doctrina, ut quae bene scribuntur, ingenue commendes. Quae vero festinatione librariorumve incuria peccantur, illa benigne excuses. Neque etiam quod ego exemplari deceptus in epitaphio Phaëtontis *fatum*, & legi & exposui, cum à pulchro sensu non abhorreat: meas idcirco enarrationes in omnibus abjiciendas esse existimabis, quamvis *Saxum* non *fatum* ego quoque tester, esse legendum. Cum vero in non nullis literam pro litera, syllabamve pro syllaba, aut dictionem etiam pro dictione positam esse comperies: id non mihi; sed librariis flagitium adscribendum esse candide judicabis. Qui enim plerisque in locis non sentit librarios esse hallucinatos, is non minus indignus est qui nostris lucubrationibus juvetur, quam qui pueriles illos errores malignitate quorundam invidorum in prima editione admissos in me putat esse referendos. Quamobrem

rem etiam si ejusmodi librariorum errata non corrigantur, nihilominus tamen & tuo & tui similium perquam acri sincroque judicio me adversus istos obtrectatores tutum esse cognosco. Vale, eximium Corneliae Gentis ornamentum.

EJUSDEM
Ante Apologiam.

PHILIPPO CYULANO

Majori Agriensis Ecclesiae Praeposito, ab Ungariae Rege ad Venetiarum Principem Oratori, felicitatem.

APelles ille Cous, qui omnes ante ac post se genitos, ut in naturali historia Plinius narrat, pingendi arte superavit: Magnoque Alexandro gratus adeo fuit, ut se ab alio pingi, vel edicto vetuerit, absoluta opera proponere ante perguidam solebat, & si quid vitii à quoquam in eis notaretur, latens auscultare, plus fidei vulgi judicio adhibens quam suo. Is igitur cum à sutore nescio quid in crepidis reprehensum emendasset, atque postero die circa ortus eundem pridianae correptionis castigatione tumide cavillari animadvertisset, è pergula caput proferens, ne supra crepidam sutor ascenderet, non immerito prohibuit. Hac mihi lepidissima pictorum eminentissimi consuetudine delectato, cum & alia quaedam opuscula, & in Ovidii Metamorphosin breves sane enarrationes, quas adolescens composueram, paucis ante annis emisissem, nonnihil subauscultare libuit, quid de illis sentirent studiosi. Ac eruditorum quidem judicio comprobatae, quorundam tutorum ac potius veteramentariorum calumnias effugere non potuerunt, qui vel ea quae minus percipiunt, vel quae jam mihi quoque fuerunt cognitae, carpere nunquam cessant. Neque enim diffiteor me & in quibusdam lapsum fuisse. Homines enim sumus, & nonnulla quoque cum opus edidi, ignoraste, quorum quidem pleraque ut postea ex varia scriptorum & Graecorum & Latinorum lectione percepta correxi, sic paucula quaedam nondum invenire quivi, ut in ipsis quoque enarrationibus sum testatus. Quod quidem ingenue fateri eo minus me pudet, quod ex Quintiliani sententia inter grammatici virtutes habetur fabularum aliquid ignorare, & superfluus in studiis longior esset labor, si non daretur praeteritis invenire meliora. Posteaquam autem Enarrationes nostrae vulgatae sunt, compiures, cum alios autores Graecos, tum Pausaniam poeticarum historiarum diligentissimum expositorem perlegi, ex quibus & multa prius editis enarrationibus adjeci, & quaedam quae minus recta videbantur, facile correxi, praestantissimorum autorum vestigia secutus. Nam & Hippocrates, & Cicero, & Quintilianus, & divus Augustinus & plerique alii praeclare fecisse videntur, quod errores quosdam suos, ne posteri in eosdem inciderent, ingenue damnarunt. Homines enim sese esse meminerunt, qui multo plura ignorant, quam ullo unquam tempore percipere possint. Quare tantum abest ut ab istis alienorum operum obtrectatoribus à scribendo deterreat, ut eo magis magisque in dies accendar, quod nos quoque nonnihil studiis contulisse videamur. Nam Ovidii Metamorphosis, praeclarum in primis opus, posteaquam enarrationibus nostris fuit illustrata, sic, ubicunque Romana est in usu lingua, lectitatur, ut in quinquaginta milia exemplarium & amplius jam dicatur fuisse descripta, cum antea vix à quoquam propter foedas depravationes ac obscuriores locos in manus sumeretur. Quo autem majore in usu habetur, eo mihi honestior hic castigationes nostras adjiciendi visus est labor. Nam ea quae frugifera

sunt, nullo unquam tempore satis excoli possunt. Hanc vero lucubrationem atque recognitionem nostram, ut tibi dicarem, tuoque acerrimo judicio subjicerem, cum aliae divinae virtutes tuae, tum excellens doctrina & summus literarum ac eloquentiae in primis amor effecit. Ea namque à teneris usque annis laudatarum artium jecisti fundamenta, ita Bononiae te Philippo Beroaldo eruditissimo facundissimoque humaniorum studiorum professori excolendum tradidisti, ut in primis doctus & disertus in patriam revertaris. Id vero cum sapientissimus Pannoniarum rex Uladislaus facile animadvertisset, simulque te singulari & prudentia, & fide, & constantia, & integritate, & continentia & benignitate & pietate & religione praeditum esse perspexisset, primum à secretis delegit. deinde opulentissima praepositura honoravit, & ad inclytum Venetiarum principem gravissimumque Senatum te oratorem saepius jam legavit. Qua quidem in legatione adeo prudenter, adeo modeste, adeo graviter, adeo benigne, adeo splendide te geris, ut omnium oculos in te convertas. omnes denique ad te amandum colendumque pellicias. Me certe tua singulari humanitate ita cepisti, ut te non felicitate modo, verum immortalitate quoque dignissimum esse existimem. Illa vero si te donare possem, nullum equidem quamvis magnum laborem recusarem. quod autem possum, hanc lucubratiunculam nostram tibi dicavi, quo nomen tuum una cum Ovidii Metamorphosi per totum orbem Christianum, ubicunque Latinus auditur sermo, celebretur, atque lectitetur. Sed ne sine appendice haec tibi epistola scripta esse videatur, brevissimam eorum subjiciamus apologiam, quae isti in alicna opera lynceis, ut ajunt, oculis inquirentes, in suis autem caecutientes, reprehenderunt, quo & ipsos suorum errorum pudeat, nec alii in eosdem deducantur. Vale, eximium humanitatis & religionis Christianae ornamentum. Venetiis VIII. Calend. Junias. M. D. XIII.

BARTHOLOMEI MERULAE
post Metamorphoses.
Generoso Adolescenti,

FRANCISCO, GEORGII CORNELII,

Equitis praeclarissimi, filio Salutem.

SApientissimum Consilium tuum, Corneliorum clarissima proles, Francisce Generose, non possum non probare, quod non uti plerique adolescentes otio atque umbratili vita aetatem agis, sed bonis ingenuisque artibus die noctuque ita incumbis, ut facile sperem, te brevi metam aditurum, ad quam tenendam tantopere festinas, nullos perhorrescis labores, nunquam te capit litterarum tacdium, ingenio polles, omnia tibi adsunt, quae adolescenti ad virtutem properanti ab immortali Deo dari solent: Solam virtutem tibi deesse video, quam quum assecutus fueris, non dubito quin foelicissimus & sis & habearis; itaque summopere videndum est, ne in hoc aetatis lubrico voluptatis viam amplectare, in qua omne delitiarum genus conspicimus. Herculem Iove natum (ut poëtae fabulantur) imitari debes, cui cum in pubertate sese virtus ac voluptas obtulissent in quadam solitudine, quarum altera difficultates multas, sed laborum praemium gloriam & immortalitatem offerebat: Altera vero divitias & innumeras voluptates. Ille quidem diu secum dubitavit utram prius sequeretur. Tandem relicta

voluptate, virtuti adhaesit. Caeterum quoniam ab eminentissimis viris praecipitur, eligendum esse ab adolescente majorem natu optimum, & probatissimum virum, cujus consilio, atque auctoritate nitatur, quem magis quam patrem omni virtute ornatissimum eligere debeas, video profecto neminem, cujus laudes magis per se notae sunt, quam ut cujusquam praeconio egeant. Sed haec satis, nam equo Lydo in campo currenti non adhibenda sunt calcaria. Superioribus diebus summi viri nonnulli, & de me quamoptime meriti, quibus nihil poturam negare, ad me, ut ices, attulere nonnulla Metamorphoseos Ovidii carmina interpretanda, quod quamvis diu recusassem, non potui tamen ulla ratione efficere, quin onus hoc subirem, ut & amicis morem gererem, & enarrationes illae jamdiu intermissae prodirent in lucem, quo praeclarissimum opus, & perquam necessarium ad poëtarum intelligentiam ab omnibus posset intelligi, & ut potissimum, cujus fabulae te mirum in modum delectant: Enarrationes igitur illas postremas tibi dedicavi, quas si placuisse intellexero propediem in Ovidium de amandi arte lucubrationes nostras expectato. Vale Venetiis. MCCCCXCIII. pridie nonas Junias.

PETRUS LAVINIUS, *Ligonensis*,

Artium magister, Poëta ac sacrae Theologiae Baccalaureus formatus, Ordinis Praedicatorum, conventus Matiscensis.

DOCTISSIMO ELOQUENTISSIMOQUE JURISCONSULTO, D. LAUDIO LONGINICO,

Illustrissimi ac observantissimi insignis Matiscensis Ecclesiae Praesulis Generosissimo Nepoti, ejusdemque Ecclesiae Archidiacono Dignissimo.

Horrendus ille tenebrarum Princeps, priusquam Dei omnipotentis gloriam coeli contrectent, & terra diu ad patrum vota parturiens, aliquando germinaret salvatorem, illustr. ac observant. Domine, multiplices laqueos peculiari certatim disponens, de posteritate ipsius primi parentis transgressione peccato obnoxiam sic oppresserat, ut in regno animarum saevissimam tyrannidem exerceret, & mundi hujus dominus tunc & haberetur & esset. Itaque innumeras fallendi artes ingenia callidiate commenens, cordaque mortalium expectatione rerum futurarum solicita horrendis eludens oraculorum ambagibus, perniciosa quadam superstitionum caligine Deorum Dearumque nefandissimam culturam, ut unius veri Dei notitiam aboleret, ingerebat. Illinc Delphica illa in umbilico terrarum oraculo, poëtarum carminibus celebrata, & Dodonaeae quercus. Hinc antrum Erebolcum & tecta Nasamonia callidissimi hostis maligno spiritu resonabant. Sed auctor legis gratiae Christus Jesus & Dei verbum, per quod facta sunt omnia, primi parentis flebilem casum miseratus, & ut hominem perditum, varisque errorum ambagibus seductum, ad coelestia regna revocaret, in terris communicato celeste Deus & homo apparuit, qui, errorum discussa caligine, mundo ignorantiae tenebris obsesso veritatem aperuit, & ad illud summum beatitudinis nostrae objectum iter ostendens leges tulit, quibus homines ad coelestem patriam deducerent. Vitiorum siquidem acerrimus objurgator, ad virtutum excellentiam verbo & exemplo cohortator, eorum etiam quae ad bene beateque vivendum conducere visa sunt praeceptor, denique missis in orbem universum discipulis Deorum Dea-

Dearumque Evangelii promulgatione ritus nefandissimos exprobans ad aeternae felicitatis praemia viam patefecit. Veritatem itaque orthodoxae fidei a Deo revelatam, miraculorum, ab illius duntaxat potestate dependentium, qui testis falsitatis esse non potest, coruscatione approbatam, martyrum sanguine roboratam, Doctorum irreprehensibili elucidatione declaratam, rationi consentaneam accepimus. Est igitur fidei veritas amplectenda, explodenda Deorum silva, quos delusa venerabatur antiquitas. Si quae tamen gentiles fidei nostrae consentanea scripsere, ex Augustini sententia ab eis, ut injustis possessoribus, sunt auferenda, ac in usum nostrum convertenda. Quamvis etiam fide certiores reddamur de divinis, & longe majore rerum notitia praestemus, ea siquidem quae humana ratione investigari possunt, falsitati subjici saepenumero videmus, quod eruditissimorum virorum contraria inprimis testatur opinio; fidei vero splendore illa cognoscimus, quae prima & ineffabilis veritas supra humanam rationem nobis revelare dignata est. Nihilominus cum fas est, & ab hoste doceri, Pauli, Gentium Doctoris, ac Divini Hieronymi, quem scibile nullum latuit, Aurelii quoque Augustini, ut egregium illud ac laboriosum opus de civitate Dei testatur, exemplo, nonnunquam etiam inter declamandum doctrinis Gentilium utilicet, quod ita declamatoribus agendum censeo, ut ad auditorum utilitatem, vitiorum objurgationem, virtutum quoque commendationem trahantur, & sibi summopere caveant, ne eorum, qui se Aonii fontis liquoribus ora prolusse gloriantur, fiant fabula. Accidit etiam saepissime, ut hi, qui poëseos fabulae carminum leges praetereunt, & si non ad roborandam veritatem nihilominus ad ostendendum verum non repugnare, poëtas Gentiliumque dicta citantes, non possint a viro, humanitatis studia callente, sine stomacho & risu audiri. Poëtarum igitur fabulae & carmina sunt aliquando in testimonium adducenda. Non enim credendum est poëtas sub fabulis nihil veritatis occultasse. Nunc siquidem physica ratio, nunc tropologica, nunc allegorica latitat. Nempe quod Theologi, qui saepissime metaphora, prosopopoeia, tropologia divinos libros usos esse Ezechielis Danielisque visionibus ac illius aquilae volantis revelatione, quam Graeci Apocalypsin vocant, testantibus scripserunt, figuram vocavere, poëta fictionem aut fabulam nuncupat. Proprium etiam poëtae est inusitato quodam verborum ac sententiarum contextu, velamento fabuloso atque decenti veritatem contegere, ac sub nova decentique figura recitare, ut & praeclara hominum ingenia inquirenda veritate exerceantur, & auditorum animi peregrina & inaudita inventione delectentur: aut enim prodesse volunt, aut delectare poëtae. Philosophia quippe veritatem quaerit: Theologia invenit, veri Christianae reipublicae cultores possident, poëtis inventa eloquentiae viribus exornatur. Quae omnia in hoc praeclaro volumine admiranda ingenii acrimonia consecutus est Ovidius: Nam virtutes celebrat Heroum admiranda gesta describens, actus Heroïcos praestantissimorum virorum commendat. Dum etiam fieri ex hominibus aut bestias scripsit, aut lapides, aut plantas: quid aliud voluit nisi rationabiles homines, quos summus omnium opifex ad suam imaginem intellectu vigentes effinxerat, relicto naturae rationalis lumine, quo solo caeteris animantibus praestamus, per abruta quaeque vitiorum effrenatis concupiscentiae motibus atque carnis illecebris impulsos, brutorum more carnis desideria sectanda ea conferi bruta quorum vitam imitarentur. Quid enim interest inter in bestiam transformari: aut sub homine animum gerere belluae. Hoc cantabat Psaltes ille Citha-

rocius David. Homo cum in honore esset non intellexerit, comparatus est jumentis insipientibus & similis factus est illis. Fugienda igitur esse summopere vitia in bestias homines transformantia cecinit Ovidius. Admirando etiam artificio Pelignus Vates auditores alliciens delectat. Nam tanta venustate ad fabulas recitandas varias introducit personas: ut una fabula ex alia pendere videatur. Praecaris denique adinventionibus & rebus scitu dignissimis opus exornans, nulla unquam rerum difficultate, nullo obrutus pondere superatur. Nam coelum terras & aequora describit, Reges armat in bella: virgines sertis & floribus insignit, actus hominum pro qualitate designat, irritat torpentes, defides animat, temerarios deprimit. Virtutum elegantia insignes honoribus & praemiis donans: ceteros eorum exemplo ad virtutem allicit, egregios quosque meritis extollit laudibus, non quempiam debita commendatione defraudat. Et nonnunquam se veritatis adeo exhibet amatorem & praesertim in nonnullis nostrae fidei consentaneis, primaria scil. mundi origine, hominis ad Dei imaginem productione, aetatis aureae, quam innocentiae statum dicimus, descriptione, diluvii inundatione, Gigantum proelio, aliarum quoque multarum rerum elaboratissima recitatione, ut mihi paucis mutatis priscus ille legislator Moses de scripturis sanctis differens videatur. Unde augurari possumus aut Pythagoram, qui Memphiticos ritus edidit, aut Platonem, qui & inter ceteras orbis provincias etiam Aegyptum ob divinarum humanarumque rerum ampliorem notitiam penetravit, Libros Mosaicos septuaginta interpretum traductione ab Hebrea in Graecam linguam, ut Ptolomaei Philadelphi satisfieret desiderio, versos legisse, ex divinis quoque literis nonnullam suis operibus inseruisse, quae, aut etiam ipsi libri Mosaici, ad eruditissimi ingeniosissimique poëtae Ovidii notitiam pervenire potuerunt. Igitur & si mihi in hoc sacri jejunii quadragenarii tempore apud vetustissimam Allobrogum urbem, quae Eusebio teste prius Bienna, nunc Vienna nuncupatur, diuina ad populum declamationis solicitudine occupato, otii nihil erat; sum tamen subsumptus mihi ipsi aliquantulam temporis morulam, ut tuae celsitudini Virorum doctissime ac eloquentissime, non denegem omnia, quae praestari a me queant. Feci itaque, quod tantopere efflagitas non minus libenter quam diligenter. Praeclarissima liquidem in fabulas Metamorphoseos Ovidii eruditissimi eloquentissimique viri Lactantii Firmiani Coeli argumenta cum brevitate tum eloquio admiranda, quae legens, etsi pro temporis penuria non perlegens, nihilominus a tantae autoritatis viro nihil non dignum lectione processisse intelligens, ut poëtae sententia a nostris praecipue declamatoribus uno legatur intuitu, fabularum allegoriam nonnunquam addens huic operi inserenda indicavi. Tu autem Generosissime ac observantissime Domine, cui Ovidii Metamorphosin utcunque ad Christi mysterium traductam, jucundam fore firmissime confido, quam cum tibi quippiam otii relictum fuerit cum Champerodo nostro, Viro & doctissimo & eloquentissimo, perlegas. Opus vero nostrum cui *Triumphus Apostolorum de Deis expulsis* titulus est; & si multorum doctorum judicio emittendum veniat, mea tamen sententia cum amplius maturuerit, Horatii consilio suadentis, ne praecipiretur editio, in tuas manus quam emendatissimum veniet, quae nunc offerimus laeto ut soles, vultu suscipe. Obsecrans ut Illustrissimo ac Observantissimo Praesuli nostro Matisconensi, praeclarissimarum virtutum lucidissimo sideri, patruo tuo, cui ob ejus in me maxima beneficia me totum debeo, facias commendatum. Vale. Ex Vienna Anno a salutiferi partus virginei millesimo quingentesimo decimo VI. Calend. Martii.

EJUS-

EJUSDEM

Ad Lectorem Epigramma.

Carmina Nasonis fugias lascivo poëtae,
Et quae praecipue nomen amoris habent.
Si qua tamen fuerint virtutis, perlege, non sunt
Carmina judiciis haec reprobanda meis.
Vitat apis taxum, non flores mella legendo,
Omnes esto legas, sola probanda tene.
Dum canit in varias homines migrasse figuras,
Quam sint peccati damna timenda refert.
Fabula quos doceat ficto velamine mores,
Quod damnet vitium, dat tropus ecce tibi.

HENRICI GLAREANI DEDICATIO

ante Metamorphoses.

ILLUSTRI PRINCIPI,

D. POPPONI COMITI AB HENNENBERG.

Saepenumero mecum mirari, solco illustris princeps, unicum nostrae aetatis decus, naturaene malitia, an hominum ascita petulantia fiat, ut nihil tam bene, nihil tam feliciter nascatur, quod non quorundam cavillationi pateat. Quod adeo manifestum fit in hoc Poëta nostro, quo vix quisquam copiosius, nemo jucundius, ac citra omne lectoris fastidium eandem rem saepius dicere potuit, inventus tamen est Scaurus quidam, ut est apud Senecam, qui Montanum sententias suas repetendo corrumpentem, inter Oratores Ovidium vocaret; Ovidium etiam nescisse quod bene gessit relinquere: atque ejus rei testimonium adducit ex Lib. XIII. Metamorphos. Hecubae verba de Achillis saevitia conquerentis. Egregius vero, quisquis tandem Scaurus ille fuerit, judex, & dignus qui in Amphyctionum concilium ob tam acre judicium recipiatur. Seneca certe alibi de Ovidio ita sentit, ut ingenii summi virum nominet: nec illi defuisse judicium ad compescendam licentiam carminum suorum, sed animum: quippe qui saepe testatus sit decentiorem esse faciem, in qua aliquis naevus esset. Haec recte Seneca. Quamquam hoc plane video Senecae, Quintiliani, ac postea Auli Gellii temporibus, labente jam cum imperio etiam dicendi arte, judicia quoque hominum satis iniqua extitisse. Quod de hoc autore manifeste videmus, quem Gellius duntaxat semel allegat. Quintilianus etiam satis frigide de eo judicat. At ego pace istorum dixerim, odiosam Scauro Ovidii copiam, ac minimum ejus poëtae opus multis millibus Gellii racemationum praetulerim: ut de Quintiliano nihil dicam, quem eruditum virum judico: sed Ovidio nequaquam praeferendum, qui in Rethoricis à Cicerone divertens, atque pleraque innovans, ipsam artem per se difficilem, non paulo obscuriorem reddidit, verum non est hujus loci nunc ea prosequi. Quod ad Annotationes nostras attinet, lectorem scire volumus, obiter ac levi, ut dici solet, brachio, nos loca quaedam annotasse, magis ut ingenia quorundam ad judicandum excitaremus. Luculentus est autor, inter cujus doctissi-

ma opera hoc fere principatum tenet. In ejus libris naevi sunt non tam ipsius negligentia (quanquam id ipse de hoc opere nimium deplorat) quam temporum injuria, ac librariorum culpa. Nullus veterum in hunc quicquam, quod sciam, scripsit. Nostra demum aetate Raphael Regius egregie in eo exponendo se gessit. Cujus diligentiam tantum abest ut culpem, ut etiam vehementer probem. Tametsi ut homo aliquando errat: quod ego civiliter absque omni convicio duntaxat indico, atque idem in me fieri precor, modo fiat in studiosorum voluntatem ac ea, qua in alios uti soleo, modestia. Accipe igitur, illustris D. Poppo, has meas lucubrationes succisivis horis congestas, meruit enim hoc candor tuus in me, ut ausus sim te hujus laboris suscepti defensorem accipere, quem Christus Dominus Maximus nobis diu incolumem velit, multis votis opto. Vale felix & me ama. Friburgi Brisgoae. Anno Christi natali MDXXXIII. Idib. Januariis.

JOANNIS RAENERII DEDICATIO

ante Metamorphoses.

ORNATISSIMO ADOLESCENTI FRANCISCO LAURENCINO

Lugdunensi.

MEcum diu, multumque cogitanti, suavissime Francisce, quibus studiis tuam erga me benevolentiam tuerer, augeremque: nihil magis idoneum visum, atque librariis, literariaque munera. Scio enim te nulla aeque re ac literis oblectari: in quibus ductu, atque auspiciis literatissimi viri Hugonis Auberti, quo praeceptore usus es, tantum praeter aetatem fecisti progressum, ut si quo coepisti pede perrexeris, ad summi fastigia templi Minervae brevi te evaturum non dubitem. Itaque divinum hoc Ovidii Metam. opus, ea a me diligentia emendatum, ut jure adfirmare possim, non in hunc diem emaculatius emissum, cum Lactantii Placidi in singulas Fabulas argumentis, suae pristinae genuinaeque integritati restitutis, nominatim tibi dico, donoque do: rogoque, atque obtecto, ut saepe manibus versos, ac evolvas: sic enim mei apud te memoria nunquam exolescet. Solent enim non tantum ii, qui novum aliquod opus suo, ut dicitur, Marte condunt, sed & illi quoque qui in veteribus emendandis operam ponunt, & locos aliquos aut illustrant, aut restituunt, operam suam, atque diligentiam praestantibus viris, quos ornare, aut demereri volunt, nuncupare. Lactantii autem Placidi, viri doctissimi, perindeque diligentissimi (qui Statii quoque Thebaida interpretatus est) argumenta in hasce fabulas tam mendosa, mutila, incondita, ac depravata in omnibus, qui circumferebantur, codicibus erant: ut passim infinites soloecismos hiulcasque periodos, chalcographorum incuria haberent: ac plerumque ipsi Lactantio cum poeta, cujus fabulas quanta poterat brevitate complecti constituerat, non convenire dixisses. Veteri igitur exemplari adjuti innumeros locos correximus, multaque quae deerant adjecimus. Quod vero nostra diligentia simus consequuti, cum res ipsa testabitur, tum editio haec, si cum aliis omnibus collata fuerit. Excipe igitur, generose Francisce, munusculum hoc, mei in te maximi indicium amoris. Quod si rem ipse tecum expenderis, intelliges mehercule non indignam, quam plurimi facias habeasque charissimam. Vale.

GEOR-

GEORGII SABINI DEDICATIO

ante Metamorphoses.

ILLUSTRISSMO PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO ALBERTO,

Marchioni Brandeburgensi, Prussiae, Stetinensi, Pomeraniae, Cassubiorum, Vandalorumque Duci: Burggravio Norimbergensi, ac Rugiae Principi, Domino suo clementissimo.

IN Argonautica historia cum inter duos Principes rixa orta esset, Orpheus eam cantu sedavit: & narrat Appollonius eccinisse eum ad citharam initia & fabricationem mundi, & Solis & Lunae circuitus, ac Jovis victoriam adversus Titanas. Qua ex narratione apparet veterem poeticam fuisse doctrinam de serie omnium temporum, & historicam mundi & maximarum mutationum in praecipuis regnis: & historiae intextam fuisse doctrinam de Deo, de justitia, & de poenis injustitiae, nam in Orphei fragmentis & hic versus adhuc legitur:

Piis ac religiosis viris semper dulcissima mors est.

Postea vero cum majores gentium dissipationes sunt factae, in bellis simul & studia veteris sapientiae extincta sunt, & monumenta multa deleta. Exiguae reliquiae historiarum utcumque in Ionia & parte Graeciae servatae sunt: quas tamen involutas prodigiosis figuris posteritas non satis intelligere potuit.

Cum vero prosit nosse temporum seriem, quantum sciri potest, Ovidii consilium fuit, contexere mundi historiam usque ad sua tempora. Etsi autem hoc Ovidii opus propter linguam Latinam & genus versuum adolescentibus proponimus, tamen fit lectio dulcior, cum aliquid de consilio Poetae, & de rebus ipsis ac historiarum serie cogitatur. Eo etiam prodest veteres Graecas historias omnes considerare, ut collatio cum Ecclesiae historia, nos accendat, ut magis amemus Ecclesiae doctrinam, in qua sola videmus continuam seriem annorum certo traditam esse: & de successione imperiorum talia testimonia eventuum recitari, ut de veritate dubitari non possit. Vestigia etiam multa in poematibus & historiis Graecis ostendunt Ecclesiae monumenta, & antiquiora & vera esse. Cum igitur in Academia tua, Illustrissime princeps, junioribus interpretarer Ovidii (ut ita dicam) Chronicon, & me rerum series moneret, ut saepe de collatione Graecae historiae & Propheticae cogitarem, addidi breves interpretationes fabularum, partim historicas, partim Ethicas, in multis enim antiquitas utrumque miscuit, historiam & commonefactiones de moribus: ut cum pinguntur Cyclopes, credibile est in illo Siciliae littore fuisse homines feros, & latrociniis in terra & in mari grassantes. Quod autem uno oculo pinguntur, manifeste significatur galeae figura. Exitus autem ostendit puniri à Deo injustos, & quidem vinci potentiam & vires, consilio quod Deus gubernat.

Bellerophontes cum esset Lyciorum dominus, bella gessit in Cilicia, ubi Chimaeram domuit, quae in fabulis pingitur, ut belua referens leonem prima parte corporis, postrema draconem, media confusam speciem ex multis. Tales sunt omnes seditiones, initio terribiles, & quaeritur honestus praetextus privatae cupiditatis. Honesta oratio erat Marii, consulendum esse egentibus civibus, quorum

rum sanguine Italia contra Cimbros defensa esset, & ad Padum dividendos esse agros: sed sibi dominationem quaerebat: exitus est igitur, postea Draconi similis fuit, cum interfectis praestantissimis civibus, tandem & ipsa Italia pulsus est. Medio tempore caligo erat: multi dubitabant utra causa justa esset. Vicit autem Bellerophontes donatus Pegaso & aureo freno à Pallade, id est, dato exercitu, & fortitudine, quam Deus consilio rexit. Ac idem Bellerophontes postea in rebus secundis factus insolens, cum Pegaso intra coelum ad Jovem vehi conaretur, exustus est, & afflictus humi, postea moerore periit. Manifestum est autem plurimos homines in rebus secundis sibi ipsi blandiri, ac magis laxare frenos cupiditatibus: quia minus impediri eas arbitrantur, postea immoderatos impetus graves poenae comitantur. Nomen etiam Chimaerae sumptum est à monte in Cilicia, quem sic nominasse incolas & Strabo narrat, ita variae sunt occasiones figmentorum, alias ab eventibus, alias à Physicis causis, alias ab admonitionibus moralibus sumptae.

Orion fuit Princeps Boeotiae, qui doctrinam de astris ab Atlante acceptam civibus tradidit, & annum ordinavit. Hujus ut memoria transmitteretur ad posteros, nomen ejus pulcerrimo sideri attributum est. Et scribitur interfectum esse Orionem à Scorpio: Id vel à natura sumptum est, quia oriente Scorpio, Orion occidit; vel ab eventu, quia mala ingenia oderunt excellentem doctrinam, propterea quod sua regna impediri ab eruditis existimant, & tollere doctiores conantur. Nomen Orion Graeci fuxerunt à ningendo, quod pluviam praesagiat & tempestatem, quia ortus & occasus ejus sideris tempestates ciet, ut res ostendit, & Aristoteles inquit, Orion sidus est difficile & durum, quod oritur & occidit. Forensis autem nomen factum est ab hora, quia anni tempora, aestatis & hiemis initia distinguit. Etsi autem interpretationes aliae magis, aliae minus concinnae sunt, tamen junioribus utiles sunt, si tamen prudentia & delectus adhibeatur, & non absurdae ac monstrosae aut procul genitae enarrationes finguntur, nec misceantur sacra profanis: sed consilia authorum aspiciantur, & fontes propriii in singulis materiis considerentur, & accommodatio sit inclusa certis metis. Sic etiam modus, ne ludus aut propter ineptias, aut propterea quod nimius est, fiat ingratus. Et hanc ipsam curam quaerendi concinnas alluſiones, & vitandi monstrosas, & servandi modum prodesse junioribus ad formanda judicia non dubium est. Et recte assuefacti in his puerilibus exercitiis postea circumspectiores erunt in enarratione doctrinae Ecclesiae: nec ludent intempestivis, insulsis, & absurdis allegoriis, ut Origines & Monachi, qui ut Proteus;

Omnia transformat sese in miracula rerum,
Ignemque horribilemque feram, fluviumque liquentem:

Ita isti omnibus materiis sine discrimine quaslibet figuras inducunt. Ut autem haec licentia perniciosa est, ita concinnae allegoriae in loco adhibitae, magna & dulcia sunt ornamenta, & memoriam adjuvant.

Quamquam autem hae nostrae interpretationes non sunt omnes à me accurate scriptae, pleraque etiam obiter in schola tantum commemoratae, & ab auditoribus avide acceptae sunt; tamen quia jam in multorum manibus circumferebantur, ne qui aliena affuerent, edi eas passus sum. Ideo vero, Illustrissime Princeps, in hac editione ad Cel. T. scripsi, ut specimen ostendam, unde judicari posset de meo consilio in docendo, & de diligentia mea, quam & Celsitudini tuae, & omnibus prudentibus & honestis semper probari volui: ac me & haec nostra stu-

studia Tuae Celsitudini reverenter commendo. Datae Idib. Junii, Anno 1554. in Academia Regiomontis.

VICTORIS GISELINI

ante Metamorphoses, Dedicatio

GEORGIO FABRITIO,

Chemnicensi.

Quamquam & nuper admodum tibi, Fabrici, innotuerim; neque etiamnum ita multae ac singulares mutui inter nos amoris causae intercesserint; te tamen potius quam alium quemquam meorum omnium multis de caussis hic mihi affandum esse existimavi. inprimis, quod hoc tempore neminem hic cognoverim, aut alibi terrarum esse acceperim, qui aeque, atque tu, hujus nostri elegantissimi poëtae scriptis capi soleat. id quod nemo inficias ire audebit, qui vel primoribus labris degustarit felicia tui ingenii monumenta, meros è Sulmonensium fontibus deductos rivulos: neque item ille, qui tuis studiis ac laboribus adjutus gratulari sibi merito potest, brevissimo in spatio illud sibi iter confectum esse, quod plerique alii etiam iniquissimos viarum ambitus perreptantes multis annis nequiverunt. Huc accedit, quod ipse, ut ad me scribis, ante annos XXV. in eodem poëta emendando nonnihil, id est, tuo more, & accuratissime elaboraveris, omniaque ejusdem opera cum plurimis & optimis exemplaribus, quibus tum Germanicae Italicaeque bibliothecae erant instructissimae, naviter contuleris. videbas nimirum multo, quam nos, rectius, veterum monumenta quo frequentius ab ineptis librariis descripta sunt, & hostium suorum manibus objecta, hoc pluribus & foedioribus, quam plerique suspicantur, vulneribus esse deformata inque eo numero Ovidii scripta, ut quae maxime, annumeranda esse ex eo facile intelligebas: quod & mediae aetatis captui longe prae aliis fuerint accommodatiora: & nulla alia exstarent, quibus plus adulterinorum versuum in editis vulgo & recentiore calamo exaratis exemplaribus sit inculcatum. Utinam vero amico illi tuo, qui tecum certe non amice, nobiscum vero plane impie egit, tantum adhuc reliquum sit bonae mentis, ut surreptas tibi tuas emendationes restituat; aut alioquin nos quovis modo immortali illa opera non defraudet. Haec cum ita sese haberent; nihil dubitavi, quin mihi ab aliis amicis gravis, à te vero multo gravissima adversaria constituta esset, & parata exspectatio plane incredibilis: tum quod propter ingenium longo usu, & hoc praesertim laboris genere exercitatissimum accerimus harum rerum existimator esse soleas: tum quod prima statim inspectione plus, quam ceteri omnes, sis in meis animadversurus, utpote cui quidquid in hoc auctore maculosum, deforme & mutilum dicendum est, sit notissimum, & quasi in promptu. Ad haec venichant in mentem illa quae nuper in meis ad te litteris de hac mea Metamorphoseon editione satis magnifice pollicebar, fretus cum pluribus veteribus manu descriptis libris, in his duobus maximae antiquitatis, quos humanitate optimi & doctissimi Cornelii Walteri è Germania nactus eram, tum quodam à Gryphio excuso codice, quem Carolus Langius, singulare nostrae Belgicae ornamentum, ad unas atque alteras membranas antiquissimas sedulo collatum lectionum varietate impleverat, & mihi ejus poë-

poëtae emendationem cogitanti lubentissime, ut solet, commodaverat. de cujus libri fecunditate illud obiter narrabo, ex ipsius ora, quovis glebae ubere fertiliore, arte & fide nescio qua inspecta, indicem Lucretianum, quia hac parte ab editis Ovidii libris deficiebatur, sexaginta admodum emendationibus benigne, ut videtur, instructum esse & ornatum. Ex iis ergo verbis cum mihi viderer posse cognitione assequi, quantam tu prae aliis omnibus de hac editione spem concepisses; ne quem ea spes falleret, decere immo necessum esse existimavi & ob hanc & ob alias caussas, consilii mei mutati rationem, & quam fidem porro meis promissis haberi velim, tibi omnium primo exponere. Ac principio ut occupationes meas ac studia graviora mittam; quod haec vulgaris sit, & ubique usitata excusatio: ea est totius Ovidiani operis natura & ingenium; ut omnia eodem tempore, eademque manu absolvi debeant: ea negotii moles & varietas; ut merito longissimum temporis spatium requirat: ea est denique horum temporum infelicitas, dicam an improbitas? ut in vastissimo opere paucula tantum vel neglecta, vel minus intellecta, alteriusque observationi destinata, saepe omnem hominis diligentiam etiam summam inobscurent. quae omnia tibi, mi Georgi, eo liquidius & penitius sunt perspecta, quo aetate, ingenio, judicio, eruditione, ceterisque rebus omnibus me multis milibus antecedis. His solis tam justis rationibus si promissae editionis tempus mihi prorogari cuperem, neminem credo tam mihi fore iniquum, ut non concedat. Quid si etiam addam, formam libri, quam decimam sextam vocant, minus esse idoneam, ut ab ea diligentem majoris alicujus scripti emendationem auspicemur? nam & additamenta emendationum rationes paulo largius explicantia respuit, & neminem hodie credo tam esse incogitantem, aut rarum imperitum; ut non malit, si quam alicujus momenti mutationem alieno in scripto molitur, ei mutationi à firmis rationum necessariarum momentis, quam à solo suo nomine auctoritatem accedere. Jam nec illud hic praetereundum, quod si Typographo tamdiu exspectandum fuisset, quoad hoc exemplar ex animi sententia procurassem, maximo ipsi ea res detrimento fuisset, meaque vero ipsius nihil minus quam de re litteraria sollicitis maximo lucro: quod nemo bonus & boni publici amans exoptaret. Consulto igitur illam accuratam & quasi postremam operam in commodius tempus rejeci: & satis habui nunc temporis Aldinum seu potius Naugerianum exemplar omnium, quae extant, longe optimum Plantino exprimendum dare, &, quoniam ille lubenter formarum diversitate sua exornat; prope omnia, quae me Metamorphoses raptim percurrentem primo suo occursu paulisper constiterunt; ea ne aliis, praesertim rudioribus, negotium facesserent, partim è Regio, Micyllo, aliis, partim ex nostris Notationibus faciliora & magis pervia brevibus quibusdam notis in libri margine adscriptis reddidi. Numeros etiam versuum cujusque libri appingi primi omnium curavimus: quo omnes Lexicorum commoditate fruerentur jucundius, & loca hinc alio adducta & explicata minore negotio suis sedibus restituerent. Quod autem ad Lactatii veteris Grammatici argumenta attinet; quae a Coloniensibus male Donato inscripta esse dolet, quaeque in nostris codicibus antiquis sperat multo legi correctiora, quam in Italicis & Germanicis, ubi ais esse depravatissima: ea argumenta conati sumus, tuo praesertim hortatu, ex vestigiis Walterianorum codicum in pristinum restituere. sed cum in his libris ea quibusdam locis mutila sint, adeoque magnam partem evaricot ab Hervagii, Birckmannorum, & Raenerii editionibus, ut non ab uno, sed à pluribus facta vi-

videri possint, coepi nonnihil diffidere de probitate meorum librorum: & ad quarti libri initium constiti: venitque mihi in mentem trium dumtaxat librorum argumenta peracri & certo judicio tuo examinanda proponere; ut si putabis aliquod esse operae meae pretium, jubeas & reliqua adgredi: sin minus; saltem non ita multum laboris & temporis mihi perierit. Quae deinde à quarto libro sequuntur; Joannis Raenerii fide & auctoritate tueri se debent: qui se ea ex veteri codice protulisse affirmat: quamquam valde metuo, ut res usquequaque ita sese habeat. nam, nisi me libri mei fallunt, scripti, ut mihi & aequalibus meis conjicere liquet, ante annos amplius quingentos; praestare audeam, saepissime illum audace per Deum exemplo, Regii interpretationem Lactatii argumentis intexuisse: quod nos partim ostendimus, partim, si jubes & plures libri accedent, multo latius aliquando ostensuri sumus. Libri IV. de Ponto è duobus manuscriptis tuis redditi castigatiores, attulerunt mihi gaudium simul & dolorem prorsus mirificum, gaudium, quod eam laboris partem mihi ademisses: dolorem, quod hoc specimine tantum mihi injecisses desiderium earum castigationum, quas bonus ille vir inspiciendas, non etiam referendas à te accepit. Sunt iidem libri de Ponto sexies apud me calamo exarati, verum ita recente, ut neminem ex illis putem CCC. annos numerare, id quod itidem mihi usu venit in Fastis, quorum item octo ejusdem notae exemplaria apud me sunt; ne unus tamen in illis est, qui versum illum Ennii lib. 2. à te de meliore codice restitutum,

Unus erit, quem tu tolles in caerula caeli.

repraesentet: quem tamen uterque Walterianus in Metamorph. 14. dilucide subjicit. Bona spes me ducit; fore, ut aliquando etiam in aliis operibus voti mei compos efficiar. Te vero pro eo, quantus est utriusque in rem litterariam amor, etiam atque etiam rogo, ut consilium & institutum nostrum, si quo modo juvare potes, quomodo coepisti, pergas. Ne vivam, si hoc tempore mihi quidquam gratius undecumque cupiam & optem accidere. Vale, Antverpiae Kalend. Augusti. Anno CIↃ.IↃ.LXVI.

ANTONII CONSTANTI FANENSIS

In P. Ovidii Nasonis Fastos Argumentum.

LUculentum opus Nasonis, quod explicandum assumpsimus, Fastorum titulum ac nomen accepit, non à Fastis diebus, id est festis, ut multi aetatis nostrae homines, & quidem eruditissimi falso arbitrantur, quos Festi Pompeji traditio non intellecta decepit: sed à Fastis, hoc est, libris annalibus, unde magnam partem hujus operis exceptam esse, autor ostendit. ut, *Sacra recognosces annalibus eruta priscis.* & idem: *Sacra cano, signataque tempora Fastis.* Nam Isidorus nullam fidem meretur, qui à fastibus, id est, potestatibus (ut idem ait) Ovidii Fastis nomen inditum putat. Sunt autem *Fasti*, autore Servio, *libri dierum computationem habentes*, ubi (teste Porphyrione) per consules annorum numerum colligebant. Erit autem plenior diffinitio, si secundum Acronem dixerimus, *Fastos esse annales, in quibus memoria temporum continetur, quique ad commemorationem bonorum, rerumve gestarum inventi dicuntur virtutis indices.* Horat. in 4. Carm. *Tuas Augustae virtutes in aevum Per titulos memoresque Fastos aeternet.* Idem in eodem: *Non Coae referent jam tibi purpurae, Nec clari lapides tempora, quae semel notis condita*

dies Fastis luxisti voluerit dies. Proprie igitur Fasti sunt annales, secundum Scribonii Atellionis opinionem, ab Aulo Gellio traditam lib. 5. Noctium Atticarum, addita dierum computatione. Ii cum per annos singulos scriberentur, ex quo Janum parentem dixere Fastorum, tantummodo quod factum quoque anno gestum esset, demonstrabant: quorum nonnulli veluti funesti, nihil praeter nomina consulum suggesserunt, ut Livius scribit. Differunt autem à diurnis urbis actis, quae vel humilia recipiebant, cum Fastis tantum illustria mandarentur. Unde illud legimus apud Cornelium Tacitum: *Nisi cui libeat laudandis fundamentis & trabibus, quis molem amphitheatri apud campum Martis Caesar extruxerat, voluminis implere: cum ex dignitate populi Romani repertum sit, res illustres annalibus, talia diurnis urbis actis mandare.* Iidem (autore Prisciano) Fasti, à fastis diebus nominati sunt: non quia festi, hoc est, diis dicati sint (cum constet, teste Macrobio, fastos dies profestis, sive negociosis inesse, qui festis ac sacris adversantur) sed quia ejusmodi annales, cum dies fastos nefastosque contineant, decuit à diebus candidioribus ac melioribus nominari. Fastos autem dies nefastis praestare, nemini dubium est. Unde à Festo Pompejo festi dicuntur, nefastorum comparatione. Fastis enim diebus, eodem autore, jocunda fari licebat: nefastis quaedam non licebat. Quam ob causam Eusebius eos tristes appellare non dubitat. ii enim dies, quamvis proprie atri non sint, ut recte Aulus Gellius docet: pro abominandis tamen interdum accipiuntur, teste Porphyrione. Horat. *Ille & nefasto te posuit die.* Statius in 6. Theb. *Prospectu visus intercinere nefasto.* Sane Fastorum inventionem nonnulli Eudoxo Gnidio Astrologo tribuunt, Socratis auditori, sodalique Platonis. quod verumne sit, aliorum sit judicium. Hunc certe Servius scribit primum annum deprehendisse: quem tamen dubitandum non est, cum hausisse ab Aegyptiis disciplinis. Scriptorem autem Fastorum fuisse, Lucanus testatur. ut, *Nec meus Eudoxi vincetur fastibus annus.* Eum Lacertius refert in Aegypto annum unum & menses quatuor moratum mento attonso, atque supercilio, octo annorum historiam scripsisse: qui (ut Aulus Gellius meminit) non multo post Romam à Gallis captam, obsessumque Capitolium, in Graecia nobilitatus est. Illud planum est, priscis temporibus ad Curiam Calabram, ubi tantum sacrorum ratio gerebatur, senatum vocari solitum, & populum à rege Sacrificola: ut (quoniam adhuc fasti non erant) sacrificiorum praenoscerent dies, ac ludorum. Primus autem Fastos in volumen redactos publicavit Cn. Flavius Appii Caeci scriba, invitis patribus, ut Macrobius refert, tantam plebis gratiam adeptus, quae antea cogebatur rationem dierum petere à principibus civitatis: ut natus ipse libertino patre (sicut Plinius scribit) creatus sit aedilis curulis, praeteritis C. Petilio & Domitio, quorum patres consules fuerant. quo tempore ob dolorem omnis nobilitas dicitur annulos abjecisse. Nec nos lateat, saepe, cum pro annali libro accipitur, frequentius secundae declinationis esse. ut, *Inflabatque dies, qui dat nomina fastis.* &, *Tempora si fastosque velis evolvere mundi.* Invenitur tamen & quartae apud Lucanum: ut, *Eudoxi vincetur fastibus annus.* Quod ejus errore prolatum Servius putat, qui à Prisciano merito deprehenditur, cum antiquiores quoque inveniantur idem similiter protulisse. Varro: *Virtutum causa Julii Caesaris, qui fastus correxit, mensis Julius appellatus est.* Columella: *Verum in hac ruris disciplina sequor nunc Eudoxi & Metonis, antiquorumque fastus Astrologorum.* Sciendum hanc, Ovidium scripsisse duodecim Fastorum libros, quorum hodie sex tantum extant: non posteaquam est relegatus in Pontum, ut quidam asserunt, adducti in

in eam opinionem his versibus, qui leguntur in quarto hujus operis libro: *Sulmonis gelidi patriae Germanice nostrae, Me miserum, Scythico quam procul ille solo est:* sed ante relegationem. Inscripserat enim hoc opus Augusto, cujus editionem illa indignissima relegationis calamitas impedivit. quod planum est horum carminum argumento, quae legimus in 2. Trist. *Ne tamen omne meum credas opus esse remissum, Saepe dedi nostrae grandia vela rati. Sex ego Fastorum scripsi, totidemque libellos, Cumque suo finem mense libellus habet. Idque tuo scriptum nuper sub nomine, Caesar, Et tibi sacratum fors mea rupit opus.* Ea scripsisse Ovidium constat anno primo sui exilii nondum impleto, ut facillime quivis diligens lector inveniet. quo tempore nihil nisi flebile à se scriptum fuerat: ut, *Carmina scripta mihi sunt nulla, aut qualia cernis, Digna sui domini tempore, digna loco.* Caeterum Naso relegatus in Pontum, plerisque additis ac mutatis, inscripsit hoc opus non Tiberio (ut docebimus) sed Germanico, Drusi privigni Augusti filio, ut ejus intercessione aliquando consequeretur veniam vel reditus, vel exilii mitioris. quae spes eum fefellit: nam ut Augustum inexorabilem habuit, ita & postquam is humanis rebus excessit, non dissimilem Tiberium nactus est. Fuit autem Germanicus (ut ait Suetonius) *ingenio in utroque eloquentiae doctrinaeque genere praecellenti, & adeo lenis atque innocuus, ut ejus virtutibus motus Augustus, diu cunctatus fuerit, an eum sibi faceret successorem, quem demum adoptandum Tiberio dedit.* Autoris vita, librorum numerus, & alia quaedam in exponendis autoribus considerari solita, ita manifesta sunt, ut consulto à nobis praetereantur, studentibus brevitati: quos tantum in modum & privata impediunt negotia, & Fanensis respublica sibi vendicat, ut nihil otii fere ad haec studia relinquatur.

PAULI MARSI DEDICATIO

ante libros Fastorum.

CL. GENEROSO JUVENI

GEORGIO CORNELIO, M. CORNELII EQUITIS

Filio.

POstquam mihi ex longa peregrinatione redire tandem tua quoque pace è Venetiis Romam, unde decennio ante cesseram, velut in portum & optatam quietem licuit, retuli me, G. Corneli, ad ea studia, quae tam longo tempore intermiseram, quam longo à patriis sedibus abfueram: traditaque publice, nec optanti, nec petenti mihi profitendi provincia fuit. Quam ut arduam, ac perdifficilem in tanto doctissimorum hominum coetu libentissime repudiassem, nisi me vetus amicitia ab instituto repulisset, cujus quotidiano quodam convicio compulsus, eam tandem aggressus, lyricos primo quidem anno Horatianos, ac Ovidii Tristia diligentissime interpretatus sum. Proximo vero divinum illud Fastorum opus, in quo tot veterum mysteria, tot mythicae, physicaeque obscurius recondita sunt, magna cura ac vigilantia, auditorumque frequentia professi sumus. In quo nobis eo magis elaborandum fuit, quo ne verbum quidem unum efferri potest, quod non ab his, quibus id praestatur muneris, excipiatur, exceptumque temerario quodam impetu vulgetur. Dedimus igitur operam, ut fideliter interpretaremur: & quanquam in caeteris dilucida brevitas semper placuit, in eo tamen opere nolui me continere terminis, ut multi solent, angustis, qui rem plerun-

runque confundunt, & quod ad diluciditatem redigendum est, minus perspicuum reddunt. Ego autem ita rem omnem aperui, ut rudibus quoque pueris facilis cognitu putaretur, nullisque obscurioribus locis abesset lumen. Invigilavi plurimum historiis, & fabulis, in quibus totius fere operis ratio versatur. Siderum autem observationem neque posthabendam censui, neque de ea supra quam locus exigebat differui. Etenim si ex his ipsis, qui astrorum scientiam profitentur, pauci admodum sunt, qui eam ipsam recte teneant propter mutatas, aut potius mutilas, ut ajunt, veras tabulas: quo pacto nos humanitatis professores eam tenebimus, quam ne unquam quidem delibavimus? Satis erit nobis in praesentia poëtae mentem per singulos locos aperire, & quod ad rem faciat ab antiquis scriptoribus mutuari: hoc unum ausim dicere, me in hoc opere & militiae meae morem gessisse, & aequum lectorem nihil esse in eo, quod ulterius desiderari queat, judicaturum, laudaturumque qua celeritate fuerit à nobis hoc opus absolutum. fuere enim alii, qui cum plurium annorum in hoc ipso operam exhibuissent, non tamen pluribus annis absolverunt. Nos vero paucis mensibus ad finem deduximus, quod tamen admirationi debet esse nemini. Sumus enim in ea urbe, in qua humanitatis studia semper floruerunt. Ubi & major librorum copia, quam in caetera Ausonia, imo in toto orbe posset comperiri. Adde & doctissimorum hominum frequentiam, qui in Urbem tanquam in communem patriam confluunt: ita ut in omnibus, in quibus aliqua oriretur dubitatio, statim quem consulas occurrat, quod in caeteris locis minime erit: id boni magis Romae contigit, quam obitis gentium: quo quidem fretis, celerius & fidelius omnia à nobis conficiuntur. Scriberat in Fastos pluribus ante me annis, pauca tamen, fidelissimus antiquitatis & totius latinitatis interpres Pomponius noster. Postea nos secuti provinciam omnem percurrimus, nihil intactum, nihilque indiscussum relinquentes. Deinde Perusiae Anaclyterius meus, vir tum Graecis, tum Latinis literis ornatissimus, & utroque dicendi genere illustris, Fastos & ipse interpretatus est. Idem paulo ante fecit doctissimus & eruditissimus juvenis, interpresque diligentissimus, A. Volscus, cum quo est mihi tanta necessitudo & mutua benevolentia, ut communi utriusque titulo, lucubrationes nostras essemus editori, quod occupato illo in Propertianis monumentis, & me ab urbe digresso, non est in praesentia factum. Sed ne quenquam defraudemus, plurimum linguae Latinae conferens, magnam ille laudem in omni studiorum genere meretur. Antonius praeterea Phanensis, vir & ingenio & doctrina singularis, & in utraque eloquentia summus, in indaganda ratione Fastorum pluribus jam annis occupatur: nescio si illi ad finem perventum est. non enim omnes, quae nobis est Romae, eam domi librorum supellectilem habent: ita quae nobis facillima sunt, redduntur aliis difficiliora. Accedit locorum ratio, Romanorum praesertim, quae cum caeteris incognita sit, & aperta nobis, qui in ipsis sumus educati, facit ut omnia sint nobis, quam aliis, promptiora. Taceo de ingenio, quod mihi non mediocre natura suggessit: & de ea quam ego industriam adhibuerim, in quo & consilio valere, & judicio simul me posse existimo. quod aliorum quoque testimonio comprobatur, qui judicium meum in multis expetivere, & expetitum sunt omnino secuti. Licet ita sine arrogantia loqui, ne cuiquam benemerenti vera laus detrahatur, cum primus ego per totum hoc ingens pelagus audenti cimba cucurrerim: & quae prius incognita erant, caeteris aperuerim: & ita aperuerim, ut ulterius inquirendi laborem omnibus ademerim: quod si illi, qui modo vivunt, laboriosae huic laudi ne-

strae

strae essent ingrati: spero equidem mihi posteritatem ingentis gratias habituram. Tibi vero in primis, G. Corneli, laborem hunc nostrum pro tua in me humanitate, & omni officiorum genere dicamus, ut si quando mea vox coram tibi domi proderat audienti, prosit & in posterum quoque absentis, & tecum habeas unde pullulantem jam tibi sobolem queas, & nobis ducibus erudire, & bonis quoque moribus instituere. non enim sola Fastorum gloria tete manet, sed quae ad institutionem vitae humanae pertinent. Tuo etiam nomini dedicantur officialia ipsa praecepta, tanto a nobis labore & diligentia lucubrata, ut prodire ex ipsis verae Academiae fontibus videantur. Quin & ingens ipsa Pharsalia, & artis rhetoricae praecepta, summa cum vigilantia & fide à nobis interpretata, tuoque itidem nomini dedicata, fore quidem existimo immortalem tibi gloriam paritura. Quae si tibi grata esse cognovero, labores omnis meos protinus expectato. Fac igitur, si tuae laudis eris studiosus, ut laeto munusculum hoc meum animo te suscepisse, & gratum fuisse cognoscam. Sed jam nimis evagatus sum. ad Poëtam ipsum tandem veniamus.

CAROLI NEAPOLIS
Dedicatio ad Fastos.

ILLUSTRISSIMO ET EXCELLENTISSIMO
FRATRI,
IN PRIMO AETATIS FLORE PRAEREPTO,
D. HIERONYMO NEAPOLI ET BARRESIO
PRINCIPI RESUTTANIO,
BARONI PETRAE ET CAMPOBELLI, TOPARCHAE ALEXANDRIAE
EX EQUESTRI MILITIA D. JACOBI;
ET
HEREDI MERENTISSIMO,
D. JOSEPHO NEAPOLI ET BARRESIO
(O BREVIS MAGNI PARENTIS VOLUPTAS!)
RARISSIMO MATRIS DELICIO,
CAROLUS PATRUUS
LUBENTI ANIMO DEDICAT:
ITEM
ANIMAE PATRYTATH,
A SUPREMO NUMINE PRECATUR
AEVITERNAM QUIETEM,
NEPOTI INCOMPARABILI
AVORUM EXEMPLA COMMENDAT.

LECTORI.

REdeunt ad te Fasti Nasonis jam meliori luce: vidisti hactenus à VI. Viris illustratos; quorum pars magna è semilitteratis, nec pro captu sui saeculi eruditis. Unus & alter in Notis verbosior; sed mirum cum aliquid boni ambobus excidit: alii quattuor tam presse, tam Laconice scripsere, ut vix quinque

ne-

integras pagellas consumpserint ad opus gravissimum: novit hoc qui Criticen subolnit. Cepi igitur sulum libens: nec ea mole absterrita tunc illa aetas; utinam Ordo, quem sacra potius quam profana addecebant! is in caussa, ut fere jam bene disposita ad VI. Libros Anapyxi, sed adhuc ἐν πολυψήφῳ, triennii labores in musei angulum abjecerim; sed diffusus à viris judicii maturi, & ad vulgandos serio hortatus, relegi iterum opellam, & ultimam manum imposui anno vitae meae XXI. Audisset ea fortassis antea tua judicia (haec ô grata mihi indies eveniant!) ni impedimento fuissent Juris utriusque studia; & quae parum non obfuit, multis abhinc annis adversa & inimica valetudo: & vere haec, & aetas quae jam nos ad majora vocabat, egit ut operi amplius non insudarim; quod lima, si quid video, adhuc egebat: eo tamen, ut ut est, fruere serie & erudite Lector. Tuis commodis haec incommoda suscepi: tibi indies, timeo, (ita me ille amet, qui poterit omen avertere)

—— *ne quid faciam plus, quod me post minus fecisse satius sit.*

Qui studiorum comites, nisi tristis languor & morbus? Apte Platonicus Maudrensis in Apologia de se ipso: *Cui, praeter formae mediocritatem continuatio etiam litteralis laboris omnem gratiam corpore deteret, habitudinem tenuat, succum exsorbet, colorem obliterat, vigorem debilitat.* At abite hinc in malam rem suspiciones istae. Kalendarium sequens breviter Fastos Ovidianos paene delineat: ejusdem argumenti sunt trina alia fragmenta, excerpta ex Thesauro Inscriptionum Antiquarum; & illud Constantini Magni, jam pridem è bibliothecis litteratorum editum: placuit has tabulas huc inserere, quia saepiculè à me citantur. Vale.

Propera vivere, & singulos dies singulas vitas puta.

Ibidem.

ERYCIUS PUTEANUS S. D. VIRO NOBILITATE, PRUDENTIA, AUCTORITATE INCLYTO, CAES. ALEXANDRO ABBATI SCALIAE,

De republica Christiana optime merito.

NOn totum adhuc saeculum, Vir Summe, caligo premit. Ecce, inter alia amoenioris doctrinae sidera, CAROLUM NEAPOLIM, RESUTTANII in Siciliis Principis fratrem video, lucidissimis famae radiis in subsidium litterarum emergentem. Fastos illustrat Romanos ac veteres, rarum ingeniosissimi Poëtae Peligni opus, & omnia sibi tempora obstringit, ac sua facit. Nos quoque suos, qui Antiquitatis summam Fastis aestimamus. Ἀνάδοξις illa vere aurea, imo aetherea est, & aeternitatem provocat. Me certe, quod à Cultissimo Viro Jo. ANTONIO CANNAPARO tuo accepi specimen, typis Plantinianis adornatum, tam vehementer cepit, ut Poëtae ipsi novam ingenii fortunam gratulatus sim, novam famam, novam vitam. Sex libri floridi NEAPOLIS industria EXPLICATI, instar duodecim erunt: & quemadmodum superstites conservatosque intelligemus plenius; ita amissos minus jam desiderabimus. Totus hic quidem erit OVIDIUS, totumque πλήρες sex mensium numerus annum constituet. Annum, sed rotunorem: ut magnum olim, & sic geminum, vel incremento dierum, vel decremento Cares & Acarnanes distinguebant. Solum nunc igitur in Fastorum Vate incrementum habemus, ut scriptoris ἢ ἀναδόξου famae augescat semper, nullum umquam senium timeat. In flore maturitas est; & ubi deficient alii, novum ingenii vigorem NEAPOLIS sumet, majori annos fructu, quam tempore emensurus. Novos ille nobis Fastos dabit, qui illustrat Veteres; novum aevum, qui saecula comprehendit. Hoc est profecto vivere, sic scribere, ut aeternus sis: imo hoc est scribere, vita aeternitatem mereri. Animus nobis colendus est; qui quanto eruditior, tanto nobilior; vere animus, quando reliqua sibi obnoxia habet, ipse non liber tantum, sed dominus, Litteris ac Sapientia instructus. Plerosque intuere: an id vere agant, ut Magni Clarique sint? in ipsa maxime luce umbrae fiunt, omnemque vitam, velut puguam, & ut proprie dicam, συμφαγίαν habent: aliqui etiam ipsimet sibi hostes; quia infesti artibus, quae veram pectori ab humanitate & elegantia magnitudinem inserunt. NEAPOLIM, viginti duos natum annos, respiciant, & homines fient: ejus in exemplum assumant ingenium, & lucere incipient. Quid etiam? te respiciant, Magne SCALIA, & quid sit vere hominem esse, quid lucere, intelligent. Vale, vive; vive, vale. Lovanii, in Arce, Prid. Eid. Septemb. M.D.C.XXXVI.

Ibidem.

ERYCIO PUTEANO ERUDITORUM OPTIMATI CAES. ALEXANDER SCALIA

Felicitatem.

MUltum tibi debeo, qui Caroli Fastis Elogium praefixeris Elogio dignum. Nam quid amicae Musae primam lucem subeunti gratius apprecarer, quam laudem? unde vero gratiorem, quam à viro laudato? Neque tamen ita gratulor, quasi commendationis eguisse putem per se commendabilem librum. Mutuatae lucis non eget, qui obscuros jam Poëtas illustrat sua: nec intra oblivionem latet, qui oblivione foeda saecula memoriae redonavit; & Romam Rovionem latet, qui oblivione foeda saecula memoriae redonavit; & Romam Romae velut exhumatam restituit. Adde Sapientiae miraculum alterum Adolescentiam, in aliis cum Sapientia rixantem. Si tamen Adolescens dicendus, qui priscorum Annalium monimenta dirigens, Avorum aetatem vidit, & suam. Vel igitur divino nexu aliquo Senectutem Pubertati composuit; vel adultus antequam adoleverit, de Adolescentia nihil traxit praeter vividum mentis florem: minime ut mirer Apollinem litterarum Genium Juvenem pingi. His accedit ingenuus Nobilitate sanguis, qui purpura Virtutis est, & fucus triumphalis Musarum. Hinc illi praeveloces Ingenii conatus contra Ignaviam viriliter insurgentis. Ejusdem quippe indolis est atramentum vel sanguinem strenue fundere; stylum tractare vel telum. Quamobrem non eram dubius, quin ingentes Heroïi plausus deberentur, qui quos ab interitu annos vendicat, suis inserit; inscribendus plane Fastis, dum Fastos scribit. Sed quotidianae Felicitatis non est, mi Eryci, laudem mereri, & continuo habere. Sequitur Minervam sua Noctua, eruditum quodque perosa lumen: illa inquam Invidia ubique fera, inter litteratos ferissima; quos (mirum) similitudo facit inimicos. Nec immerito Eruditi vocentur Cygni, qui soli avium, pennis rostrisque inter sese transfigunt, mutuisque vulneribus cadunt. Haec denique Humaniorum Musarum inhumanitas est, in cognatos ingeniorum partus caesim punctimque desaevire: ut lictores inveniantur fere totidem quot Lectores. Unum vero fortunatissimum CAROLUM NEAPOLIM ab inexpiabili hac Furia impunem per

per te abire video: fecisti enim nobili Elogio tuo, ut committere se luci audeat sui securus, & pagellae unius objectu contra Invidiam abs te munitus, qui Invidiam vicisti. Quis ergo improbet quem tu approbas? quae illum ventilet aemulatio, qui tua fretus penna supra nimborum tempestatumque arbitrium scandit? Ad Solem tentatus est cum tuos ante oculos stetit: itaque nullius aciem trepidat, qui sustinuit tuam. Cecidit jam caussa Detractor Puteano Judice, in cujus sinu velut in Democriteo puteo Doctrinae omnes demersae. O felices igitur Adolescentuli lucubrationes, quae ad gloriam missae, gloriam potiuntur antequam prodeant: & de ipso Typographiae carcere votorum metam contingunt. At haec cum vera sint, uni tamen huic Invidiae reluctari Carolus nequaquam potest, quod suarum laudum Praeconem te invenit, qualem Achilli Magnus ille Macedo invidisset. Contrario igitur voto, quem adversus Invidiam instruis, hoc ipso invidendum facis. Quin etiam Carolo ipse invideas necesse est, eum laudatorem nacto, cujus tu invenire similem numquam speres. nam digno decorari Elogio ille à te potuit, tu à nemine. Fallor: Elogium te tuum laudat, dum Carolum laudat; ipsamque aeternitatem ad te recipis quam impertis: Solis instar, ad quem radii replicantur, quos in speculum ferit. Quid ergo reliqui, nisi ut alternis laeti studiis, tu Caroli gloria frnare, Carolus tua, ego utriusque? Vale vir egregie, meque ut facis ama. Bruxellae, VI. Kalend. Octobris. M.D.C.XXXVI.

BARTHOLOMAEI MERULAE DEDICATIO

Ante Libros Tristium.

GENEROSO AC DOCTO ADOLESCENTI

M A R C O,

Clarissimi Equitis, Senatoris amplissimi, ac reginae Cypri fratris, Georgii Cornelii filio.

POëticam facultatem, quam primam quandam philosophiam fuisse legimus, sunt qui hoc nostro aevo tanquam rem exilem, aridam, concisam, minutam, & abjectam aspernentur: censeantque non modo non legendos poëtas esse, sed ne attingendos quidem: quum praesertim ad solutae orationis uberius (ut dicitur) filum deducendum eos dicant nihil omnino nobis conducere, neque aliud legentibus, quam meram voluptatem afferre. Quorum sententiam falsam esse, semper arbitrati sumus. Poëtica enim disciplina ea complectitur, quae ad bellum pertinent, quae ad consuetudines bonorum invicem & malorum, privatorum atque opificum. Necnon de Deo atque inferis elegantissime tractat, ut Plato non minus scite, quam vere existimavit. Ea nos ab incunte aetate ad vivendi rationes adducit: ea mores, ea affectiones docet: ea etiam res gerendas cum jucunditate praecipit. Unde non immerito ingeniosissimae illae Graeciae civitates liberos proprios in ea erudiendos non nudae voluptatis, sed castae moderationis gratia optimis praeceptoribus tradiderunt. Summos quoque oratores veterum poemata vel ad fidem causarum, vel ad ornamentum eloquentiae assumpsisse legimus. Nam praecipue quidem cum apud alios, tum apud Ciceronem videmus, Actii, Pacuvii, Lucilii, Terentii, Cecilii, & aliorum inferi versus summa gratia & jucunditate. Adde quod oratori à poëtis in rebus spiritus, in verbis sublimitas, in affe-

fectibus motus omnis, & in personis decor petitur. Ideo Theophrastus, qui divinitate loquendi nomen invenit, non sine causa lectionem poëtarum plurimum dixit oratori conferre. Et Marcus Cicero facundiae literarumque parens, in eorum lectione requiescere illum debere existimavit. Quid Ennius? nonne *sanctos* appellabat *poëtas*? quod *quasi deorum aliquo dono atque munere commendati nobis esse videantur*. Majores etiam solum poëtam ipsum sapientem esse asseruerunt. Quum igitur tam facultatem, tam illustrem, tam claram, tam commodam esse intelligerem, poëtarum aliquem viva (ut ajunt) voce semper enarravi. Nam ex quo tempore à clarissimo patre tuo praevius & dux excolendi ingenii datus sum tibi ac Jacobo fratri, excellentis ingenii adolescenti, sumpsi ante omnia, ex Platonis & Fabii sententia, parentis animum: curaviquc in primis, ut honeste ad disciplinam proficiscemini. Deinde, ut pro virili parte plurimum proficeretis in his studiis nostris, quae (ut est apud Ciceronem) *adolescentiam agunt, senectutem oblectant, secundas res ornant, adversis perfugium ac solatium praebent, delectant domi, non impediunt foris, pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticentur*. Et quoniam nostra opera ea eruditione ac doctrina polles, ut nunc in Patavino gymnasio Dialecticae studiis incumbas, nunc à nobis eloquentiam haurias: quo quum postmodum eam dignitatem assecutus fueris, ad quam propediem te perventurum speramus, omnes non plus ornamenti ab ea te accepisse, quam eidem contulisse intelligant, non possum tanc non gaudere. *Nam* (ut est apud Senecam) *iis qui educaverunt ingenia, magnam voluptatem capiunt ex eorum profectu*. Tibi autem vehementer gratulor, quod recta ad virtutem via contendis: & quum clarus sis ea, quae à Graecis Eugenia nuncupatur, clariorque indies, ac nobilior virtute ipsa, futurus es Corneliae genti praesidio maximo, atque splendori. Perge igitur ut coepisti, & (ut facis) ad mansuetiores poëtas interdum redeas: sed in praesentia ad Ovidium de Tristibus, quod opus elegantissimum successivis temporibus te hortante interpretati sumus. Labores autem nostros tuo nomini quam libentissime dicamus, ut Dialectices salebris & aspectu horrido fatigatus, quemadmodum alii ad pilam se, aut ad calculos, aut ad tesseras conferunt: sic tu tanquam feriatus, ad carmen Poëtae legendum facilius accedas. Invenies tu quidem opus varia multiplicique refertum doctrina, plenum affectibus & miseratione. Quod autem ad nos attinet, in enarrando & corrigendo carmine multum laboravimus. Verum ut mihi id non assumo, quod Ion apud Platonem, qui gloriatur se praeclarissima de Homero prae caeteris enarraturum: ut neque Metrodorus Lampsacenus, neque Stesimbrotus Thasius, neque Glaucon, neque aliquis unquam veterum tot tamque praeclara Homeri sensa, quot ille exponere queat: sic me in hoc poëta enarrando, diligenti opera usum affirmo, nihilque pro virili parte praetermisisse, quod ad ejus sensum eliciendum pertineat. Levicula quaedam etiam attigi, ut & tua causa non ita subactis ingeniis prodessem. Accipies igitur interpretationes nostras, intelligesque me tibi non modo voce, sed etiam scriptis prodesse voluisse. Corneliaeque genti, & Maximo patri tuo, cujus liberalitati plurimum debeo: necnon generoso Francisco meo, cui superioribus annis in Ovidium de Arte amandi Enarrationes dicavi: tibique in primis, ob ingenii splendorem, doctrinam, ingenitam mansuetudinem, summamque in me benevolentiam, qua semper à teneris annis ad hoc usque tempus Merulam tuum tanquam alterum parentem prosecutus es: necnon Jacobo fratri, mei & doctissimi cujusque quam amantissimo, me ita addictum esse intelliges, ut à vobis ne mor-

te

te quidem separari quam. Vale spes & praesidium meum, & in Ovidium de Ponto Enarrationes nostras propediem expectato.

EJUSDEM DEDICATIO

ante Libros ex Ponto.

AD AMPLISSIMUM PATREM,

MARCUM CORNELIUM,

S. Mariae in Porticu Cardinalem gloriosissimum, & Patriarcham Constantinopolitanum honoratissimum.

INgrati ac detestandi omnino animi eum esse existimo, gloriosissime atque amplissime Cardinalis, qui summis ornatus beneficiis, non aliquo erga optime de se meritos indicio gratitudinem testari, ac sese memorem omnibus etiam seculis profitari studuerit. Ego sane posteaquam tu divina favente benignitate, & propria virtute, & Corneliorum tuorum splendore ac foelicitate, ad Cardinalatus fastigium pervenisti, ab amplitudine tua magnis honoribus & opibus honestatus, cum iocis omnibus ita semper vixi, ut me indies magis ac magis tibi devinctum, & tuorum in me officiorum perquam memorem semper agnoscerem: ut non immerito cuiquam mirum videatur, si tui sum ita studiosus, ita cultor, ita addictus, ut ne quidem morte, observantia in te mea coepta jam multos annos, avelli possit. Huc etiam accedit tua ista gratia, vita jucunda, mitis austeritas, blandus animi rigor, placida constantia, senilis in juvene prudentia, quae caeterarum virtutum dux est, ut inquit Plato (sine qua Socrates nullas virtutes esse existimabat) aliaque doctrinae & virtutum tuarum dotes peregregiae, quovis illustri Principe dignissimae, quibus non à me solum, sed ab omnibus quoque observatis, colris, & amaris: vigetque in te potissimum Scipionum tuorum & avitae ac paterna illa virtus liberalitatis, quae unumquemque Principem illustrem & immortalem semper reddidit. ac uti lapis, quem magnetem Euripides nominavit, incauti Heracleum vocant, qui non solum (ut ait Plato) ferreos annulos trahit, sed vim etiam annulis ipsis infundit: ita ea quoque in te virtus ad se animos hominum allicit, tibique conciliat. Quo fit, ut his, multisque aliis virtutibus apud omnes in Romana curia tibi gloriam sempiternam, benevolentiamque minime vulgarem comparaveris, & hac ad aeternam gloriam via contendas. Sed (ut ad id redeam, unde coepit oratio, & observantiae ac gratitudinis meae in te pignus aliquod elucescat) non ludos lapillos aureos, non chrysendera, non signa, non tabulas pictas, non eboris strues, non piperis messes, non cinnamomi merces, non ferri temperacula, non argenti metalla, non auri fucina, non quicquid denique India aut Ganges, unus omnium amnium maximus, per flumina centum in mare devehit: non caetera hujusmodi fortunae bona brevi interitura, quae vulgus admiratur, falsoque in veris bonis annumerat: sed ingenii monumenta, quae nulla vi aut senio convelluntur, ac obliterantur: hoc est, commentaria nostra in Ovidium de Ponto nuper ad coronidem & umbilicum deducta. Quemadmodum enim superioribus annis, quum nondum esses in hoc albo, sed adhuc me duce & praevio in studiis eloquentiae utereris, tuo nomini vigilias nostras in Ovidium de Tristibus dicavimus: ita in prae-

praesentia has quoque enarrationes, tibi etiam nominatim dicatas, laeta illa tua fronte (ut soles doctorum monumenta) accipies. quas ex Horatii sententia serius edendas duximus. opus enim difficile, & laboriosum, non ita praecipitandum fuit, mihi praesertim, in aliis rebus quum tuis, tum etiam meis occupatissimo. Hunc autem laborem eam ob causam maxime suscepi, ut tuorum erga me beneficiorum gratitudinem testando, nomen tuum pro viribus aliqua ex parte immortalitati consecrarem, & tua causa studiosis etiam prodessem, posteritatique consulerem, ac de latina lingua & re literaria bene mererer. Qua in re gravissimorum etiam philosophorum summa ingenia versata fuisse legimus. Siquidem Chrysippus, Cleanthes, aliique summae celebritatis philosophi interpretandis fabulis operam dederc. Et Ion ille apud Platonem gloriatur se praeclarissima de Homero prae caeteris enarraturum. Metrodorus quoque Lampsacenus, & Stesimbrotus Thasius, ac Glaucon, aliique veterum non modo gravissimos locos, sed Homeri etiam sensa diligentissime explicuere: quos Plato ab interpretandi ratione Graeco vocabulo Rhapsodos. M. Tullius Grammaticos appellavit. Quare quod summis ac doctissimis viris laudi fuit, mihi quoque licuisse arbitror, & gratiam aliquam apud tuam amplitudinem ac literarum studiosos me consecuturum spero. Has igitur nostras interpretationes quum per gravia tua studia & amplissima negocia lecuerit, non gravaberis lectitare, ut consuesti pleraque alia scripta & nugas nostras. offendes in his quidem multa scitu dignissima: ac quaedam, ut spero, de horridis rebus nitida, de jejunis plena, de pervulgatis nova: non vaste, non rustice, non hiulce, sed presse, aequabiliter, & leniter enarrata: quae tibi non modo summam voluptatem afferent, sed etiam ad multiplicem eruditionem plurimum proficient. non enim solum hujus poëtae, sed aliorum quoque autorum salebrosa loca, quae plurima sunt ab aliis partim omissa, partim non intellecta, aut non attentata, à nobis dilucide enodata, obiter invenies. Quae si tibi placuerint, gaudebo: nec me oleum perdidisse, gloriabor. Tuum enim judicium, ac subactissimum ingenium, plurimi facimus. Addo etiam, quod principibus placuisse viris, non infima laus est. Sunt etiam alia multo digniora operaa sub incude, tuo ductu & auspiciis inchoata. Quare si haec (ut diximus) grata fuerint, alia alacrius prosequemur. Facilius est enim currentem (ut ajunt) incitare, quam commovere languentem. Valebis igitur, mi colendissime Cardinalis foelicissime, & Merulam tui observantissimum, ac bonorum omnium, quae per te est adeptus, gratissimum & perquam memorem debitorem amabis. Veronae, Calendis Septembris, M.D.VII.

DOMITII CALDERINI

Praefatio in Ibin.

DOMITIUS CALDERINUS VERONENSIS.

DE Ovidii Vita nihil a nobis in hoc loco scribendum est, quum & a multis ea tradita sit, & ex Poëtae libris facile cognosci possit: unam illam particulam non praetermittemus, quae est de ejus exilii causa. Nam ita ab eo multis in locis perstringitur, ut cum proferre non audeat, variam interpretantibus conjecturam praebeat: Qua de re ut dicam quod sentio, quum duae sint causae, quarum altera speciosa est & velandi criminis gratia ab Imperatore Augusto &

Poëta jactate, quod scilicet libros de arte composuerit: altera vera quidem est; sed suppressa, ne Augustus offenderetur passim. tamen quodam carminis involucro, & verecunde designata, quod scilicet amaverit, ut alii sentiunt, Liviam Augusti filiam. Nam ea flagravit adulteriorum infamia; & damnata est, ut scribunt Plinius & Tranquillus: ut alii suspicantur, Liviam uxorem. Hanc exilii causam refertur Sidonius, qui Ovidium scribit *addictum* fuisse *Caesareae puellae*. Sed Poëta amoris crimen transferendo imminuit, nam id appellat imprudentiam, non amorem, quod scilicet, dum Caesaream puellam imprudenter coleret, & studiosius observaret, in amoris venerit suspicionem, suamque causam similem ait esse Actaeonis, qui casu cum spectasset Dianam, quamvis non amaret, tamen perit:

Cur aliquid vidi (inquit) *cur conscia lumina feci?*
Cur imprudenti cognita causa mihi est?
Infelix Actaeon vidit sine veste Dianam,
Praeda fuit canibus nec minus ille suis.

Nec his assentior, qui eum versum de turpi secreto Augusti dictum putant; nam cum illis placere & lenire Imperatorem studeat, cur scelus objecisset? Corinnam eam ficto nomine appellat, quod fatetur:

Adeverat ingenium totam cantata per urbem,
Nomine non vero dicta Corinna mihi.

Mihi idem saepe. Duae autem fuere Corinnae, ut scribit Suidas, utraque carmine Lyrico erudita, unam tantum tradit Pausanias, & eam contendisse cum Pindaro Thebis, fuisseque victricem vel formae venustate, qua judices corrupti sunt, vel linguae Aeolicae gratia, quam Thebani Doricae antepositerunt, qua Pindarus utebatur, extaresque monumentum in quo ejus effigies vitta coronata exornabatur. De hac Papinianus *veteris secreta Corinnae*. & Propertius Idem. Inde Ovidius suam puellam Corinnam appellavit ab eruditionis elegantia & formae. Illud addamus in Ponto eundem composuisse opusculum de piscibus, quo incognita nobis piscium nomina complexus est, ut scribit Plinius.

DION. SALVAGNII BOESSII

Praefatio in veterem Interpretem in Ibin.

Veteris quidem Interpretis Ovidiani fragmenta quaedam lacera & mendosa prodierunt Lutetiae Parisiorum typis Dionysii Pratensis anno 1581. Nunc ipsum locupletiorem & emendatiorem ope duorum codicum manu scriptorum in lucem damus, tametsi falsis & suppositiis Authorum testimoniis aliquatenus foedatum; quamobrem Notas in eundem scribere operae pretium duximus. De illo vero Adriani Turnebi judicium est hujusmodi, lib. 9. Adversar. cap. 25. *Carmen in Ibin, ut ultro Ovidius ipse fatetur, plurimum habet noctis, involutumque est hisperiis caecis. In his haec numeroverim.*

Aut ut Acharnides infutus pelle juvenci,
Turpiter ad dominum praeda ferare tuum.

Sed prior mihi versus nasvosus videtur, legendumque crediderim. Aut ut Atarnites. Nam de Hermia Atarnae tyranno intelligitur, Aristotelis necessario & percaro, quod & nauseatum à vetere Interprete fuerat, cujus scrinia alii Interpretes compilarunt, & scripta etsi mendosa, unde tamen multa odorari poteramus, suppresserunt.

JOANNIS PASSERATII

Praefatiuncula in Ovidii consolationem ad Liviam.

Post optimorum auctorum interpretationem, Plauti, Ciceronis, Sallustii, Livii, Catulli, Virgilii, & Propertii, quos in manus sumpsimus, ab eo tempore quo rex invictissimus, aeternaque memoria dignissimus, Carolus ejus nominis nonus, huic nos muneri praefecit, nunquam putavimus fore ut Ovidianum aliquod opus attingeremus. Inveteravit enim opinio, vulgique fama percrebuit, cum poëtam esse non multae doctrinae, humilisque & nimium luxuriantis styli; atque etiam, si diis placet, latinae linguae elegantiam nitoremque in eo requiri: adeo ut Italus quidam vel hac re inprimis nobilis, cum humanioribus literis unicum gnatum imbueret, illa miro artificio contexta mutatae ter quinque voluminа formae in patrium sermonem converterit, ne, si latine legeret, ex Ovidii scriptis sordes & barbariem colligeret beata pueri vena, quae jam tum ad exemplum Maronis properabat, ut plerique Italorum prope ab incunabulis, meri existunt judicio suo Marones. Delicias hominis! quas an gens sua riserit nescio, musas profecto ipsas, quamlibet nunc tristes, arbitror risum non tenuisse in tam delicato & Sybaritico fastidio. Sive igitur errore vulgi, consensuque multitudinis, sive alia ratione inductus, nondum ut dixi, quicquam de Ovidio explicando cogitaram. Sed cum sceleratus hic annus sororis filium egregiae indolis mihi eripuisset, acerbumque ejus desiderium niterer mutis librorum solatiis & alloquiis lenire, accidit ut inter caetera Ovidii quoque ad Liviam carmen consolatorium percurrerem. Cujus carminis bis terque repetita lectio maerorem meum auxit potius quam minuit: hoc tantum sum assequutus, quod aliquanto libentius lugere coepi, ut saepe sit infelicis animi prava voluptas dolor. Accessit ad privati casus recordationem imago publicae calamitatis, & oculis obversata est flebilis patriae species, quae tot plagis confecta, & tanquam elata funere, ad dispergendas ejus reliquias, pluribus simul rogis imponitur. O miseram rerum faciem, & luctuosum spectaculum! Ardet jamdiu bello Gallia, communis omnium parens, quae nos genuit, excepit, educavit: & vix est ut tantum excitatum incendium nisi florentissimi quondam regni ruina restinguatur: quod omen in hostium capita Deus avertat. Verum abstineamus ungues ab hoc ulcere, ne retractatione crudescat: quanquam nec laurus dum crematur tacere potest, nec vir bonus, bonusque civis, intueri sidentem in cineres patriam, & sentire ardorem flammae, quin queratur & ingemiscat. Mortalis tamen accusandus est nemo: culpam hujus vastitatis sustinet *fortuna saeva laeta negotio: Injurioso quae pede prurit Stantes columnas, cum populus frequens Ad arma, cessantes, ad arma Concitat, imperiumque frangit.* Oneranda est invidia crudele fatum, cujus aeternae legi de ortu & interitu rerum humanarum, neque ulli Tribuno intercedere licet, nec ullis populorum comitiis & suffragiis vel derogare vel obrogare. Nam abrogare ne diis quidem conceditur. Vocanda in partem criminis natura, quae certas esse voluit civitatum & imperiorum conversiones ac eversiones, fuerunt haec quae patimur semper, & semper erunt; Conquirenda modo ejusmodi malorum, cum eveniunt, solatia. Unde, inquies? non è libro de consolatione, Ciceronis nomine non ita pridem edito? minime vero. Valeat Pseudo-Cicero, ut hybridam vocem usurpem, & cum Pseudo-Ciceronе faceſſat Pseudo-Cornelius-Gallus. Ad auctores suos,

suos, qui nos fungos putant, redeant trans Alpes; unde huc malum pedem attulerunt. Levabit melius aegritudinem nostram, quaecumque ex publicis vel privatis malis contingit, is qui Liviae moerorem tam bene permulcet Ovidius: rationibus argumentisque pervincet, humana omnia esse humane & moderate ferenda: molli objurgatione querelas, muliebresque ejulationes excutiet; virorum fortium exemplis singultus premet, ac recondet gemitus: alloquutione blanda lacrymas abstergebit: & verum esse demonstrabit quod ait in oratione περὶ ἀρετῆς disertissimus ac suavissimus Rhetor Isocrates: τοῖς ψυχαῖς τοῖς νοσούσαις χρῆται ἐστὶ εἶδος φάρμακον πολὺ λόγος. Quibus consentiunt haec in scenis & scholis decantata: ψυχῆς νοσούσης ἰατὴρ ἐστὶν ἰδρεὶ λόγοι. λόγος γὰρ ἐστὶ φάρμακον λυπῶν μόνος. ὁ λόγος ἰατρὸς ἐστὶ καὶ ψυχῆς πάθους. Nempe ut canes vulnera sua lambendo sanant, illique pro medicamento est lingua: Sic animo aegroto, & ictu doloris saucio, salutaris est tempestive adhibita orationis medicina. Memoriae prodiderunt Democritus & Theophrastus viperarum hominumque morsus quibusdam tibiarum infractis modulationibus curari: quod & Ischiadicis existimant prodesse plurimum. Contra cum Phrygios modos tibicen incinebat, quasi repentino furore, ac rabie perciti, Galli Cybeles, ferrum in se stringebant, & membra sua laniabant, quae utinam insania tanto intervallo ad eorum gentiles non pervenisset. Non dissimilis est vis orationis & facultas, quae si vehementius in aures audientium infunditur, quantumvis quietas & sedatas mentes concitat ac perturbat: sin lenius influit, perturbatas & concitatas sedat, oleoque tranquilliores reddit. At illae philosophorum, non oratorum, sunt consolandi partes? Quid si philosophos ipsos ostendero suos hortulos, unde remedia morbis animorum petunt, Ovidii fontibus irrigasse? Optime, ut mea fert opinio, de luctu minuendo scripsit L. Annaeus Seneca. Perlegite ejus consolationes ad Polybium Claudii Caesaris liberum: ad Martiam Cordi Cremutii filiam; ad Elbiam matrem: nisi mihi concesseritis Senecam id totum Ovidii Carmen pervolutasse, edidicisse, in libros suos transtulisse: ego vobis concedam me nihilo plus sapere quam betam. Si non erit otium, aut pigebit perlegere, illum laborem vobis demam, & inter explicandum singillatim indicabo quid ex Ovidio Seneca sumpserit, quid subripuerit: quam astute dissimularit mutuum, & quam callide commutatis verbis, ceu signis & notis sententiarum, furtum suum occultarit. Interpellabit hic aliquis, & a me Ovidium dicet falso alienarum virtutum praeconio commendari: quoniam eruditi viri nuper huic carmini C. Pedonis Albinovani nomen inscripserunt. Fateor, & valde sum admiratus: nec adhuc intelligere potui cur id fecerint. Veteres certe membranas, librosque manuscriptos, sicut consueverunt, ejus rei testes nullos producunt: &, ut producerent, quis aequus Praetor infirmis & titubantibus librariorum testimoniis fidem haberet, & secundum eorum tabulas litem daret: ac non potius vetaret interdicto ne Ovidius de antiqua possessione, & velut de avito fundo dejiceretur? Alio confugiunt, & Ovidianum charaćterem non esse, nobis persuadere conantur. Equidem si versarer in meis nummis, & illi parum locupletes essent, meam illis pecuniam citius quam illuc crederem. Quod autem ajunt clientem Drusorum fuisse Albinovanum, & idcirco haec scripsisse in laudem Drusi, cujus comes in Germania fuisset, & navigationem in Oceano versibus mandasset, eorum pace dixerim, frustra sunt: Siquidem ex iis ipsis versibus, qui hodieque extant apud Senecam, & ex Corn. Tacito, satis liquet, non ad hujus Drusi, sed ad Germanici filii navigationem eos ver-

versus referri oportere. Nec melius divinant, cum hariolantur eundem esse Celsum Albinovanum, scribam Tiberii Neronis, aequalem & familiarem Horatii. Numquam ille fuit tam magni oris ac spiritus, ut ejusmodi carmen funderet, homo pertenuis ingenii, nec ingenui pudoris, ut aperte testatur Horatius in quadam ad Julium Florum epistola.

Quid mihi Celsus agit? monitus, multumque monendus
Privatas ut quaerat opes & tangere vitet
Scripta, Palatinus quaecumque recepit Apollo:
Ne si forte suas repetitum venerit olim
Grex avium plumas, moveat Cornicula risum
Furtivis nudata coloribus.

Postremo, ne cuiquam amplius illudat haec Aesopica Cornicula, neve, ut Cumanus asellus Leonis gerat exuvias, plus quinquaginta locorum comparatione ita comprobabo esse Ovidii, ut, quod ait malus arbiter comicorum, si quis contra sentiat, nihil sentiat. Unum hoc duntaxat superest, ut Ovidiani carminis argumentum paucis eloquar. Augusto Caesari duas fuisse uxores accepimus, Scriboniam, & Liviam. Sponsae enim Servilae Isaurici filiae conditione uti noluit, & Claudiam Fulviae virginem intactamque dimisit. Scriboniae mores, ex qua filiam suscepit Juliam, legis Juliae dedecus, ferre non valuit, eamque sibi res suas habere jussit. Liviam cognomento Drusillam, captus insigni forma, matrimonio Claudii Tiberii Neronis, cui jam filium Tiberium genuerat, & ex altero gravidam, domum abduxit, ubi intra mensem tertium hunc Drusum peperit, cujus mortem deflet Ovidius, olim Decimum, mox Neronem praenomine, quem tanta suspicio fuit ex vitrico per adulterii consuetudinem procreatum, ut Graecus senariolus vulgo jactaretur: τοῖς εὐτυχοῦσι τὰ τέκνα παῖδια. Ex Livia nihil Augustus liberorum tulit: nihilominus in liberum loco ac numero privignos habuit Tiberium atque Drusum: eosque ad reipublicae curam admovit, & jussit imperii partem capessere. De Tiberio nihil hic necesse est plura dicere: frater ejus Drusus, in Augusti gratiam à Senatu legibus solutus, ante legitimam aetatem Quaestor, Praetor, & Consul factus est. In Quaesturae & Praeturae honore dux Rhetici, deinde Germanici belli praeclarissimas res gessit, quas recensebit Ovidius unde jus ovandi & triumphalia cepit ornamenta. Post praeturam, inito statim consulatu repetiit expeditionem Germanicam, ubi morbo, quem ex equi lapsu contraxerat, supremum diem obiit, in aestivis castris, quae ex eo scleratra sunt appellata. *Adolescens ille*, inquit Vellejus, *tot tantarumque virtutum fuit, quot & quantas natura mortalis recipit, vel industria percipit: cujus ingenium utrum bellicis magis operibus, an civilibus suffecerit artibus in incerto est. Morum certe dulcedo, & suavitas & adversus amicos aequa, ac par sui aestimatio, inimitabilis fuisse dicitur, & eximia corporis pulchritudo. Illum autem magna ex parte domitorem Germaniae, plurimo ejus gentis, variis in locis, profuso sanguine, fatorum iniquitas, consulem, agentem annum tricesimum, rapuit.* Nihil attinet commemorare qua pompa, (ea triumpho similima fuit) corpus relatum in urbem, crematum, sepultumque in campo Martio: utque defunctum cum pro concione laudaret Augustus, deos precatus sit, similes ei Caesares suos facerent, sibique tam honestum quandoque exitum darent, quam illi dedissent. Elogium insuper versibus à se compositis, sepulcro insculpsit, prosaque oratione, vitam ejus complexus est. Livia mater audita morte filii, in primo illo furore, cum maxime feroces, impotentesque sunt miseriae,

ferias, se consolandam Arrio philosopho Alexandrino praebuit: in eaque orbitate maiculum animum, feminaque principe dignam constantiam exhibuit; ut quae simul cum cinere atque ossibus filii dolorem suum ejus tumulo intulerit. Haec è Vellejo Paterculo, Seneca, Plinio, Suetonio, Cornelio Tacito, epitoma Liivii in pauca contulimus, ut apertior vobis esset & planior ad Ovidiani carminis explicationem via. Habetis brevis libelli brevem praefatiunculam: quae tamen vereor ne sit aequo prolixior: & imitatus existimer malos architectos, aut inepte ambitiosos patres familias, qui ne in re angusta videantur anguste habitare, aliquando parvis aedibus magna praestruunt vestibula.

JOANNIS PASSERATII

In Ovidii Armorum judicium Praefatio.

NUnquam fore putaram, ut semel explicata consolatione ad Liviam super morte Drusi, Ovidium rursus attingerem: non quod eum auctorem aspernor, quem semper existimavi perbonum & perutilem stylo juventutis: sed quod istam operam arbitrarer in obscurioribus scriptis illustrandis melius collocari posse. Mutavi tamen consilium; nec propterea levitatis & inconstantiae crimen perimesco: quin vos quoque spero meam rationem esse probaturos, ubi cur id fecerim intelligetis. Primum quaerenti mihi & circumspicienti libellum qui horum dierum brevitati conveniret, occurrit mihi haec de Achillis armis inter Ajacem & Ulyssem contentio paucis descripta versibus: simulque objecta Terentiani Getae religio, qua facilius moveor, quod meae favet ignaviae: Interdixit haioius Hiarupex vetuit aliquid magni ante brumam incipere. Deinde ab officio nostro, professoque eloquentiae professione, non est id carmen alienum, in quo nota rhetorum praecepta nemo desideret: sive ad fidem faciendam, sive ad flectendos permovendosque animos eorum qui audiunt: omnesque fateantur esse verissimum quod in libro primo de Oratore scribit Marcus Tullius. *finitimus est oratori poeta, numeris astrictior paulo, verborum licentia liberior, multis ornandi generibus socius, ac pene par, in hoc forme idem, quod nullis circumscribat terminis ac definiat jus suum, quoniam ei liceat, eadem illa facultate & copia, vagari qua velit.* Et in libro tertio. *Poëtis est cum oratoribus proxima cognatio.* Item in Oratore ad Brutum. *Etiam poëtae quaestionem attulerunt, quidnam illud esset, quo ipsi ab oratoribus differrent: numeri autem videbantur & versus: nunc apud oratores numerus increbuit. Hoc autem laudabilior est poëta, quod Oratoris virtutes persequitur, cum numero sit asperior.* At hoc poëma in minutis scholis tritum, & pueris decantatum, parum hujus loci amplitudinem decet. Improbum facinus, & animadversione dignum censoria? Ecquid tam protritum, ecquid tam proculcatum quam urbis viae, quas equi, boves, asini, muli, hominesque citellarii, assidue terunt? Idcone me continebo domi, ne bipes ingrediar inter quadrupedes, & carebo publico, ne minuam majestatem ordinis; vel, si prodire huc velim, cogar dignitatis caussa, cum suillis & felibus in tegulis ambulare? Non ascendam illuc, opinor: imitabor potius Chalcidenem T. Quintii hospitem: atque ut ille bellus scitusque convivator, cum Imperatori Romano, ejusque praetoriae cohorti coenam daret, omne genus venationis, speciemque ferinae carnis, variis condimentis effinxit: Sic ego easdem istas vulgares epulas, ut caeteri, nempe Ovidium, vobis apponam, sed alio pacto condiam. Libet enim magnifica verba fundere, ut gloriosi coqui solent in Comoediis.

Tenuis erit forsitan apparatus: nimirum in re tenui: quanquam, si Maroni credimus apiculas suas jactanti,

In tenui labor, at tenuis non gloria, si qua
Numina laeva sinunt, auditque vocatus Apollo.

Huc adde quod ad interpretationem Ovidii passim Homerus adhibendus, advocandus saepe Sophocles, aliique Graeciae principes Tragoediae: conquirendae colligendaeque sparsae ac laceratae poëtarum reliquiae, qui latine eam fabellam expoliverunt, ut Attius, & Pacuvius, omnisque aevi doctissimus M. Varro: nec Livius Andronicus Enniusque sunt praetermittendi, quos vertisse Ajacem ex antiquis Grammaticis cognoscimus. Horum si extarent integrae tragoediae, hodie, ne quid dissimulem, nihil mihi esset cum Ovidio negotii: nunc, quod solum licet, cum Ovidianis conferam illa fragmenta, quae superesse voluit temporum injuria: eaque locorum inter se comparatio, nisi fallor, vobis erit non ingrata. Illuc autem quod armorum judicium vocaverunt, valde olim probatum celebratumque fuit: Caesaremque ipsum Augustum in eo genere, lusisse jocus illius indicat, quem refert Macrobius his verbis. *Ajacem tragoediam scripserat, eamque quod sibi displicuisset, deleverat. Postea Lucius, gravis tragoediarum auctor, eum interrogavit, quid ageret Ajax suus: in spongiam, inquit, incubuit.* Praeterea nobiles pictores, ut sunt gemini germani poëtarum, (εἰ γὰρ ζωγραφία μία τυγχάνει, οὐδὲν ἧττον ἡ ζωγραφία λαλεῖται) in eo se argumento libenter exercuerunt, suasque tabulas iis coloribus inusserunt. Timanthem & Parrhasium testor, quorum hic, Sami, magnis suffragiis, ut Plinius loquitur, ab illo, in Ajace armorumque judicio superatus, herois nomine, se molestè ferre dicebat, quod iterum ab indigno victus esset. Itaque in eo carmine nec opera mea nec vestra ludetur: nec si propior stylus hic quam cothurno, vobis vilior habebitur: nisi forte quosdam ab Ovidii lectione abducit Senecae Philosophi, & Fabii Rhetoris auctoritas, qui Ovidio non multum tribuunt, sive potius plurimum detrahunt. Fabio prius, posterius Senecae respondebo. Fabius in libro decimo Institutionum oratoriarum, capite primo, ubi de vi & facultate poëtarum utriusque linguae differit, ita de Ovidio pronuntiat. *Lascivus in herōïdis quoque, Ovidius, & nimium amator ingenii sui.* Nec procul hinc: *Ovidius utroque (Tibullo & Propertio) lascivior.* Ac paulo post. *Ovidii Medea* (id tragoediae nomen) *videtur mihi ostendere quantum vir ille praestare potuerit, si temperare ingenio suo quam indulgere maluisset.* Amat ingenium suum Ovidius: magnum crimen, & ad tribunal L. Cassii quaestoris deferendum? Mirum ni oderit: more hominum facit, & praecipue poëtarum, qui omnes Sulleni sunt & Aquinii. Indulget Ovidius ingenio suo: advectum credo, est aliquid ex Africa novi: an si genio suo indulgeret, sapere multorum judicio diceretur, Fabii sententia dicetur insanire quod suo indulget ingenio? Bonis nostris benignius & liberalius, citra reprehensionem, nobis uti conceditur. Nostris ingeniis, tanquam equis, quo libitum est eumque vehimur: campumque & planitiem nacti, non tam iis adducimus habenas, quam laxamus & immittimus. Lascivit Ovidius, & luxuriat, hoc ego laudi duco, quod tu vitio vertis: quod tu obesse putas, id ego prodesse adolescentulorum studiis existimo. Et vero pervincam, eo si certemus judice, quem tu iniquum ejerare non audeas. *Volo*, inquit M. Tullius in libro secundo de Oratore, *se efferat in adolescente foecunditas. Nam facilius, sicut in vitibus, revocantur quae se nimium profuderunt, quam si nihil valet macies, sic in adolescente aliquid amputetur, nova sarmenta cultura excitantur: ita volo esse in adolescente unde aliquid amputetur.*

tem. Non enim potest in eo succus esse diuturnus quod nimis celeriter est maturitatem adeptum. Sed quid ego M. Tullium appello? Te tibi judicem fero; te tuis damnabo tabulis, qui longe plura in eam sententiam disputasti capite quarto libri secundi: quae & brevitatis caussa praetereo, & ut ad Senecam veniam: cujus quo nomen est majus & gravior existimatio, hoc est accuratius censura refellenda. In libro controversiarum secundo, controversia tertia, (quod opus patrisne Senecae, an filii sit, alias videro) haec de Ovidio leguntur. *Declamabat Naso raro contrariis, & non nisi ebrietas: libentius dicebat justoria: molesta illi erat omnis argumentatio: verbis minime liceatur usus est, nisi in carminibus: in quibus non ignoravit vitia sua, sed amavit. Manifestum potest esse, quod rogatus aliquando ab amicis suis ut tolleret res versus, vicissim petiit, ut ipse res excipiret, in quos nihil illis liceret. aequabas visa est: scripserunt illi quos tolli vellent: in iisdem codicillis iidem versus erant: ex quibus primum fuisse narrabat Albinovanus Pedo; qui inter arbitros fuit: Semiboremque olorem, Semicirumque bovem: Secundum: Egelidum Borean, egelidumque notum.* (Valde mihi dolet verum tertium intercidisse.) *Ex quo apparet* subjungit Seneca, *Stultum ingenii esse, judicium non defuisse ad componendam licentiam carminum suorum, defuisse animum. Ajebat interius decentiorem faciem esse, in qua aliquis naevus inesset.* Purgavimus ita fere supra in defensione lasciviae & luxuriae, quae objicitur à Fabio: quod autem ad naevum attinet, assentiretur Ovidio gravissimus auctor Alcaeus, quem naevo in articulo pueri impensius delectatum esse accepimus. Pergit in Ovidium Seneca, & in controversia septima libri tertii: *Alfius inquit, Flavus hanc sententiam dixit: Ipse sui & alimentum erat, & damnum. Hunc Caestius, quasi corrupte dixisset, objurgavit: Apparet te poëtas studiose legere. Iste sensus est ejus, qui hoc secretum amatoriis non artibus tantum, sed sententiis implevit.* Ovidius enim in libris Metamor. *dixit:*

Ipse suos artus lacero divellere morsu
Coepit, & infelix minuendo corpus alebat.

Idem in controversia quinta libri noni. *Habet hoc Montanus vitium: sententias suas repetendo corrumpit. dum non est contentus unam rem semel bene dicere, efficit ne bene dixerit: & propter haec & alia, quibus Orator potest poëta similis videri, solebat Scaurus Montanum inter Oratores Ovidium vocare. Nam & Ovidius nescit quod bene cessit relinquere. Non multa referam quae Montanum Scaurus notabat, uno hoc contentus ero. Cum Polyxena esset abducta, ut ad tumulum Achillis immolaretur, Hecuba dixit: Cinis ipse sepulti Is genus hoc pugnat. poterat hoc contentus esse, adjecit: tumulo quoque sensimus hostem. Nec hoc contentus adjecit: Ajacidae secunda sui. Ajebat autem Scaurus rem veram: non minus magnam virtutem esse, scire desinere, quam scire dicere.* Attendite quam caeca sit alienae carpendi cupiditas. dum Ovidium insimulat vitii, errorem insignem errat, eumque duplicem; & quod haec ab Hecuba dici ait antequam Polyxena immolaretur, quae dicuntur ab Hecuba in hoc libro post necem Polyxenae: & quod ea reprehendit in Ovidio, quae in summis & poëtis & oratoribus laudantur. Homerus in Achillis ad matrem querimonia, ἐλεὸν γὰρ ἔγωγε μέγας οὐρανὸς ἀμφικαλύψας, Ter idem dixit ἐλεὸν, ἔγωγε, ἀμφικαλύψας; nec vitiosum esse quisquam putat. Virgilius in oratione Ilioneï.

Quem si fata virum servant, si vescitur aura
Aetheria, nec adhuc crudelibus occupat umbris:

Sermonem hunc nemo non emendatum putat cum satis fuerit unum è tribus dixisse. Simile Ciceronis illud in perduellionis caussa: *Inclusum atque abditum latere in omnibus: & ignaviam suam parietum ac tenebrarum custodiis tegere.* Ejusmodi trecenta memorari possunt, quae si in aliis dicendi virtutes habentur, cur in Ovidio vitia existimentur nihil caussae video, nisi in eo Senecam voluisse caninam exercere facundiam; & severi censoris partes agere, quasi nihil unquam in vita aut scriptis deliquerit. Quod sane mihi verbum Catonis in mentem revocat, *qui mirari se ajebat, cur non Aruspex videret, cum Aruspicem aspiceret:* Ita Senecam miror tenuisse risum quoties libros suos legeret, ubi commendat paupertatem fenerator omnium locupletissimus, & laudat clementiam praeceptor Neronis. Neronem de industria nominavi, ut ex ovo, qualis corvus fuerit, aestimetis. Et quomodo fuisset aequus Seneca Ovidio, qui Maecenati, communi poëtarum parenti, quotquot aureo illo exorti sunt Augusti saeculo, tam infensus fuit, ut ejus mores, facta, dicta, verba denique singula sic carpit, ut videatur in eo mustaceo laureolam quaerere: & in virum, post homines natos optimum, beneficentissimumque, malignum petulantis linguae virus effundat. Ita videlicet mella lemit quondam *exul inter Corsici rupes maris.* Si haec in Senecam acerbius, ignoscite, eo me provexit, non odium Senecae, sed Maecenatis amor: & *Hoc si criminis erit*, ut ait Propertius, *crimen amoris erit.* Nolim illo pacto violare sanctitatem manium: verum non tam est immanitas violare manes, quam humanitas violatos manes ulcisci. Satisfaciat Ovidio & Maecenati, ego cum illa rediero in gratiam. Sentio & loquor ut Plautinus Tranio in Mercatore: *Mihi pax est cum mortuis.*

Ossa quieta, precor, tuta requiescite in urna,
Et sit humus cineri non onerosa suo.

TESTIMONIA ET JUDICIA DE OVIDIO.

Vossius *de Poëtis Latinis* Cap. II.

Olymp. CXCIX. anno I. Ovidius Poëta in exilio diem obiit, & juxta oppidum Tomos sepelitur.

Inter caetera ejus, quae referre nihil attinet, cum omnium manibus versetur, sunt Epistolae Heroïdum, sed non omnes sunt unius scriptoris. ipse lib. II. Amorum eleg. XVIII. ut suas agnoscit, illam Penelopes ad Ulixem, Phyllidis ad Demophoontem, Canaces ad Macarcum, Hypsipyles ad Jasonem, Ariadnes ad Theseum, Phaedrae ad Hippolytum, Didus ad Aeneam, item Sapphus ad Phaonem. Sed Josephi Scaligeri judicio praeterea ejus videntur istae. Briseïdis ad Achillem, Oenones ad Paridem, Hermiones ad Orestem, Dejanirae ad Herculem, Canaces ad Macarcum, Medeae ad Jasonem, Laodamiae ad Protesilaum, Hypermnestrae ad Linum sive Lynceum, quae autem Sabini potius videantur inferius dicetur. Etiam Ovidius transtulit Aratea, unde duos versus Probus adducit in Georg.

Multa scripsit Ovidius quae deperierunt, ut sunt VI. Fastorum libri posteriores, laudatissima Tragoedia Medea, Phaenomena, vaticinia, laudes Augusti, liber

liber in malos Poëtas, epigrammata, è quibus versus ille apud Martialem in secundo epigr.

Ride, si sapis, ô puella, ride.

Etiam ortus librorum de bello Actiaco, & libellum lingua Getica, de quo sic ipse lib. IV. ex Ponto eleg. XIII.

Ah pudet: & Getico scripsi sermone libellum,
Structaque sunt nostris barbara verba modis.
Et placui; gratare mihi, cecinique poëtae
Inter inhumanos nomen habere Getas;
Mactrium quaeris? laudes de Caesare dixi,
Adjuta est nostris numine nostra Dei.
Nam patris Augusti decui mortale fuisse
Corpus: in adhibeas numen abisse domos.
Esse parem virtute patri, qui frena regatus
Saepe recusati caperit imperii.

Unde liquet scripsisse Tiberio imperante, cumque adeo facilis ejus dictio videatur, unde tamen occurrit, ubi ob trajectionem verborum durusculus dicatur. ut cum sic incipit libros de arte amandi:

Si quis in hoc artem populo non novit amandi.

inducit dicentis:

Si quis in hoc populo legem non novit amandi.

Ac ipse hoc malleem, si *legis* vocabulo *artis* nomen satis exprimeretur. Fidem multis illo attributa, ut carmen Panegyricum ad Pisonem, cujus in MSto haec inscriptio *Laurii Cornelii Ovidii de laude Pisonis.*

Quaedam etiam deteriioris notae, ut Grammatici cujusdam Christiani Philomela, alius item Pulex, & alia quaedam. Aliqui vero hominum sunt nec mediocriter eruditorum, in his libri tres de Vetula, minus etiam Ovidium referentes, quam inanis hominem. Nec ab insulsis librariis Ovidii esse nomen impositum, sed scriptore ipso indicat hoc lib. II.

— in novis fugaces
Corpora mutant avibus.

Et lib. III.

— mendax dicens haec de Jove vates
Esse quoque in fatis reminiscitur affore tempus,
Quo mare, quo tellus, correptaque regia coeli
Ardeat, & mundi moles operosa laboret.

Quae sunt ex lib. I. Metam. etiam loquitur postea, quasi inter Getas degeret, ac ibidem

Nam quoniam exilium mihi jam servare negatum est
Opto novi.

Vide autem ibidem Poëmatis. Etiam Ovidium inducit loquentem, quasi Panegyrium vidisset,

Ibis Caesaries me retroactis retrorsum,
Dum tamen ipse trahis, quae si novo venerit, ipsi
Novae dicere possit, & ad ipsum venire venire.

Ovidii de vetula meminere Theodoricus de Niem in Nemore unionis tract. VI. cap. XXXVIII. & Gobellinus Persona in Cosmodromio aetatis III. cap. XVI. & aetat.

aetat. IV. cap. X. meminit quoque, sed ut suspecti scriptoris Henricus de Hervordia in Saxonia. in historia Laurentii Mulleri, atque exinde in Glandorpii Onomastico legas hodieque extare versus monumento Ovidii incisos: esse vero hujusmodi,

Hic situs est vates, quem Divi Caesaris ira
Augusti Latia cedere jussit humo.
Saepe miser voluit patriis occumbere terris,
Sed frustra, hunc illi fata dedere locum.

Verum neutiquam haec sapiunt aevum Augusti, vel Tiberii.

BORRICHIUS *de Poëtis Dissertatione* I. §. 21.

P. Ovidius Naso, eques, patria Sulmonensis, natus anno V. C. DCCXI. hoc est, primo à morte J. Caesaris, juveniles annos in studiis & foro egit, sed paulatim ad amores & musas propensior Romam concessit, ibique ingenii humanitate, nobilitate generis, & venustate carminis statim coepit inclarescere. Poëta, si quis unquam, facilis, nativus, expeditus. Exstant libri ejus Fastorum VI. (nam totidem perierе) antiqua eruditione patrum, Pontificumque referti, quibus cum *Bart. Morisottus* sex alios ad supplendam lacunam adjecerit, mirum quantum à suavitate Nasonis degeneret. Quod si genuini sex in pago prope Ulmam delitescant, ceu creditum quondam *Celsi Protacio*, magnam ab eruditis inibit gratiam, qui tam nobilem Thesaurum queat exsculpere, sed deceptum *Protaciam*, credibile. Supersunt *Metamorphoseon libri* XV. non illo quidem stylo sublimi Epico, sed tamen decoro, arguto, numeroso exarati, & hoc ipso, ut caeteras virtutes praetercantur, ingeniosissimi, quod miro artificio omnes propemodum veterum fabulas ab initio orbis, ad sua usque tempora perpetua serie, & velut catena quadam amabili connectant. *Heroides* & *Amorum* libri purissimae dictionis sunt, sed impuri plerumque sensus, quibus sive Juliam Augusti filiam amoribus suis implicuerit, quod creditum Sid. Apollinari, sive urbem lascivo scripto corruperit, sive denique Augusti incesto oculos conscelerarit, quo ipse l. III Trist. videtur inclinare, certe in exilium missus Tomis consenuit. In qua calamitate non tantum Getice poëtari didicit, sed & *Ponticis* suis *Tristiumque libris* Augusti misericordiam non desistit evocare, quanquam incassum. Creduntur haec exsulis scripta humiliora esse caeteris ejus operibus, ut inter barbaros & miseriam nata, at sane quantum iis detractum majestatis, tantum ex ingenio additum varietatis & pulchritudinis. Neque enim ingenium in exilio ipsi excidisse, satis docuerunt mordaces in *Ibim* dirae, tot exemplis ex cana antiquitate petitis aculeatae, ut mirum sit, homini, instructissima etiam Bibliotheca viventi tantum suppetere posse apparatum, quantum ipsi extra pluteos suggessit memoria. Plura scripsisse Ovidium constat, de quibus *Lil. Gyraldus*, *Vossiusque*, sed Philomelam, Panegyricum ad Pisonem, Pulicem, & de medicamine faciei non esse Ovidianos foetus, consentiunt eruditi, ut nec omnes Heroidum Epistolas. Inter editiones operum ejus nulla castigatior est *Nic. Heinsii*, quam & postea secutus est *Burchardus Cnippingius*. laudatur & Ovidius Variorum. In optimis Nasonis versibus ille est,

— Finemque potentia coeli
Non habet, & quicquid superi voluere, peractum est.

Creditur obiisse Tomis anno V. C. DCCLXX. hoc est Christi XVII. monstratur quoque ad urbem Kiovram ejus sepulcrum, si verus *Brietius*.

TESTIMONIA

Quaedam veterum & recentiorum.

Vellejus Paterculus lib. II. cap. 36.

Tibullus & Naso perfectissimi in forma operis sui.

Seneca lib. III. Natural. Quaest. cap. 27.

Inguinum modo emergent montes & sparsas Cycladas augent, ut ait ille Poëtarum ingeniosissimus, sicut illud pro magnitudine rei dixit, omnia pontus erat: deerant quoque litora ponto *nisi tantum impetum ingenii & materiae ad puerilis ineptias redegisset.*

Nat lupus inter oves, fulvos vehit unda leones.

Non est res satis fabrica, lasciviae decorato orbe terrarum. Dixit ingentia & tantae confusionis imaginem cepit, cum dixit:

Exsiliunt ruunt per apertos flumina campos,
— Proflueque labant sub gurgite turres.

Magnifice hoc, si non curavit, quid oves & lupi faciant. Natavi autem in diluvio & in alia ruina potest? aut non eodem impetu pecus omne, quo raptum erat, merjum est? concipiti imaginem, quantum debebas, obrutis omnibus terris, coelo ipso in terram ruente. Profer, dices enim quid deceat, si cogitaveris orbem terrarum natare.

De hac Senecae censura vide Scheliium ad Dialogi de Oratoribus cap. 23.

Idem Controversia XXVIII.

Praeter hoc & alia, quibus Orator potest Poëtae similis videri, solebat Scaurus Mamercus inter orationes Ovidium vocare. Nam & Ovidius nescit, quod bene cessit, relinquere. Non mutat rivum, quae Montaniana Scaurus vocabat. Uno hoc contentus non. Cum Polyxena esset abducta, ut ad tumulum Achillis immolaretur, Hecuba dicit (lib. XIII. Metam. 503.)

— Cinis ipse sepulti
In genus hoc pugnat.

Poterat hoc contentus esse; adjecit

— tumulo quoque sensimus hostem.

Nec hoc contentus adjecit,

Aeacidae fecunda fui.

Ajebat autem Scaurus rem veram: Non minus magnam virtutem esse, scire desinere, quam scire dicere.

Idem Controversia XXXIII.

Vinicius summus amator Ovidii, hunc, ajebat, sensum disertissime apud Nasonem Ovidium esse positum, quem ad fingendas similes sententias ajebat esse memoria tenendum. Ovidio Achille hoc epiphonema apponit (lib. XII. Met. 607.)

Quod Priamus gaudere senex post Hectora posset,
Hoc fuit.

Quintilianus lib. X. Instit. Orat. cap. I.

Lasciviens in Heroicis quoque Ovidius, & nimium amator ingenii sui; laudandus tamen in partibus. Et mox: *Ovidius Tibullo & Propertio lasciviior.* Et iterum: *Ovidii Medea videtur mihi ostendere, quantum vir ille praestare potuerit, si ingenio suo temperare, quam indulgere maluisset.*

Mar-

Martialis *lib.* I. *Epig.* LXII.

Apollodoro plaudit imbrifer Nilus,
Nasone Peligni sonant.

Lib. III. *Epig.* XXXVIII.

Iuliane: omnes gelidis quicumque lacernis
Sunt tibi, Nasones Virgiliosque vide,

Lib. V *Epigr.* X.

Rara coronato plaudere theatra Menandro;
Norat Nasonem sola Corinna suum.

Lib. VIII. *Ep.* LXIII.

Non me Pelignus, nec spernet Mantua vatem,
Si qua Corinna mihi, si quis Alexis erit.

Auctor de causis corruptae eloquentiae, cap. XII.

Nec ullus Asinii aut Messalae liber tam illustris, quam Medea Ovidii.

Statius *lib.* II. *Silv.* VII. *vers.* 75.

Cedet musa rudis ferocis Ennî,
Et docti furor arduus Lucretî,
Et qui corpora prima transfigurat.

Spartianus *in Aelio Vero cap.* 4. Aelius Verus Ovidii libros Amorum in lecto semper habuit.

Lactantius *lib.* I. *de Falsa religione cap.* 5. Ovidius quoque in principio praeclari operis sine ulla nominis dissimulatione à Deo, quem fabricatorem mundi, quem rerum opificem vocat, mundum fatetur instructum.

Hieronymus *in Oseam cap.* II. Hujus Beli Semiramis, de qua multa & miranda referuntur, muros Babylonis exstruxit, de qua insignis Poëta testatur *lib.* IV. *Met.* 55.

— Quam dicitur olim.
Coctilibus muris cinxisse Semiramis urbem.

Julius Scaliger *in Hypercritico.* p. 788.

Jam vero ad eum pervenimus locum, in quo ingenii magnitudo & acumen judicii exercenda sunt. Quis enim de Ovidio satis digne dicere possit, nedum ut audeat eum reprehendere, &c.

Ex Josephi Scaligeri *Prolegomenis Manilianis*, &c.

Uno vincitur (nimirum Manilius) quod non potest manum tollere de tabula, & (quod tam falso, quam immerito, Ovidio objectum olim) nunquam scit desinere, &c.

Ibidem.

Hoc ut non mediocre vitium est in nitido scriptore, ita puri sunt ab hac labe (nimia earundem vocum iteratione) principes Poëtae, Virgilius & Ovidius.

Idem *in Libro* III. *Poëtices.* p 261.

In omnibus illud in primis cavendum est, ne inepte discurras, nisi libros comporas eam ad rem destinatos: quemadmodum Ovidius fecit in libris Transformationum, & Lucanus.

Victorius *lib.* XII. *Var. c.* 5. Ovidius, ut oratione ac versibus, ita vita & moribus enervatus.

COMPARATIO TIBULLI ET OVIDII,

Ex elementis Rhetoricae Joachimi Camerarii.

Dicamus & de leviorum artium studio, ut Ciceroni placet, & ex illo nobiles poëtas duos veluti in medium producamus, Tibullum atque Ovidium. Utrunque mollem, ac tenerum, & facilem: qui ambo & amores cecinêre, & versiculis illos inclusêre, quasi remissi & solutioris cujusdam modi, quos Elegiacos vocant. De his inter veteres contentio fuit, uter alteri praeferendus videretur. Ego vero quoties Tibulli carmina lego, nihil amplius requiro, neque venustatis, neque elegantiae: doctrinam autem & eruditionem admiror. Omnia arte studioque summo elimata mihi videntur. Itaque in maxima facilitate, illa tamen cura elaborationis & diligentiae conspicitur. Verba optima, sententiae exquisitae, compositio omnibus, ut ajunt, numeris perfecta. Ex quo necesse est hoc consequatur, carmina ut sint & canora, & splendida, & concinna. Quid autem in Ovidio, quaeve laus eminet? Primum ingenii tanta vis, ac tam agiles, tamque celeres motus, tam pronta facultas, tanta bonitas in hac parte naturae, ut in facili, & extemporali genere quodam, nihil reperias non solum quod scriptis illius anteferre, sed ne conferre quidem possis, nihil in illis solicitum, nihil quaesitum, nihil maxium. Sententiis verba urgentur, verba sententias incitant. Nulla copia, nullum ornamentum, nulla insignia sunt orationis, quae non inveniga quidem aut conquisita fuerint ab hoc poëta, sed quae non illi ultro occurrerint & suppetierint, ut jam aliquibus fastidiosis scilicet, offensioni magis, quam delectationi haec esse soleant, & dolori invidis, ex quo obtrectatio alienas quasi divitias insectans nascitur.

POETAE ELEGIACI.

Est gravis & cultus, paroque similimus amni.
Dulciaque eloquio verba Tibullus habet.
Mollis & abstrusus, tenerique Propertius oris,
Interdum Baccho sed trahit ille pedem.
At facilis NASO, fulcans pleno aequora velo,
Pectore Castalias divite fundit opes.
Hos celebrat blandos Elegeia docta poëtas:
Diversi quamvis, laus sua quemque manet.

Georgius Fabricius.

Apologiae pro Poëtis Latinis pag. 484. post Gifanii observationes in Latinam Linguam.

Tantae semper omnibus admirationi Ovidius fuit, ut non ingeniosus, sed ingenium ipsum? Non Latinus, sed ipsa Latinitas: non Musarum sacerdos, sed ipsum Musarum numen sit habitus. Quis enim plura? quis elegantiora hoc Poëta scripsit? nec velim porro ex scriptorum multitudine summam esse Nasonis auctoritatem, sed cum perraros apud nostros fuerit, ut qui absolute, multa idem scripserit. Hinc certe Ovidium summum in suo genere fuisse colligitur, quod infinita & absolutissima ingenii sui monumenta nobis dedit: sed in divino Metamorphoseon opere tale sui specimen exhibuit, ut diversas fabulas diversissimas temporum ratione ac serie gestas tam admirabili ordine explicavit, ut non variae, sed una videri possit, & ab eo illius inventores Graeci tamquam ab aliis accipiant, Maximusque Planudes unum ex Latinis omnibus Graeciae donarit. Quod autem ad Latinam linguam attinet, eruditi omnes uno ore consentiunt, si funditus illa esset amissa, unius autem Ovidii scripta exstarent, ex illis commodissime posse restitui.

Ex Danielis Heinsii Libro de constitutione Tragoediae secundum Aristotelem.

Omnes Ovidius transcendit. Sive falsa probabiliter, sive obscura perspicue, sive utraque ornate, sive omnia simpliciter sint exponenda. Falsa, ut in Metamorphosi. Obscura, ut mathematica, & antiquitatis arcana in Fastis. Quae ad mores pertinent, ubique. Etiam cum ludit aut lascivit. Idque verbis & oratione vulgari. Ut & dicat quae velit, & doceat quae quisque intelligat. tam admirabili felicitate, ut cum quivis idem posse videatur, nemo possit. nemo, nisi magni animi & excitati, tentare idem ausit; sapientes etiam desperent. Ubique sententiae, ubique loci communes: de ignavia, de disciplinis, brevitate formae, opum contemptu. Neque semper falsa narrat. Ut in opere jam dicto: in quo plurimas historias exponit. Ut Lucretiae. Nam quid cum simplicitate illa comparandum? quam inducti & rustici fastidiunt: urbani & ingenui sine ulla imitationis spe adorant. Ecce celeritatem:

Nox superest. tollamur equis, urbemque petamus.
Dicta placent. frenis impediuntur equi.
Pertulerant dominos. regalia protinus ipsi
Tecta petunt. custos in fore nullus erat.

Nullus equus, ac vix cogitatio humana, hanc celeritatem assequatur. Tale est illud:

Sic lecdit: sic culta fuit: sic stamina nevit:
Injectae collo sic jacuere comae.
Hos habuit vultus: haec illi verba fuerunt,
Hic color, haec facies, hic nitor oris erat.

Numerorum autem tanta in hoc scripto, cujus partem alteram habemus, paritas, simplicitas, ac incidenda suavitas, ut, quid magni viri velint, cum mutari quosdam posse existimant, neque ipsi, nisi fallor, neque nos intelligamus. Nondum enim cuiquam id probarunt, cum in simili scribendi genere versati sunt. Libri Tristium, & qui De Ponto inscribuntur, quo ab omni affectatione (quanquam iis cum plerisque illius scriptis hoc commune est) magis alieni sunt, eo magis commendari juventuti debent. Et ubique Latinitas, vel inter prima. Ut non temere Muretus, quo, post literas renatas, nemo sine affectatione elegantius scripsit, quendam, qui auctori tanto hanc detraheret, prodigii instar, ovis & sulphure lustrandum existimet. Ut & Josephus Scaliger. Julius autem, in Rhetoricis (qui illius libri cum aliis non paucis perierunt) tanquam absolutum & perfectum omni ex parte exemplum, scripta ejus proponebat. Neque temere alia auctoritate quae docebat, quod non semel ex divino ejus viri filio audire memini, ubique confirmabat. Sed natura ejus viri, candor, ingenuitas, velocitas, quae in narrationibus potissimum elucet, supra votum est. Proximum est ergo, recte de iis judicare.

Barbius ad Papinii lib. II. Silv. IV. 19. *Rem nitidissimis verbis, & plane Calliope cantatrice dignis, narrat Ovidius lib. V. Metam.*

Ad lib. III. Silv. II. 38. *Quomodo Anthedon formam perdiderit nimis eleganter & Poetice describit Ovidius.*

Ad lib. III. Silv. IV. 40. 41. *Narcissi fabulam pene ultra humanum ingenium comiter & venuste describit Ovidius.*

Ad lib. I. Theb. 150. *Nimia properantia saepe peccat Ovidius, quem tamen contestatio propria excusabiliorem facit, de opere a bello velut auctoris rapto.*

Ibid. vers. 219. *Ovidius ingeniosissimus Poëtarum, tamen raro cautissimus.*

Ad lib. II. 92. *Sane ego Valerium Flaccum Argonautica scribentem legere malo, quam*

quam vel Ovidium vel Papinium, quorum ille tenuem materiam lasciviis utique vielasset aut depudiasset, hic magnificentia contrivisset.

Ibid. vers 212.) Femae comas descriptionem ingeniosissimam (Metamorph. lib. 12.) quas acutissimi & venustissimi nullo ope humanae mentis excogitaveris.

Ibid. vers. 172. Mira suavitate & venustate inimitabili, qui est genius Nasoniana, fabulis reponitur. Vide & ad lib. III. 290.

Idem ad lib. III. vers. 192. In Niobes magniloquentia poemaque describendis, seipsum vidit Ovidius, quem suspicor non pauca ex Tragicis sumsisse, hodie non existantibus, magnam nostra damnum.

Ad lib. IV. 756. Librarii non solum tautologum fecerunt Ovidium, sed majoribus dictis inepte minora subdere fecerunt Ovidium Poetam cautissimum, & alia omnia potius quam tautologiae notam meritum.

Ad lib. V. 367. Virgilii gravitati si facilitatem Ovidii incomparabilem composueris, miraberis ingeniosissimam hominum differentiam. Papinius ad eos nihil.

Ibid. v. 481. Quae divinitus dicta sunt, nec ope ullius ingenii humani fieri possunt praedicationis.

Ad lib. VI. 536. In descriptione pugnae Lapitharum cum Centauris inventionum copia, & sermonis nitidi venustate seipsum superavit.

Ad lib. XI. 42. Ovidius verus Phoebi vates, quo nemo suavius, & (ut ita loquar) poeticentrius suorum infortunia sua vel aliena deplorasse est. Et omni lapide durior fuit degnsti animus, qui, si non plane condonare, quod utique & poterat & debebat, saltem, reddere tamen exsilii atrocitatem uno verbo debebat illiquenti tam ingenuis lamentationibus tanto ingenio.

Ibid. 400. Longa serie res ibi narratur, versibus plane Musarum manu scriptis, & ut canendis.

Idem Adversf. LVIII. cap. IX. Dicit universum ejus opus (Metamorphoseon) ingenium potius referre quam curam, quo ipso longe Marone est inferior. Vide reliqua.

Muratius ad Cicer. lib. IV. in Verr. cap. 48. Elegantissimus Poeta, nulli veterum aut inferior, aut doctrina concedens, mira brevitate dixit &c.

Tanaq. Faber lib. I. Epist. 37. Ubique ingeniosus est Ovidius, quod nemo unquam, nisi qui ipse ingeniosus non esset, negavit. Ubique doctus est Ovidius, de quo non minus apud omnes constat? sed hanc equidem scio, an alibi doctior sit & ingeniosior, quam in fastorum libris; neque adeo mirum est, causam suam apud Augustum agebat, Principem doctum, Principem Poetam.

Idem Epist. LXXI. Hunc equidem scio, sitne aliquid in toto Latio, quod elegantius, & ingeniosius scriptum ab ullo Poeta fuerit, quam elegia octava libri II. Ponticorum; ita sunt ibi idonia tersa, ita omnia varia & πολυειδη, καὶ πάντας ἰδέας κατὰ τὴν ἀρετὴν ἔχουσα.

Monitor. de Patavinitate Liviana cap. V. Sunt nonnulli, qui eadem injuria Ovidium afficiunt, ut in narrationibus prolixum & declamatoriis argutiis indulgentem, ac fuisse non inter ceteros tantum, sed & inter recentiores, qui hoc illum cavillo ferunt, in quibus Vergilium reperiri indignor fame. Nam quod Barthius ante ipsum idem quoque in Ovidio reprehendit, non mirar; erat minime istarum rerum idoneus judex, longe ab illis elegantiis distans, quales in Ovidio deprehendimus. Ab hac vero injuria illum vindicavit Heinsius, ut non suis tantum, sed Mureti, Josephi Scaligeri & Julii Caesaris Scaligeri judicia, qui tanquam absolutum & omni ex parte perfectum dicendi exemplum commendavit, pretii instar, ovis ac sulphure lustrandos existimet, qui auctori tanto detrahunt.

AN-

ANGELI POLITIANI
ELEGIA DE EXILIO
ET
MORTE OVIDII.

Et jacet Euxinis vates Romanus in oris:
  Romanum vatem barbara terra tegit.
Terra tegit vatem, teneros qui lusit amores,
  Barbara, quam gelidis alluit Ister aquis.
Nec te Roma pudet, quae tanto incunitis alumno,
  Pectora habes ipsis barbariora Getis?
Ecquid, Io Musae, Scythicis in finibus aegro
  Taedia qui morbi demeret, ullus erat?
Ecquid frigidulos qui lecto imponeret artus,
  Aut qui dulciloquo falleret ore diem?
Aut qui tentaret salientis tempora venae,
  Aut fomenta manu qui properata daret?
Conderet aut oculos media jam morte natantes,
  Aut legeret summam qui pius ore animam?
Nullus erat: nullus. veteres, tu dura, sodales
  Heu procul à Ponto, Martia Roma, tenes!
Nullus erat. procul ab conjux, parvique nepotes:
  Nec fuerat profugum nata sequuta patrem.
Scilicet immanes Bessi, flavique Coralli,
  Aut vos pelliti saxea corda Getae,
Scilicet horribili dederit solamina vultu
  Sarmata, ab epoto saepe vehendus equo?
Sarmata, cui rigidam demisso in lumine frontem
  Mota pruinoso tempora crine sonant.
Sed tamen & Bessi exsinctum, & flevere Coralli,
  Sarmataque: & durus contudit ora Getes.
Exsinctum & montes flebant, & sylva, feraeque,
  Et flesse in mediis dicitur Ister aquis.
Quin etiam pigro concretum frigore Pontum,
  Nereïdum lacrymis intepuisse ferunt.
Accurrere leves Paphia cum Matre volucres,
  Arsuroque faces suppositure rogo.
Quem simul absumsit rapidae violentia flammae,
  Reliquias tecto compositure cado.
Impositumque brevi signarunt carmine saxum:
  Qui jacet hic, teneri doctor amoris erat.
Ipsa locum late sancto Cytherea liquore
  Irrorat niveo terque quaterque manu.
Vos quoque Pierides vati libastis ademto
  Carmina, sed nostro non referenda sono.

DE EODEM CARMEN JULII CAESARIS SCALIGERI.

Loquitur ipse Ovidius ad Augustum.

Ante utinam inciperes ferus esse, cruente; nec atras
Per caedes faceres ad mea fata gradum.
Si mea te novit tetricum lasciva juventus,
Te juventam damnas perditus: exsul abi.
Impia flagitiis squalent penetralia diris:
Damnati superant nomina foeda rei.
Non te divinum ingenium, non candida tangent
Pectora, non Clario lingua secunda Deo.
Lactea molliveit veteres mea vena poëtas;
Et rerum docuit pondera certa novos.
Cum te laudarem tunc sum mentitus: ob unum hoc
Exilii fuerat debita poena mihi.

DANIELIS HEINSII ELEGIA

In natalem P. Ovidii Nasonis dicta, ab eo proximum qui natalis Minervae.

Ante dies, fulci vellorem velleris, ortus,
Sed adiit: medio nato Minerva fuit.
Altera lux oritur festis de quinque Minervae,
Et Divae auspicium bella cientis habet.
Quae, licet uberius Pelignis farcit agrosis,
Romanas tamen est inter habenda, dies.
Illa dies terris Nasonem contulit: illa
Sidus inocciduum perpetuumque dedit.
Protinus excepit nascentem Aeneia mater,
Et pueri cunas ducere jussus Amor.
Nec lucis memor ipsa suae, Tritonia virgo
Adfuit, & Phoebus, Piërideaque Deae.
E quibus una soror jam mutam sustulit urnem:
Altera sic monitis illius orsa loqui,
Vive puer, dixit: septemque assurgite montes.
Infelix Helicon, gloria prima, jacet.
Ingenio vincet Tyberinus, vincit et armis.
Non alium Graiis fata dedere parem.
Transtulit Aeneas huc Vestae numen, & ignes:
Transtulit ille ignes huc, Cytherea, tuos.
Absit puer, puerique parens, assurgite nato,
Addat & ad sestos hunc quoque Roma diem.

Ille verecundis dictabit verba puellis,
Quae scribat domino quaeque relicta suo:
Aut genuat in foribus non exaudatus amator:
Aut dominae lenitam jolliciabit opem.
Et modo praecipiet, teneram modo toliet amorem,
Et medici partes conciliator aget.
Nunc species formasque alias inducet, & annum.
Lapsaque sub terras ortaque signa canet.
Et nusquam deerit facundae copia linguae,
Grataque simplicitas, mobilitasque viri:
Nec dulcis quanquam in minimis sapientia rebus,
Quae vim non rigide praecipientis habet:
Et quicquid longis vix suadet Graecia chartis.
Non alio Delphis Delius ore canit.
Quod superest, Fortuna fave, sed fata minantur,
Et pluviam coeli discolor arcus agit.
Eloquar an sileam? lacrimae sua verba morantur:
(Verbaque cum lacrimis mixta fuisse ferunt.)
Nec magis aut Cremerae, Ticini aut caesa juventus,
Aut clades superis nulla pudenda fuit:
Nec magis infaustum Romae fuit Allia nomen.
(Inter Caesareas atra sit illa dies!)
Finibus in Scythicis, utraque binominis Istri,
Ille tuus quondam, perfide, doctor erit.
Non Venus hoc natos de se sperare jubebat;
Ardorum genitrix, Aeneadumque parens.
Tristibus hic elegis patriam plorabit ademtam,
Nec Ponti gelidam dissimulabit hiemem.
Qualia deserta Philomela sub arbore, natis
Orba repente suis, aut viduata, gemit.
Qualia Maeandri toties redeuntis in undis,
Aut canit, aut fertur, jam moriturus, olor.
Hic fati immemorem distringet carmen in Ibin.
Archilochi diris dignior ille fuit.
Dixerat: ingemuit. vocem tenuere sorores.
Flet Venus admonitu, flet male gratus Amor.
Indoluit Phoebus: sublectaque verba sorori
Rettulit, ante oculos visus adesse, mihi.
Dicta dies aderat, primasque Aurora tenebras
Purpureis nondum tota premebat equis.
Ipse Deum vidi. seu tactae mentis imago,
Seu somnus fuerit: nec puto somnus erat.
Laeva Dei myrtum, dilectaque serta gerebat:
Compositum fidibus dextra tenebat ebur.
Littoreaque premens leviter mea tempora myrto,
Sacra dies haec est, & celebranda tibi,

Sacra dies, inquit: quae primum lucis in auras
Nasonem populis, & tibi Roma, tulit.
Hanc ego, seu Lyciam, maternaque littora calco,
Seu Borzae sedes tesquaque, laetus ago.
Nec pudet, & referam, quamquam pudet (omnia vatem
Scire decet; coelum vatibus omne patet:)
Nos quoque laesit Amor, volucrisque potentia Divi,
Et satis in coelo fabula nota fuimus.
Nec loquar aut Chiones pulchraeque Coronidis ignem,
Aut veterem Daphnes, aut, Hyacinthe, tuum.
Et quemcunque suo dedicit carmine noster,
Cum facies versas nobile cantat opus:
Peligni meminisse salubribus olim.
Caussa fuit facies grataque forma Deae.
Nympha fuit, vultu (si quicquam credis amanti,)
Digna Deo natis coelicolisque coli:
Clara, genus Solymi, Solymo cognominis: à quo
Sulmonem patriam seis habuisse suum.
Ulteriora sequor. studiis non illa Minervae
Dedita, nec sylvis arboribusque, fuit.
Non illi juvenes, non illi flamina curae:
Non radio docte, non bene pingit acu.
Carmen amat tantum, nostresque amplectitur aries:
Carmen amat tantum, nostraque sacra colit.
Negligit & formam. facies sine cultibus ullis.
Et magis hoc ipso, cultibus orba, placet.
Hoc quoque jam (quis enim proprio non tangitur arte?)
Materies nostri magna furoris erat.
Saepe canit vultuque ipsum commendat Homerum,
Quique suas Alcae gramine pavit oves!
Saepe lyrae dulcem digitis accommodat artem,
Alcaeique animos, Stesichoriique modos.
Nondum hanc Ausoniae celebrabant numina Nymphae:
Vix Musas Latii tum coluere viri.
Cura viri lituus, clypeusque, & cassis, & hasta.
Pars propriam, positus rure, colebat humum.
Matre sub immiti ducebant pensa puellae:
Aut plus aut solitum quaeque trahebat opus.
Incalui fateor: nec spes affulsit amanti.
Haec quoque quo minor est, hoc magis urget amor.
Deserui coelum, Peligniaque saucius arva
Ingredior; forma dissimulante Deum.
Et modo cantantem sequor, & modo plectra moventem.
Nunc plectrum moveo, nunc prior ipse cano.
Et placui, sensi: nisi si placuisse putavi.
Scis quam de facili carmina sumat amans.

Nil tamen obtinui, visque oscula frigida carpsi.
Haec quoque lactando, nec, nisi victa, dedit.
Atque aliquid volui. sed enim, probitasque pudorque
Ingenuus tenuit, simplicitasque Deae.
Festa dies adest, Phrygiis qua vectus ab oris
Constituit Solymus moenia prima suis.
Conveniunt matres ex ordine virque paterque
Quilibet, & quaevis festa celebrat anus.
Nec pudor hic positis in vino ludere mensis,
Nec pudor instabiles nocte referre pedes.
Nympha petit latebras, praetentaque fontibus antra.
Forte illi in manibus docta Corinna fuit:
Aut aliquid Sapphûs. nec enim suus ardor amanti
Singula noscendi tempora longa dabat.
Collis humo surgit, quem cingunt undique rivi:
Sylva tegit collem, frigore grata suo.
Hortus inest sylvae latissimus. altera pendet,
Altera pars plana est, utraque juncta sibi.
Omnis ab arbitrio locus est seclusus: ab omni
(Halantes Zephyros excipe) ventus abest.
Sol quoque abest omnis: nisi cum jam cedit, & auro
Illudit foliis arboribusque suo.
Fons strepit in medio, lapsusque è culmine summo,
Per flores trepidat, quos suus humor alit.
Densa salix fontem, fontem viridissima myrtus,
Roscque maris cingit: nec mea laurus abest.
Nympha petit fontem: siccaque in margine vestem
Ponit. humi vestem: caetera tingit aquis.
Membra nivem vincunt, quae nondum Sole tepescit,
Impuri nondum quam tetigere pedes.
Quaeque superfuso commendant omnia rore,
Commendant speciem sponte nitentis, aquae.
Subsequor ignaram: vulgoque remotus ab omni,
Solvor in amplexus, Nympha Latina, tuos.
Sumque Deum fassus. falso negat. ultima restant:
Nec nisi cessisset viribus illa meis.
Victa pudore gemit, patriamque relinquit & urbes,
Errat & in solis incomitata locis.
Luna latet novies, totiesque recollegit ignem:
Et Solyme pretium virginitatis habet.
Mota meis favit precibus Lucina puellae.
Sponte, suo blandum tempore solvit onus.
Negligit infantem, gelidaque sub arbore ponit;
Et potuit quemvis ille movere Deum.
Venit ovis, jussuque meo lac praebuit illi:
Multaque mel flenti suppeditavit apis.

Indolui lessus: puerumque, alvicis egentem,
Lachanti, patrio tactus amore, dedi.
Forte illic Phrygiae matrona è sanguine gentis
Exina est: una quae fuit orba duo.
Strix puerum rapuit: nutrixque doloribus aegra
Suppositi sucum, matre juvante, mouum.
Deferai Nymphae. visa est indigna parentis
Nomine: visa meo non satis apta thoro.
Calliope sacra genitum circumtulit unda,
Et quae de tenero nomen Amore gerit.
Nec fenel ad cunas cecinit Cytherea matur,
Et puero somnos conciliavit Amor.
Vix septem addiderat bis denis mensibus annos,
Cum patrio coepit dulcius ore loqui.
Sponte sua versus tenero decurrit ab ore,
Ad numeros venient verba ligata suos.
Et calet, & quovis primaevus tangitur igne.
Uno hoc dissimilis, cuetera matris habet.
Plus patriae tamen artis habet. vigor ille paternus,
Laetaque vis fandi, non habitura parem.
Multaque quae vulgo non pervidere poëtae.
Non nisi coelestes impetus ille capit.
Defuit jam facilis mirari in carmine motus,
Et dulce eloquium, plenaque verba Deo,
Ingeniumque vari, quo nil fecundius usquam est,
Pars coeli, & astri sanguinis ille fuit.
Sola Venus movit, nec amici Caesaris ira.
Debuerat vati mitior esse suo.
Debuit & nobis. (nisi si diversa monemus:
Sit tuto jam caepi non bona verba loqui.)
Scilicet, hoc merui, cum de coelestibus unus
Imperio laeros auspiciumque dedi.
Scilicet, hoc merui, cum tela emissa per auras.
Alia, victrices constituere rates.
Cum quibus edomitum Rectori cessimus orbem,
Et rerum moles Caesariana fuit.
Quod potui feci, nihil ut mortale tenerem,
Et proprium lucem conspicuamque dedi.
Altera lux Divam genuit, lux altera patrem.
Ambobus meruit proximus esse Deae.
Illa dedit puppim, Scythicas qua finderet undas,
Auxilium miseras praestitit illa vice.
Haec tibi, quam pictis fas est adjungere Fastis,
Haec tibi, quae sacros inter habenda, dies.
Dixerat. obstupui: coelumque albescere sensi.
Lunaque simul nata est, & celebrata mihi.

NICOLAI HEINSII

Ante Notas in Metamorphoses Ovidii Dedicatio.

VIRO VARIIS PRO FOEDERATO BELGIO OBITIS LEGATIONIBUS PERILLUSTRI,

CONRADO BEUNINGIO,

Reipublicae Amstelaedamensis Senatori.

NOn Agamemnonium Strophio sic natus Orestem,
Thoeca suspexit Pirithousque suum,
Ut tua me, Conrade, fides sibi jungit, & ille
Rebus in adversis saepe probatus amor.
Non, mihi si Lethaea premant oblivia sensus,
Excidat haec pietas pectore lapsa meo.
Tunc quoque fatalem cum Parca minabitur horam,
Restabit memori nomen in ore tuum.
Ipse cuius te, care, mens, Conrade, loquetur:
Gesliet officiis ipsa favilla piis.
Exul arenosos Libyae si mittar in aestus,
Te duce desertum non videatur iter.
Mittar inaccessos Nili latitantis ad ortus,
Taedia longinquae sint mihi nulla viae.
Aut ubi Taprobane, modo milite capta Batavo,
Evocat alipedes aequore Solis equos.
Dulcius ô mihi melle caput, quod gignit Hymettos,
Quod tegit Hyblaei cera Sicana favi:
Sidera, tempus erit, mihi cum super alta feraris,
Gorgonei dorso praepete raptus equi:
Ore sonans cum Fama meo tua gesta loquatur;
Et te conspicuus cive Batavus eat.
Dictaeanus memeros hinc turba sororia Phoebi,
Hinc Deus auratam porriget ipse chelyn.
Bella tibi Mavorte canam discussa togato,
Telaque flexanimis fulmine fracta soni.
Lingua Pericleae sic laudibus aemula vocis
Saepe locuta foris, saepe locuta domi est.
Quem te cum rapidis mirata Trionibus Arctos
Quamlibet invita distulit arma manu.
Gallia quin etiam, quamvis facunda, loquenti,
Et cunctante rapax Sequana plausit aqua.
Seu patria attentam tibi Curia commodat aurem,
Indomitaque trahi voce Senatus amat;
Romana talis pro libertate diserti
Armabat validam Tullius oris opem.
Nectare Socratici roranS seu charta Platonis,
Et blando Sophiae numine facta, tenet.
Ire per annales aevi cantentis ab ortu
Seu juvat, historicam dum bibis aure fidem.
Sta vacuam nostro stimularis Apolline mentem;
Maxima laus titulis surgit ubique tuis.
Salve anima, angusti salve ignea corporis hospes;
Vixque minus coelo mens spatiosa suo.
Jam tibi per feros late spargenda nepotes
Perpetuum vivo gloria fravit iter

Quan-

Effingerat, cum Dedicationes & Praefationes digererem, hoc Nic. Heinsii Carmen, notis ejus ad Metamorphoseon libros praemissum: quare, licet non satis apto loco, quia vacua supererat pagella, hic legi voluit.

Quando erit, immensa seriae lassatus honorum
In patriam meritis ut fatiere tuis?
Sepultus mecum te ruris ut angulus abdat?
Ruris, ubi ambitio non habet ullo locum.
Vosne ut lateri non dixeritis amico
Mutuos alloquiis pectora fida suis?
Vosne, a prima nascentis origine mundi
Cui senium prisci temporis omne patet.
Cui fugi in patrias felicter obtigit artes,
Progenitei magno non genitore minor.
Illa trahet secum Clarias Agamippide Cirrhas,
Et comites ducet laetas per arva Deas.
Plurimum inceptis auspex ridebit Apollo,
Et studia afflavit numine nostra suo.
Huic quoque res est cura Deo: Deus ipse Pherecos
Pacis in Haemoniis vallibus ante greges.
Tesque simul nobis habitabunt hospita vates,
Graecia cum Latia quas vetus urbe tulit.
Molliter exactae pars optima saepe diei
Nasonis tibi fallet tempora, Nasonis mihi.
Nasonis meus (quid enim cantante sonorius illo?)
Crebra voluptatis caussa terendus erit.
Maximus elegiis constricti legibus auctor,
Seria sive poeta pectine, sive joca.
Qui Phoebo Musisque suis Veneriques lepores,
Et Charisin cunctas obstulit unus opes.
Ipse liquor, vatum quo pectora dua rigentur,
Perdiit hac vesta pauperiusque fuit.
Tot licet ingenii foecunda superbiat aetas;
Si qua fidet, nulla plus sibi laude placet.
Illum ego, detersa rugosae sordes senectae,
Insomnem & populis & sua saecla fero.
Ecce, voluminibus ter quinque sonantia formas
Carmina mutatas, quod tibi se dat opus,
Ut facinus cepere novum squalore fugato,
Pars argumenti carmina facta sui!
Hic puer in virides revocatus Iasonis annos,
Amphitryoniades hoc solatus erat.
Angustus, exuvias se cum posuere feniles,
Sic maribus cervis fera juventa redit.
Nunc tibi se tradunt operis praeludia justi,
Pertenenda mihi quae tua villa dabit.
Cum vacuus curis animus liberaque suisque
Te tibi praesentem cernet adesse Deum.
Conspectus mihi quippe tuus Phoebumque foventem
Cum latice Aonio Pegasidasque feret.
Haec aliud pereant ut agentibus otia nobis,
Publica vix tanti debuit esse salus.
Patria, da veniam, quod non licet esse beatis,
Dum premit assidens nos tua cura, queror.
Haec in proximis meditabar carmina moesto,
Carior à vita luminibusque mihi.
Rursus Hyperboreae sudis glaciale sub Ursae
In Getica sedem figere massus humo.
Me licet insanis Aquilonibus horridus aether,
Me nive, me crudo grandine pulset hyems:
Inconcussa feret nimbos bruma rigentes
Illexa desiderii plena calore tui.

F I N I S.

ADDENDA

AD

EPISTOLAS HEROIDUM.

Epist. 1. 2. NIl mihi rescribas attamen:] Gronovius pater legendum credebat *ut tamen*; & N. Heinsius in eodem loco, uti vides, distinctionem ponit, librumque dat tellem. Utrumvis mihi duriusculum est. Membranae Langobardicae, quibus Remedium Amoris cum septem Epistolis habetur, *Nil mihi rescribas, sed tamen ipse veni.* Hinc nata est mihi conjectura; *Nil mihi rescribas: sic tamen ipse veni.* Adventum tuum unice exopto: nam, licetus licet mihi jamdudum visus fueris, & inexcusatius alioquin adveneris, sic tamen offeres te mihi gratissimum, cui nempe adventus ipse alia sit omnia satis excusaturus. AUCTOR ELECTOR. EYON.

16. *Timoris*,] *Doloris* habet idem ille liber Langobardicus, nongentorum fere, ut videtur, annorum. Versus ante hunc quintus, qui in caussa potuit esse librariis, ut *timoris* scriberent, offendit & vitium illius lectionis. IDEM.

27. *Nuptias*] Hoc praefert Broukhusius ad Tibull. III. I. 21. BURM.

33. *Hic est Sigeia tellus*] *Haec est Sigeia porta* membranae Langobardicae. *Haec est Sigeia tellus* Membranae alterae, annis abhinc, ut videtur, fere quadringentis e libro jam tum pervetusto descriptae, quippe cujus crosas versuum claudulas lecunis suis aliquoties exprimant: quas deinceps nostrarum veterum nomine ad partes vocabimus. Aliquid boni, credo, latitat. Tria designantur locorum omnium in hac re praecipua: Camporum Simoïsii Scamandriique planities Τρωϊκὸν dicta, ubi pugnae pleraeque; deinde urbs ipsa Priami; tertium, munita Graecorum cum navibus castra, Rhaeteum inter & Sigeum posita, τὸ ῥαιτήϊον, καὶ ὁ Ἀχαιῶν λιμὴν, καὶ τὸ Ἀχαϊκὸν στρατόπεδον, ut Strabo lib. 13. Illa enim notat *Sigeum litus*. Noster Metam. l. 13. *Sigeia turva Littora respexit, classemque in litore vidit.* & 12. *Prohibent adire, litusque tuentur Troës:* mox *Sigea rubebant littora.* In hac igitur τοπογραφίᾳ istuc *Sigeia tellus* (libris praesertim variantibus) non placet; ubi nempe *litus* paucorum stadiorum sine ulla ἐπεκτάσεῖ per se sunt significandum. Lego igitur, *haec est Sigeias ora*, credoque locum (ut multi) apud librarios, propter Graecam vocis formam corruptum fuisse. Κεῖται δ' ἐπὶ Σιγειάδος ἀκτῆς. Strabo ubi prius. AUCT. ELECT. EYON. Offendit vitium doctum *Sigeia tellus*, quia non credit litus illud tam parvi spatii nomen telluris sperari. Sed si nostri Poëtae loquendi usum consideremus, patebit facile illum *telluris* nomen dedisse saepe aliis locis, non latioribus; sic *Circeiam tellurem* dixit lib. XV. Metam. 718. Promontorium Circaeum, sive Circeios urbem, & *Circaeas litora terrae* Virgil. VII. Aeneid. 10. Noster iterum lib. XI. Met. 269. *Trachiniam tellurem*, pro Trachine urbe dixit, nam vs. 627. *Herculeam Trachina* vocat. & plura liceret advocare loca, ubi noster *tellurem* vocat urbes, insulas exiguas & similia loca: *ora* autem idem notat quod tellus mari adjacens. Nihil ergo sunt tales correctiones, quae numquam Poëtae in mentem venere. BURM.

Epist. 1. 40. *Ille dolo*] Quis ferat illud *dolo*, cum eadem sit proximo pentametro clausula? & liber sane Lang. habet, *prodit illo dolo.* Videmus igitur sat clare, unde venerit in versum ista vocula: Ne scilicet non intelligeretur τοῦ *ille*, superposuerunt *Dolon.* Ille autem τοῦ *dolo* statim mutatus est. Restat igitur despiciendum, quam vocem credamus, hinc exturbatam, debere tandem a nobis revocari. Et credo quidem sic legendum, *usque fui hic somno proditus, ille vigil.* Jam elegantiam cernis ἀνθεκτικῶν. Rhesum autem somnus, idem ille insidiosus Deus, qui & Palinurum, prodidit: at Dolona prodiderunt, id est, ad discrimen necemque projecerunt, vigilae suae ac speculandi per noctem audax professio. Confirmat etiam unice hanc emendationem Ovid. ipse Artis 2. *Campus, quem caede Dolonis Sparsimus, Haemoniis dum vigil optat equis.* AUCTOR ELECT. EYON. Sed dum illud *vigil*: debuisset enim *somno* opponere nomen ablativi casus, quo *Vigil* ille proditus esset. Forte scripserit, *ille sono.* quia Dolon ipsis obvios voce sua, qua patebat esse Trojanum, sit proditus. Sed forte altius ulcus subest, nam *dolo* aeque mihi displicet, ac viro docto. BURM.

48. *Et murus quod fuit ante*,] Feci *murus qui* ex iisdem membranis Lang. quod & Heinsius in nonnullis invenit. Nec dubitare potui de restitutione. Si quis autem similium locutionum exempla desideraverit, adeundi Voss. de Construct. c. 55. & Perizonius in Sanctii Minerva, lib. 4. cap. de Hellenismo, seu Antiptosi. AUCTOR ELECT. EYON. Vid. ad Remed. 10. & 84. BURM.

110 *Portus & aura tuis*] Ciofan. in quibusdam libris legit *ara*: quod minor tamen cuiquam prae vulgatâ lectione placuisse. Video locum ex Cicerone, *Illic portus, haec ara, haec ara*

[illegible] fidiorum. Sed longe alia res est cum demonstrativo, quam cum conjunctione. Hic res ejusdem generis esse debent; ut nautis sunt optatissima, [illegible] volentibus *ventos*, *aura* vero navigare. AUCTOR [illegible] ETON.

Epist. I. 113 [illegible]] Crediderim potius fuisse: *[illegible], uti tu fata [illegible] condas, [illegible] fata [illegible] ille diem.* Ille, quamvis [illegible], & capillis [illegible] rerum molestiis defungi, [illegible] cum senectute, an differt [illegible] horam, non aequo eam animo [illegible] [illegible] officium facere. [illegible] Neronis: *Haud excepero, mori volo.* [illegible] patet. [illegible] rem aut nihili aut minimum: [illegible] utrumque versus facilem [illegible] lectionem, *ut tu [illegible] fata [illegible] condas, [illegible] fuit. [illegible] ille diem.* Caeterum [illegible] nostrae [illegible] *procandas.* IDEM. Gronovii [illegible], quam exhibet in libro [illegible] p. [illegible] [illegible] est tanto [illegible], qui [illegible] non potuit in [illegible] ultimam [illegible], [illegible] ede, qui *uti* pro [illegible]. [illegible] enim [illegible] non est ad [illegible] [illegible] sunt commissa relinquenda. [illegible] Aen. 550. BURM.

[illegible] 31. Quod [illegible] *jactum* [illegible] non recte dici, nunc [illegible] admittere possem; nam & Virgilius [illegible] dixit:

[illegible] & [illegible] & [illegible].

[illegible] non [illegible] tamen [illegible] de [illegible] [illegible], quae [illegible] ex formula [illegible] & [illegible] jactari & agitari dixit. Claudian. [illegible] Cons. Honor. 140.

[illegible] & unda.

[illegible] [illegible] *unda* Horatii [illegible] [illegible] [illegible] ut II. Amor. IX. 32. IDEM.

[illegible] [illegible] perpetua fere [illegible], qui [illegible] & *nomina* [illegible] [illegible] *[illegible], nomini, [illegible] [illegible]* cap. 49 *nec [illegible] a [illegible] genere & nomine* [illegible] cap. 96. *[illegible] genere & nomine.* cap. 37. [illegible] ([illegible]) *[illegible] genere & nomine.* in Pison. 98. *ad [illegible] genere & nomine.* pro [illegible] *[illegible]*, &c. X. Philip. 6. *[illegible] genere & nomine.* [illegible] etiam I. Amor. III. 7. *nomina* & [illegible] conjungit. IDEM.

[illegible] Quod scripserimus post negativam *nec* semper scribendum [illegible] non *que*, contra [illegible] docuimus ad III. Metam. 492. IDEM

[illegible] [illegible] *per feras [illegible]* [illegible] magna copia, [illegible] & venando [illegible]: [illegible] majorem [illegible] & ardorem [illegible]. Sic Epist. [illegible] 216. *[illegible] per gladios [illegible] noster amor.* & XII. Met. 344. *[illegible] per [illegible].* [illegible] II 288. *[illegible] Marti [illegible].* [illegible] Codices quidam

lib. I. Metam. 138. *[illegible] & per viscera terrae.* Horat. III. od. 20.

Cum per obstantes juvenum catervas
Ibit insignem repetens Nearchum.

Propert. III. Eleg. VII 25.

Vel tibi Maedorum pugnantes ire per hostes.

Valer. Flac. I. 436.

Tu [illegible] gladio bonus ire per hostes.

vide & Barth. ad Stat. V. Theb 151. & ut [illegible] diem docet; [illegible] fuit *animus*, quasi divino quodam impulsu ab Amore Deo, cui resisti non posset, mitteretur in artes ignotas: ita Quinctil. Declam. CCCXXXIII. *Deus, Deus [illegible] adegit, ille jussit, ille in has [illegible] misit.* & [illegible] tio illa obvia, *mittere in rem*, ut Declam. CCLI. *[illegible] in latrocinia praedasque mittere.* & Declam. IV. 12. *[illegible] in experimentum.* & cap. 13. in *arcana naturae [illegible] misit ingenium.* IDEM.

IV. 109. Post *adolescentem* & *tempore* hic mallem exponere diu, longo jam tempore: vid. II. Trist. 536. IDEM

V. 3. *Pegasis*] Pro Phrygia dixit a Scamandro Fluvio, quem [illegible] a veteribus appellatum fuisse, etiam Zezes in Lycophronem annotavit. Utitur autem & Calaber eodem nomine libro tertio, de Phrygia nympha quadam Atymnii matre loquens, qui circa corpus occisi Achillis interfectus traditur, his versibus,

Τῷ δ' [illegible] Ἀτύμνιον, [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] &c.

MICYLLUS.

VI. 125. Firmandae nostrae correctioni facit, quod *ferenda dare* [illegible] sit usitata Nasoni, & aliis locutio, etiam in aliis rebus. ita Liv. XLII. 45. *Literas legatis ferendas dedit.* & noster XIV. Metam. 707.

Saepe ferenda dedit blandis sua verba tabellis.

& Ep. XII. 22.

Multaque ad Dominam verba ferenda dedi.

Epist. XIX. 198.

Collaque pulvino nostra ferenda dedi.

Jam vero *infantes ferre*, etiam obvium. [illegible] Trist. 218.

[illegible] sinu natos, pignora cara, ferunt.

BURM.

[illegible] 6. Post *[illegible]*. Sic apud Martialem lib. IX. [illegible] pro vulgato

[illegible] domina [illegible].

[illegible] Vossiano codice reperi, *quod [illegible]* in altero *adverso*, quod verum puto. IDEM.

33. Post *amori*. Vir eruditus, in Actis [illegible] Lips. A. 1716. p. 452. legit. *[illegible]*, [illegible] *[illegible].* sed nos verecundius veteres tractare didicimus. In sequenti versu majori specie pro *imago*, *[illegible]* reponi jubet, quia illae voces apud Ovidium & alios confundi solent. Vid. ad Metam I. 79. & alibi. verum haec commutatio Glossatoribus debetur, qui *imagines*

[illegible] ex more Romano nobilitas majorum exprimitur, exponebant per *originem*. quare non opus [illegible] reconditioris significationis vocem mutare in popularem & vulgatam. & semel dicendum puto, parum laudis redire ad hos criticos, qui cum voces quasdam saepe & semper commutari solitas, in locis ubi nihil variant Codices, offendunt, sola novandi prurigine receptas lectiones mutare student. ut mox vs. 85. pro *movere*, *monuere*, minime necessarium aut opportunum. Audacius vero est facinus vs. 71. pro *concidite*, reponere, *tunc perdite*, quod non puto Aeneae hic convenire: sed hoc modo ex omnibus nos locis difficilibus expedire promptum est: ego vero ab hoc ulcere abstineo manus, quamvis illud *concedite* vix placeat. Sed nec metri necessitate coactum *putes*, pro *putabis* dixisse Ovidium puto: qui tam pusillae venae Poëta non est fingendus, ut in leges bene loquendi peccaret. Sic neque placere poterit, credo, conjectura vs. 113. *occidit ah! Tyrias conjux mactatus ad aras*, cum illae *arae Tyriae* scelus non ita augeant, ac si ad domesticas aras, & in penetralibus fuerit occisus Sichaeus, qualia multa cumulare liceret, ex Poëtis & Historicis, qui cognatorum caedes descripturi, ex sacris & aris domesticis, ad quas peractae dicuntur, horrorem criminis amplificant. nec *interitus* ingenio Mezeriaci, sed multo magis in Poëtis versati Naugerii adscribi debuisset: de versu 157. nihil dicam, cum ipse curis secundis retractaverit locum. nisi quod vellem in sequenti disticho vulgatam lectionem quoque retulisset, cum sensus optime constet. Sic supersint diu comites tui, quos reliquos ex Trojana gente, & salvos reportas, & illud bellum, ferum sit ultimum tibi, & modus & finis tuis damnis, neque novo te tuosque bello, in Latium tendens, implicare velis. BURM.

Ep. VII. 119. *Jacta moenia*] Hoc defendi posset ex Virgil. V. 631.

Quid prohibet muros jacere, & dare civibus urbes? IDEM.

121. Apud Raimond. Aquilej. de Bellis Palaestin. cap. 33. *Atrox atque timidum bellum*, lege *tumidum*, Barthius in Glossar. ut edidit Cl. Ludewic. tom. III. Reliq. MS. p. 257. *horrendum* volebat, nimis recedens ab edita lectione. IDEM.

VIII. 50. Post *imbuere*. Vidi postea (nam haec jam antequam Acta Lips. 1717. exirent, typis descripta fuerant) viro docto, emendationem intempestivam *imbuit illa patrem* displicuisse, & merito. Sed an melior sit, quam ejus loco obtrudit p. 458. *invocat illa patrem*, judicio sapientium criticorum lubens relinquo: saltem hic iterum coactum metro Nasonem *invocat*, pro *invocavit* dixisse adnotare debuisset. illud tempus enim praecedens *rubisti* flagitat, & sequentia *fuisses*, *lecta est*, *implesti*, *cruentavit*. quae omnia invocat illud non admittunt. quare ego hic potius magnis illis nominibus Naugerio, Micyllo, & Heinsio, codicis auctoritate etiam lectionem firmante, adsurgo, quam novare semper cupienti critico. BURM.

Epist. IX. 55. *Maeandros*] In hoc versu mire Codices variarunt. quam nos praetulimus lectionem, *errator*, fecit Heinsius ex uno Cod, qui habebat *Maeandros totiis terris errator in isdem*. ista credo literulae unius aberratio fecit librarios infinitas emendationes excogitare; quarum sc. copia laborabant in tam facili materia. Caeterum ex illis omnibus simplicissima est lectio vulgata: *Maeander*, seu *Maeandros*, *toties qui terris errat in isdem*. AUCTOR ELECT. ETON.

78. Legitur pro *aequaque*, *crassaque*, *crassaque*, *grossaque*, *planaque*, *tu quoque*, &c. atque & *data*, & in uno libro *famosa* pro *formosa*. Quid si legeremus? *Tu quoque robusto deducis pollice fila, crassaque famosae pensa rependis herae.* IDEM.

86. *Infantem cunis*] Alii libri *candis*, seu, & *candis involuisse manum*: alii *nuda dilacerasse manu*. malo, *e cunis involuisse manum*. Ciofanum praetereo. IDEM.

106. *Quod tu non esses*] Audendum aliquid; & quid si. *Quo tu cessisti.* AUCTOR ELECT ETON.

120 *En venit*] Legendum videtur *Et*. IDEM.

123. Post *circumduci* respicit enim Hieronicas, qui victores, sublimi vultu &c. per celeberrimas vias deducebantur, cum victi dejectis oculis per aversas vias dilaberentur. vid. Pind. Olym. VIII. 91. Pyth. VIII. 119. Nem. X. 75. & ibi Comment. BURM.

126. *Fortunam vultus fassa tegendo suos*] In maxima librorum variatione plurimi habent, *Fortunam vultu fassa tegendo suam*, vel *tegente*. Gronovius emendat, *fortunae vultum fassa tegendo suum*: Heinsius *Fortunam vultu fassa rigente suam*; atque Gronovii lectionem eo improbat, quod Ovidius ultimam in *tegendo* aut similibus nusquam corripit. Sed vereor quoque, ut *rigente* accipiamus simpliciter pro *inculto*, *inornato*: aliquid amplius prae se fert huic loco satis alienum, duritiam sc. constantiam, & severitatem. Sic in Epist. Phaedrae vs. 73. *Quemque vocant aliae vultum rigidumque trucemque, Pro rigido, Phaedra judice fortis erat.* Et mox, *totus iste rigor* &c. & Quinctilian. I XI. c. 3. de capitis gestu, *& dejectio humilitas, & supino arrogantia, & in latus inclinato languor, & praeduro ac rigente barbaria quaedam mentis ostenditur.* P. Melissi conjecturam amplexor: *Fortunam vultu fassa tacente suam.* Nec praeteriri potuit a summo viro, nisi properante. AUCTOR ELECT. ETON. Sed praecedentia & sequentia nihil de verbis quae jactaret in hac pompa innuunt. Sed ornatam, sublimi & superbo vultu incessisse: quare ego, cum nihil melius videam, haec non sequor. BURM.

Epist. ix. 135. *Mens fugit admonitu.*] *Admonitus:* Edit. Vicent. *Amentis*, nostrae veteres membranae; ut & in alio loco Epistolae Hypermnestrae, *cor pavet admonitu temeratae sanguine noctis*, pro *admonitu*. Quare non potui contemnere: Cicero tamen de finibus non longe ab initio, *sed nostra quaedam admonitu veterum memini*, & noster Fastorum 3. v. 812. *Fit tamen admonitu mortis, Elisa, suae.* utrumque fortasse suus potest esse locus. Auctor Elect. Eton.

139. *Cornua fracta legit*] *Cornua fracta condit rapidis Acheloius in undis*, membranae nostrae vett. Et *rapidis* quidem in undis alii quoque libri poene omnes habent; nec magni refert, utrum praeferas. Sed prior pars versus videtur immutata, ne contra historiae fidem, suae quoque, locutus fuerit Poëta. Si sc. alterum etiam decorum desiderans, fatum erit prodigium. Statius nempe Theb. 7. v. 416 *Acheloon utroque Deformem cornu vagos infamabat Acarnan.* Sed noster non adeo religiosus est, qui & iterum (Epist. iv. v. 165.) eodem modo, *ut ferus Alcides Acheloia cornua fregit.* Idem. Cl. Fabricius ad Sext. Empir. Pyrrh. Hypot. 22. haec refert ad iconicam, quo monstis adulterorum illudi solet, & qui cornua gerere dicuntur. nulla ut puto, vetustate. Burm.

143. Ferre Heins. *Si quid adhuc habeo facti, cur Herculis uxor Credar*; cum unus liber haberet, *Et quid.* Sed veterem lectionem *Et* reddidi; quae probe videtur, atque necessaria. Sequenti versu libri quidam *mors mihi*, sed hocce loco *mors mea* aliquid ἀπρεπέστερον prae se fert. Auctor Elect. Eton.

150. *Ne videar nostris insidiata toris*] Aliquot codices *fatis tuis* exhibent, multi *studiis tuis*, plurimi *sedibus tuis*, *insidiis thoris*, *thoris tuis*, *nuptiis, toto thoro*: difficilis interpretatio potest locum dedisse variandis lectionibus. Nec *videar nostris insidiata toris*; sic commoda tum interpretatio. Ne tibi videar matrimonii nostri pertaesa conjugem meum per insidias extinguere voluisse, atque ita tori nostri per te lecti dissidium sperasse. Idem.

157. *Vitrei*] Membranae nostrae, *vitrea*. Idem.

172. *Semiferum*] Ex conjectura Heinsii pro *semiferea* seu *semiferum*. Ibidem: *pressurus* eaedem membranae, cum editione Herculum Veneta, quae prodiit anno MCCCCLXXXV. Idem.

176. *Rapta causa est*] Pro *rapta* scripti ex Bersmanni margine. Sic noster in Sapphus Epistola xv. v. 114. *Nec pudeat rapti sed dolore comis*: ita enim olim lectum, & plerique codices servare, tenatur Gronovius, qui & plura in hanc rem adduxit l. 2. Obs. c. 21. Nunc *scissa* legimus: id Gronovius ex libris suis veteribus dedit; sed & Heinsianam editionem per incuriam administrantium occupavit. Nam Heinsius ipse in notis *raptis* jussit. Exempla tamen, videntur saltem, quibus illud probatum volui, haud satis ad rem facere videntur. Noster tertio Metam. l. 10. vs. 722. *Parituraque fuma, Pariterque capillos Rupit.* Proximo disticho, Vet. nostrae membranae, *per littora*; deinde, *vos*, pro *habent*, ut & tres Heinsiani. Auctor Elect. Eton.

Epist. x. 53. *Et tua, quae possum*] Non hujus esse loci videtur τὸ *qua*, quod ex duobus libris pro *quas* allatum fuerat. Sed in proximo tamen versu pro *quas* eadem vox magis placet. Idem.

86. *Quo fit*] Cui quod addo perexiguum est, minore mutatione legi posse, *Quis fit an & saevam tigrida Dia ferat?* cum & sic facilius intelligatur absorptio τῆ *Dia*, & vet. libri *fert* & *ferat* agnoscant. Idem.

87. *Magnos expellere phocas*] Restitui pro *magnas*, quod nescio an invito Heinsio irrepserit. Libri certe vulgati, quos viderim, omnes fere *magnos*; sed & nostrae membranae vett. Gravior omnino sonus est, & materiae accommodatior. Quod ad Grammaticorum regulas attinet, nescio an exemplis aliave probatione sit opus. Res enim est, ni fallor, plerisque in expedito, Pisces seu feros intelligendos. Idem.

93. *Porrectaque littora vidi.*] Pro *vidi* eaed. membranae *tango*. In quo nonquid sit boni despicio non. Et proximum me distichon moratur, Cur enim, Ariadna, terrent te tantopere Deorum simulacra? Nam feras omnino sic longum tumulisti atque enumeravisti. Utinam legere liceret *desertaque littora*, aut aliquid simile pro *porrectaque*: sic ego distichon illud continuo fucilis hinc ejicerem. ut facilius claros haberemus, reliquos duas, antea fusius explicatas, nunc breviter distincteque positas. *Si mare si terras, desertaque littora tango; Multa mihi terrae, multa minantur aquae: Sive colunt habeantque viri; diffidimus illis* &c. Haec corrupisse possint, qui zeugma, quod in primo versu volo, non viderent. Cic. ad Att. l. 1. Ep. 17. *Sive incommoda, sive vitia, sive injurias esse tolerandas.* Idem.

111. *Qui me tenuistis inertem*] Sic optime Bersmanni margines pro *quid*. quod ut feratur facilius, ita sequentem versum distinxi & uncis inclusi. Idem.

120. *Digito lumina condat*] *Digitus* duo scripti, & ed. Vicent. ac Veneta. porro membranae nostrae *claudat*. Idem.

126. *Urbis celsus in arce suae*] Multum variant libri, ideoque, puto, variant, quia multis non intelligebatur, quam restitutam habes lectionem, *turbae celsus in ore.* Idem.

xii. 17. *Semina jecisset, totidem sumpsisset & hostes*] Editio Heinsiana, *semina jecisset totidem sensisset & hostes.* Heinsius ipse, quum in optimo libro invenisset, *semina sensisset, totidemque & semina & hostes*; sed *sensisset* a manu secunda, deinde *seminas hostes* altera manu correctum: in plerisque autem melioris notae *semina jecisset totidem quot seminas hostes*, vel *jecisset: sensisset totidem quot seminas hostes*: in quibusdam denique *totidem sensisset & hostes*: Heinsius, inquam, rescribebat, *semina jecisset, totidem jecisset & hostes.* Sed in addendis suis felicius retinuit, *semina sevisset, totidem sevisset & hostes.* Potest etiam *semina sevisset, totidem sensisset & hostes.* Vulgatam lectionem, alioquin prolatam, in tanta librorum variatione non defendere debemus; quia sic nulla variationis caussa extiterit. Quod in textu legis, *totidemque resumeret*, e veteribus nostris membranis est. Cresumeret, quasi alieno tempore positum, movisse aut offendisse animos hominum imperitorum, unde glossema *resumpsisset*, & correctio *sumpsisset*, & aliud deinde glossema *quot*, *semina* superpositum τῷ *totidemque*, in textum irrupit. Auctor Election Eton.

Epist. xii. 27. *Hic Ephyren bimarem; Scythia tenus ille nivosa*] Hoc in loco sic variatum est. *Scythiam tenus ille nivosa omne tenet. Scythiam tenet illa tenus ille nivosa omne tenet.* *Scythiam tenet ille nivosam, omne tenens: aut. Scythiae nivosae.* Item; *Scythia tenus ille nivosa omne latus.* Hinc Heinsius conjiciebat, *Scythiae tenet ille nivosae omne latus*; sed lectionem primam, quam nos exhibuimus, mutatam noluit, licet ita factum est in editione, cui nomen suum praescribi passus est. Et sane videtur supervacaneum quaerere aliam harum variationum caussam, quam *tenus* illud, & *tenet*, quae soni propinquitate librariis ansam errandi dederint. Si cui tamen aliter videatur, cogitabam legi posse, *Scythiam tenus ille nivosam, omne latus.* Idem.

33. *Et vidi & perii*,] Ita scripti, & editiones ex veteribus. *Video* cum omnibus cur mutarint, & nescio an opus fuerit tamen. Sententia mihi videtur suavior & concinnior absque ista mutatione. quod si verè sentio, non magnopere ad rem facit, quid Homerus aut Theocritus scripserint. Idem.

84. *Unde meosque Deos.*] Legitur etiam, *Deosque meos* quod potest melius videri cum *Deos* in fine modo praecesserit. Idem.

89. *Haec animum & quota pars horum movere puellae.*] Refictum est ab Heinsio uno praeeunte libro: quum plerique *possunt movere*, vel *movisse haberent*, tres *possent*, duo *poterant*. Postrema lectio non minus placet. *Haec animum (& quota pars poterant) movere puellae.* Idem.

101. *Pervigil ecce draco*] *Serpens ecce vigil* tres scripti; *Insomnis serpens*; *Insopor ecce vigil*, ac *Insopor ecce Draco* singuli. E duobus posterioribus alterutrum mihi verum est: nec audio scribere jubentem *Insopor ecce vigil.* Vox illa sc. *Insopor*, librariis insolita, locum hunc turbatum dedit. Idem.

203. *Dotis opes ubi erant? ubi erat tua regia conjux?*] *Dotis opes ubi tunc* libri duo: *ubi erat tunc regia conjux* totidem: *ubi tunc & regia vestis*: atque plerique, *tibi regia conjux.* Hinc nota est Heinsiana lectio, quam in textu habes. Idem tamen (ad Epist. iv. 150.) conjecit, quod fortasse non minus probes, *Dotis opes ubi nunc: ubi nunc tibi regia conjux!* Auctor Elect. Eton.

Epist. xii. 110. *Munus in exilio.*] Melius ex Bersmanni margine legi potest *Munus, in exilio quod tuus esse, tuli.* i. e. Hoc muneris post tot merita accepi à te, quod in navem tuam recepta sum, factaque est exilii copia. Quod voluit Heinsius, *Et minus exilio quidlibet esse tuis*, & longius abit, & vix dicitur Latine. Idem.

121. Legitur & *complexos.* & conjecerit aliquis *compressos.* Idem.

137. *At subito*] Alii, *Ut subito nostras Hymen*: sed vulgatum praetuli; sic tamen ut mox legam, *Hei mihi* cum libro Puteaneo pro *At.* Idem.

139. Salmasius ad Tertull. Pall. p.291. Ed. m. legit *effundit.* Burm.

163 *Furentes*] *Feroces* membranae nostrae vett. Auctor Elect. Eton.

165 *Quaeque feros rapui*] Dedit Heinsius *populi* pro *rapui* ex tribus aut quatuor libris. nonnulli tamen *domui*; plures cum iisdem membranis *rapui*; quod praestare mihi quidem videtur. Eripuit enim tauris istis ignem suum, credo, ne Jasoni inter jungendum corpus adureretur. Quibus hoc displicere potuit; illa non potuerunt, utpote apertioris faciliorisque sententiae. *Populi* tamen optimè opponitur τῷ *effugere* Idem.

191. *Per avitae numina flammae*,] Admisi cum edit. Vicent. Venet. ac Bersmanni, licet habeant libri plerique *lumina*: & probaturos credo, qui praecedentem versum relegerint. Idem.

192. *Pignora nostra duos:*] Duo scripti *cara*, & edit. Vicent. ac Bersm. *tuos.* Sed Auson (inquit Heins.) videtur imitatus in parentalibus, *Liquisti natos pignora nostra duos.* Jam tamen clausulam nimium similem habuimus, *lumina nostra madent* Ideoque illud *cara* haud facile abjeceris. Idem. Ita & l. iii. Fast. 218. & aliquoties alibi. Sed *nostra*, quae inter nos amorem firment, praeferrem. Burm.

204. *I nunc, Sisyphias*,] Sisyphi, Ephyres seu Corinthi conditoris, Glaucus filius genuit Bellerophontem; ei successit Lycaethus Creontis pater: sic saltem Apollodorus & Euripidis Scholiastes. Nec dum invenire potui, cur in tot locis scripserint Creonta Sisyphi filium. Auctor Elect. Eton.

xiii. 69. Post *tacitus.* sic *aeterno* & similia, de quibus ad lib. iii. Amor. iii. 11. Apud Martial. vi. 5.

Tacitum te dicere credo.

ubi MSS. itidem *tacito.* & lib. vi. 64.

Et tacitus quaeras.

ubi *tacita* MS. forte pro *tacito.* infr. Ep. xxi. 101. *tacito suspirat pectore.* ubi est plena locutio: ut & apud Stat. ii. Theb. 481. *tacitoque simul sub pectore regi.* ubi & *tacite* in MS. ita *tacita loquatur*

Cicer. r. Catil. 7. & Justin. xviii. 4. Catull. cii.
Si quicquam tacito commissum est fido ab amico.
ubi Achilles Statius notat *tacito* in omnibus esse MS. & capi a quibusdam *tacite*, quod ille improbat. Burm.

Epist. xiii. 137. Post *moverimus* tueri voluit *Troades mandes* doctissimus Davisius ad Cicer. iii. Tusc. 9 & Heinsio & Salmasio temeritatis dicam scribit. Sed poenituisse patet ex altera editione, ubi omnia inducta sunt, quae ad hunc Ovidii locum erant in priore adnotata, recte, ut puto. Idem

xiv. 19. *Effugis non est*] Admonitus tandem reddidi, & praeclarum est sententiae acumen: quod tamen me fugerat post Heinsium, qui legi fecit *est*, cum in notis aliquos *sum* invenisset. Auctor Elect. Eton. Mihi adhuc, *non es qui*, placet. Vid. ad Epist. viii. 23. Burm.

(?) *Praemia*] Habetur & *praemia*, & in quatuor libris *exemplo*. Derman conjecit *praecipua*, ego *praemia*. pro *ista* legitur quoque *orja*. Auctor Elect. Eton.

(?) *(?) ultimo*] Restitui. Qui fecit, *ultima pars erat, primaque locus erat*, libros aliquot secutus, nec quod praecedit, nec quod mox sequitur, in animo omnino habuit. Idem.

(?) *Pelasgi*] Palaechthonis, qui terra genitus, filius eorum tunc Argis imperium obtinebat. Sic Aeschylus in Supplicibus; quem noster secutus videtur: nam alii multo aliter. Haec igitur interpretatio fuerit. A giva terra oriundae Argivorum regis domum ducimur. Idem. Haec debentur Spanhemio a nobis laudato. Burm.

(?) *(?)*] Adde Heinsius; & praefert editio Heinsiana. Sed qua ratione Pelasgi regiam, si sibere Aeschylum, Ovidiumque ipsum in historia sequimur, *avitam* vocare possimus, nequaquam invenio. Aliquando igitur mihi placebat, *Ut forer armatas accipis ante manus*. & sic fingebam, illud *ante* exturbare potuisse aliquem, qui, cum non sentiret referri debere ad *armatas*, loci sensum, alioqui simplicem asperumque; non caperit. Sed diu mecum haec versanti altera se lectio offerre visa est. *Ut forer armatas accipit arce manus*. quam conatur simul hac interpretatione declarare. Aegyptus cum filiis armata manu nos persecutus, Pelasgi & Argivorum civitatis hospitio nequicquam freras, ad nuptias vi victor coegit. Sed sic ultro se prodidit suosque, dum eiam armatos domo regia arceque sua, unde tum amaras hostes per omne facilitium procul habere debuerat, promptius domum accepit. Videtur autem mihi Aeschylum cum nostro conferenti Pelasgus, quantumvis minus primarium contempserit, bello aut metu saltem belli perpulsus, Aegyptum urbe domoque recepisse, Danaumque cum filiabus, supplices licet, ei tradidisse. Auctor Elect. Eton.

Epist. xiv. 39. *Ut levi*] *Lilia atque levi*. E tribus vero adducitur *agitantur*: e duobus *fragiles* pro *gracilis*; quibus tertias addo membranas nostras. Sed nescio an hoc displicere debuerit: *gracilis* enim *culmus* pinguiore magis agitatur. Auctor Elect. Eton.

96. *Recidit*] *Decidit* vulgata lectio. variant autem libri; atque adeo ex conjectura sua certissima fecit Heins. ut nunc legimus. Idem.

108. *Exuit*] Heinsius scribendum existimavit *bovi* (pro *bovis*) quod & in uno libro invenerat. Talem ego hypallagen non ferendam credo, nam sic intelligendum est, quasi legeretur, *Exuit ora infanas bovis pollici*. Legi potest, *Exuit in cuit pollicis ora bove*; seu potius *Exuit infanae pollicis ora bovem*. Homer. Od ξ. Ἐκ μὲν με χλαῖνάν τε, χιτῶνά τε, ἀμφ' ἔδυσαν. Insolentia Heinsiani dedit locum, ut videtur, lectioni corrumpendae. Idem.

xvi 75. Post *emendare*. *Caussam vincere* Apulejus Florid. xviii. etiam dixit. & egregie alienis Gronovius ad Gell. v. 10. *bella vincere* etiam Justin. dixit. xli. ubi dubitare non debebat Schefferus. Burm.

221. Post *fergisse*. Sed quia apud Helenam narrare mortuos juvenum amores, mihi incongruum videtur, nec sub illorum personis, apte posse Helenae formam laudare, dum refert amicarum, quas amaverant illi juvenes, pulchrarum dotes & mores, ego malim capere de juvenibus, quos puellas amasse quasdam narrabat. ut Martial. xiv. 187.

Haec primum juvenum lascivos lusit amores.
Nec Glycere, vere Thais amica fuit.

de quo Epigrammate plura diximus ad Remed. 383. Idem.

307. Unice huc facit locus ille Terentii Andr. iv. iii. *Dii boni! summum bonum esse Herae putavi hunc Pamphilum*. Juvenalis etiam sat vi. 179. de fecunditate & castitate mulieris, *rari semper voluptas nulla boni*. Idem.

xvii. 165. Graevii conjectura posset firmari illo Moschi iii. Idyl. 57. ἀδελφεὰ φέρειν. Sed contra codices nihil novare melius est. Terent. Eun. i. 2. *quia sum apud te primus* Idem.

191 Mallem nunc, *in non exhibuis utraque lassoris*. ut Epist. iv. 114. *in magnis lassi rebus utterque sumus*. Idem.

xviii. 216. *In adspectu* esset ipsius Herus, sed in *adspectum* est, ut ego adspiciam. similis diversitas est lib. iv. Trist. i. 39. Idem.

xix. 195. *Deficiente* inde etiam potest probari, quia veteres non solebant extinguere lucernas, quae sponte deficiebant, oleo consumpto. vid. Scalig. ad Cirin. pag. 25. Idem.

xxi. 12. Hic vulgo deficiunt Codices MS. Cl. Mentelius in Epistola ad Heinsium scripta, se reperisse in uno haec quatuor disticha, inepta sane, docet.

Si tamen, ut perhibes, fugerem perjuria vitae,
Mitis adhuc dubias parceret ista vibi.
Nec deo, nec precibus potuit, nec vulnere flecti
Usque sibi medear est mihi sola salus.
Nec etiam vatum tamen est quandoque rogandus,
Ut pareo in partem ponere ventris onus,
Audies & quaeres de quo sum conjuge praegnans,
Et nisi sum de te juro negabit opem.

& hic erat finis Epistolae. Burm.

I. AMORUM ELEGIA IV.

29. Pontanus ad Macrob. vii. Sat. 12. *sapias* explicabat, *gustes*, ut opponatur τῷ *bibas*. tu tantum degusta & deliba. Sed sequentia, *tu puerum leviter posce, quod ipsa velis*, suadent, ut penitus rejiciendum esse ab amica poculum velit Naso. Burm.

v. 2. Qui nuper edidit Tibullum, Vulpius lib. i. El. i. 40 explicat ibi *levare membra toro*, in accubitorio lecto corpus fessum cibo nutrire, cuticulam curare: vide quam bene de Triumviris Amorum meruerit novus hic commentator. Sed an media hora cibum capere consueverat Ovidius, aut adeo ullus apud Romanos? Aut si jam pranderent nonnulli, an hoc cuticulam curare potest dici? cum largior cibus in coena soleret sumi; meridiaturus ergo Ovidius *quiete*, non *cibo* volebat levare membra. ut Remed. 206. *Toro vero levare* dictum, ut *gramine levare* vi. Fast 328. Idem.

viii. 104. Male Francius *impia venena* mutare instituit, ita enim dicuntur, quia saepe patres, & cognati propter hereditates veneno tolluntur. & ita Catullus carm. xiv. *impia poemata* dicit, quae postea *venena* vocat. & Carm. xxiii.

Non facta impia, non dolos veneni.
Idem

ix. 6. Ne plagii me quis jure accusare possit, quod nunc demum in lucem prodeant, quae jam ante annos fere novem typis descripta jacuerant, monendus lector est, locum ex Statio lib. i. 130. *sociusque comes discordia regnis*, & Lucani qui accedit, etiam laudari a Cl. Abr. Gronovio ad Justinum lib. xi. 12 qui postquam ego illa scripseram, prodiit. Idem

I. xiv. 1. *Desiste tuos medicare*] Sic ante editionem N. Heinsii, quos vidimus, libri. ita, *medicare tuos desiste*. Auctor. Elect. Eton. Verum hoc est, & ita saepius Heinsius mutavit collocationem verborum, nec credidit saepe opus esse monere: non tamen sine auctoritate scriptorum eum fecisse, infinitis in locis scio. hic certe ordinem, quem dedit verbis, exhibent Neapolit. Barbar. sec. Palatin. Puteanei duo, & Moreti, & hoc semel monuisse sufficiat; nam & ego id aliquando feci, minime necessarium credens his minutis observationibus notas augere. Burm.

I. Amor. xiv. 2: Heinsius & nostrae membranae *Pectere*, pro *Fingere*. Verum id quoque nihili videtur, quia omnino bis idem dicendum erat. Auctor. Elect. Eton.

12. Pro *directo* fecit Heinsius, *direpto* ex cod. Puteaneo. Sed maluit *derepta*: quia in opt. cod. Palatino legerat *directa*. Ego vero illinc excudi debere credo *destricta*: praesertim cum versu ab hoc septimo ista vox *derepta* nobis recurrat. Idem.

15. MS. Pircheimeri, dein Arondelianus: *Vallus pectinis*. Neque ausim rejicere: Nam *vallum* quam cum pectine habet convenientiam? Gronov. Observ. l. 3. c. 18. Dispiciamus igitur, num satis ista conveniant: & videor quidem videre, ut vallos e vallo prominentes & quasi enatos, ita dentes e solida pectinis parte rarescere. Sic *vallum pectinis*, pecten erit totus, cum capulo dentes: quippe vallum ipsum, terra est aggesta cum suis sudibus. Probavit tamen, fateor, Gronovius *vallum* genere Masculino aliquando haberi pro tota munitione. Quum igitur utramvis, seu *vallum* seu *vallus*, hic legi possit, contra tantum virum tantumque ejus subscriptorem *vallum* restituere coactus sum, quia insuaviorem nobis verum fecerunt, nec librum nisi singularem attulerant. Auctor Elect. Eton.

20. *Semisupina*] Sic Heinsius ex auctoritate meliorum codicum, utque metro consuleretur; prima enim, inquit, in *sopita* haud est ut possit corripi. Aliquantum tamen indubitatius respectu versus illius, *Thesea prensuras semisopita manus*. x. Epist. 10. Aut sic enim, aut *semisepulta*, illic libri omnes. Sed illic quoque (*semisupina*) conjecturam Heinsii loco, quem occupaverat, non movimus, hoc maxime persuasi, quod & alibi permutatas hasce voces offendisse se testatus sit, idque ubi nulla dubitationis ansa; codices sc. quosdam *semisopita* habere in isthoc versu Amor. iii. *Cum jacet in dextrum semisupina latus*. Alioqui non male huic loco conveniret τὸ *semisopita*. Sic exhibebit & puellam & Bacchen dormientes. Id autem his a furore ac labore usitatum. Horat. l. 3. od. 25. *Non secus in jugis Exsomnis stupet Evias, Hebrum prospiciens, & nive candidam Thracen, ac pede barbaro Lustratam Rhodopen*. Idem

21. *Thracia*] Sic reddidi. Nam factum erat uno ex libro *Threcia*, verbum, quantum quidem videre contigit, neque Graecum, neque Latinum. Sed *Thracius* apud Virgilium aliosque reperitur, sed & nostrum Met. vi. 661. *Threcius ingenti mensas clamore repellat*. & l. xi. 92. *Cui Thracius Orpheus Orgia tradiderat cum Cecropio Eumolpo*. & Epist. i. *Thracia nocturno tangere castra dolo*. Idem: Facile in hanc sententiam concederem. nam quae producuntur ab Heinsio, Erythraeo & Gisanio non probant *Threcius* dixisse veteres. Sed *Thraex* vel *Thracia*, quamvis & hoc Gisanius ex corruptis codicibus pro-

[illegible] potuisse suspicetur. Burm.

I. Amor. xiv. 40. Post Heinsii notas. At desiderabus illis nullus hic locus; neque sane non intelligi potest vulgata lectio. Aliquot adscribam loca, quibus aquae Magicae mentio fit. Noster Met. vii. 261. *Terque senem flamma, ter aqua, ter sulfure lustrat.* *Interea validum posito medicamen aheno Fervet & exsultat.* His conjungendi vestes l. x. *Sua furor est, habeo, quae carmine sanet, Et herbas: sive aliquis nocuit; magico lustrabere ritu.* l. xiv. 299. *Spargimur innocuae succo melioribus herbae* &c. Horat. Epod. Od. v. 25. *At expedita Sagana, per totam domum Spargens Avernales aquas* &c. Virg. Aeneid iv. 512. *Sparserat & latices simulatos fontis Averni.* Auctor Elect. Eton.

II. AMORUM ELEGIA II.

II. ii. 23. *Si faciet*,] malo nunc interpretari, si in [illegible] amica diu morabitur, ut monuerim ad lib. i. Ep. [illegible] sed exciderat. Ita I. Amor. iii. 12. *[illegible]*, id est me commendent, quod praecesserat. Ep. xi. 31. *Nec cor [illegible]*. Ep. xx. 55. & 57 *[illegible]*. *[illegible]* & ita passim. Burm.

iv. 2. *Qui primus*] Hoc distichon ita producitur a Gothanno Grammatico. lib. xvii. Chron. [illegible] Tom. vi. Thes. Ital.

[illegible] genitalia membra
[illegible], debuit ipse pati.
Idem

vi. 1. *[illegible]*] Bersmannus ait libr. [illegible] habere *[illegible] ab Indis*. Vulg. *[illegible]* & nost. membr. *tibi missus*. [illegible] autem ex uno MS. *missus ab oris*. Atque [illegible] maxime placet, quod doctus aliquis [illegible] magni fieri quondam sui: MS *[illegible]*. Auctor. Elect. Eton.

2. *[illegible]*] Unice confirmat iteratio, *[illegible]*, nec vulgatae Latinitatem defendit [illegible] Prudentii. Sequenti versu lib. [illegible], *[illegible] plangite tenuis*. Idem.

12. Servii errorem *[illegible]* dici credentis a Virgilio i. Ecl. 59. castigavit jam Vossius, cum [illegible] ibi debeat construi, & ad Burmann. [illegible] Lxxiv. qui etiam *[illegible]* dixerat, notat vir doctus Ruddimannus, ubi & nos ex Paullino exemplum produximus. Burm.

17. *[illegible]*] Membr. vet. id est, *Neque enim*. Tertio, eadem *inter [illegible]*, plerique *inter [illegible]*. Sed Vicentina editio cum scr. melioribus, *[illegible]*. Quarto, libr. duo *[illegible]*, alii nonnulli [illegible]. Auctor. Elect. Eton.

[illegible] Revocari tamen vulgatam, *[illegible]*, quam corrupisse credo vicinitatem [illegible]. Nam illarum vocularum ac syllabarum [illegible] me cepere, quae proxime praecesserunt relegantur: *[illegible]*

---- *[illegible]*. iterumque *[illegible]*; & statim *[illegible] poteras*. Auctor Elect. Eton.

II. Amor. vi. 59. *Magnus*] ita libri, paucis exceptis. & defendi potest, nescio an & retineri debeat. Idem.

viii. 21. Sic *genus officii dulce* dixit xiii. Ep. 142, & *[illegible] curae dulce* ii. Pont. iv. 16. sed praecipue utitur hic epitheto illo, quia *Venus* quae *dulce* intelligit, ut vocat i Amor. iv. 48. & ii Art. 480. Burm.

12. 22. Pius ad Valer. Flacc. i. 632. legit, *[illegible]*. Idem.

x. 36. Ita *Lais ἀπέθανε βινουμένη* Athen. xiii. cap. 6. Senec. Ep. lxv. *Alius inter concumbentium [illegible] est, alterius continuata mors somno est, aliquem concubitus extinxit*, ut vero hic Poëta optat genus vitae suae conveniens mortis, ita ex sua disciplina Parasitus optat disrumpi in convivio apud Athen. vi. 17. Burm.

xi. 5. *Ramo tu quis*] Edit. Heinsii. Unde, non video. Dein pro *moveret*, lib. unus *secaret*, proximo autem, *mersa* prima editio pro *pressa*. atque tertio, *fugis nostrumque*, nostrae membranae. Auctor. Elect. Eton. *Ramo tu quis* ex Moreti & duobus aliis codicibus repositum. Burm.

7. *Sociosque*] Nuptam quidem patet ex El. xii. lib. ii. non tamen hic loci opportuna matrimonii mentio. Verbum quoque *socius* quamcumque monstrat societatem, sive amantium ad tempus, sive conjugum justam ac stabilem. Atque legi potest, *Ecce fugis nostrumque torum sociosque penates*. Auctor. Elect. Eton.

10. *Et gelidum*] Legitur etiam apud Senecam *Egelidum Borean egelidumque Notum*. Sed ea lectio deberi videtur conjecturae Jul. Scaligero; qui interpretabatur *Egelidum Borean*, quasi *praegelidum*, *Egelidum* autem *Notum*, quasi *tepentem*: Neque placitura videtur compositio omissa & particula; & totidem litteris (*Et gelidum Borean egelidumque Notum*) Schottus in optimo libro scriptum se reperisse testatur. Dispiciendum restat pro *omnino frigido egelidum*, an *frigore carente* accipere debeamus. Nam constat sensu utroque capi. Servat autem propositum longe melius, (ut deterreat sc. puellam) si malis severiora accumulet mala; quàm si Boreae, claugente omni sententiae vi, Notum adjungat tepentem: quem quidem quid sit quod *timeat*, aut ipse aut Corinna, non facile cernitur. Notus vero, tepido licet ab axe spiret, per imbres suos navigantibus fieri potest omnium ventorum gelidissimus. Adscribam verba nautae nostratium experientissimi: *Imber nos maxime afficit frigore; quamvis enim aqua dulcis marina multo frigidior. Nam mare plagis etiam frigidissimis tepescit, atque plagis calidissimis pluvia frigida & humanis corporibus nocet*. Idem.

20. *Quem Malea*] Ne quis miretur qui fieri potuit, ut ista lectio exularet ex omnibus fere libris,

bis, admonendum duxi, vulgatam *magna [illegible]que* (seu *minorve*) è margine aut versuum intervallo irrepere potuisse. Ibi scilicet adleverat aliquis *Syrtes* interpretaturus, *magna & minor*. Auctor Elect. Eton.

II. Amor. xi. 25. *Et*] Sic cum multis denuo legendum dedi. Al. *jam*, vel *quoque*, vel *quia*, vel *qui ventos*. Unde conjiciebat Heinsius *qua*. Sed si *qua*, aut *quo*, aut *jam* a manu Ovidii fuisset, non video cur aliquis mutaverit. Cur *&* mutari potuit omnes vident. Distinctionem porro in fine versus praecedentis positam feci minusculam, quae antea fuerat absolutae sententiae nota. Idem.

39. Al. *desinet*. proximò *ventus portet* unus. alter *venti spirent*. Sed mutatione nihil opus est; quo ventus enim os vertat, eodem spirat. Idem.

III. AMORUM.

III. vi. 2. *Aquam*] Sic lego pro *aquas* ex membranis nostris vett. respectu versus primi. sed & nonnihil movit octavus. Auctor Elect. Eton.

3. *Nec quae sine remigis ictu*] Mallem, *nec, qua sine remigis ictu, Concava trajecto cymba rudente, vehar*. Idem.

25. *In Melie*] Legitur etiam *Melia* & *Media*; & in membranis nostris *Bithenide*. Bithynis Melie nympha, mater ex Neptuno Amyci Bebrycum regis. sed haec longe ab Inacho. Res est ignota. Si locus est corruptus (ut in obscuris fit) conjecerit aliquis legendum, *Melia Boeotide*, seu *Melia Ismenide*. Melia sc. fons, est prope Thebas Boeotias, ac Diva eodem nomine, soror Ismeni, ut scholiastae *Pindari*. Ista lectio sicunde confirmari potest, habebit saltem Inachus, quod amet in sua Graecia. sed tamen ut verum fatear, non necesse est, ut *Melien Bithynida* intelligamus *gente Bithynam*; nam & Apollonii scholiastes, utrum sit proprium ambigit, & Apollodorus, absque mentione Melies, Amycum Bithynidis filium scribit. Itaque *Melien* interpretari licet, quasi nomen generi Nympharum (de quo Hesiodus & in eum scholia) commune ἀπὸ τῆς μελίας, ut Dryada & Hamadryada. Idem.

28. *Numen tuer.*] *Naia*. Bersm. ex Parrh. *Nerea*, lib. scriptus, cujus proxime feci mentionem, cum editione Plantini: Historia est ignota, & mendum subesse potest. Idem

31. *Xantho*] *Xutho* conjicit Heins. quia procul hinc Xanthus; cujus amor etiam modo memoratus sit. Xutho sc. Hellenis filio, qui Phthiae inter Peneum & Asopum amnes sitae rex fuit, Creüsa Erechtei filia nupsit. Strabo & Pausan. cum Euripide, qui tamen Aeoli filium ait. At Pindarus ait Naiada Creüsam Terrae filiam a Peneo amatam. sed nihil moror. Poëtae cum historicis suis in talibus ubique fere inter se pugnant. Auctor Elect. Eton.

III. Amor. vi. 31. *Creüsam.*] Leg. al. *Neaeram*. Sed Diodorus quoque facit *Creüsam* nympham e Peneo Hypsea & Stilben peperisse. Idem.

33. *Martia Thebe*]. Asopi filiarum Corcyrae, Aeginae, & Thebes meminit in Corinthiacis Pausanias; & in Eliacis Nemean addit ac Harpinnan: utrobique agitur de Asopo Phliasio. Sed Boeoti, ut ait, Theben Asopo suo vindicabant. cujus & Peroen in Boeoticis, & Antiopen, (quam Homerus quoque) in Corinth. filias habitas docet. Tum Pindarus in Olymp. matrem Thebes suae, quam in Isthm. cum Aegina perhibet Asopidum natu minimas, Metopen Arcadicam agnoscit; ejusque scholiastes filias illius ex Asopo fere, ut Pausanias, enumerat. Mirifice tamen hac in re variatum fateor. Namque Apollodorus Ismenum & Pelagonta (qui Diodorus Pelasgus) pueros, muliebre vero secus viginti, Asopo & Metope genitos scribit. Diodorus de illis consentit, has autem duodecim modo recenset; nisi quod paullo longius progressus, mentionem infert & decimae tertiae, cujus antea oblitus videtur. Consentit & de parentibus: nam quod *Methonem* nunc in illis libris legamus, *Metopen* omnino rescribendum e Pindaro, scholiisque, & Apollodoro; quicquid aliter properanter censuerit vir doctus suis ad ejus Bibliothecam notis. Sed de quinque numero filiabus verissimam celeberrimamque famam fuisse credi potest; quia totidem in Alte, luco Jovis in Olympia sacro, statuas earum cum patre posuerunt Phliasii; quas vidit Pausanias, atque ipsi Ovidio visas non est incredibile. Porro Theben Asopi Boeotii filiam tradunt Eustathius cum minore Homeri scholiaste; Zethi uxorem Apollodorus: nam Pausanias non recte videtur intellexisse locum in Isthm. 8. qui Pindarum cecinisse dixerit eam in Jovis torum receptam fuisse. Non dissimulandum tamen Stephanum de urbibus Promethei natam facere & Isaac. Tzetzen (ad Lycophrona) Jovis, Ogygi autem conjugem; alioque mox teste Aegypti ex Jove matrem. Sed & sic aliquot restabunt scrupuli: atque adeo, si audacter loqui licet, ego sane non possum non suspicari, memoria lapsum hic loci Ovidium pro matris nomine, natae nomen posuisse. Videndum etiam qui Thebe ista tam molesta Martiae appellationem meruerit. Nam Bersmannus alique scripserunt in versum deinceps nonum, *Evadne Martis fuit filia ex Thebe uxore Asopi*. Unde vero hauserint, postquam diu frustraque mihi quaesitum, oborta est ex ipsa re suspicio, finxisse illos, quod viderent scilicet Ovidium Theben *Martiam* vocavisse, curque vocasset veram rationem non inirent. Et tamen noti sunt satis σπαρτοὶ seu δρακοντογενεῖς Thebani; quos Pentheus apud eundem nostrum compellat, *angui-*

[illegible], *[illegible]*. Nempe ut Scholiastes in Sophoclis Antigone notat, Ἐγεγόνει ὁ δράκων ἐξ Ἄρεος καὶ Τιλφώσης Ἐρινύος. Proinde Chorus in Aeschyli Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας ita Martem fuum invocat, προμήτωρ παλαίχθων Ἄρες [illegible]: Quem in locum sic Scholiast. ὁ [illegible] παλαιὸ[illegible] [illegible] ταύτη γῆ, γεγένηται γὰρ παρὰ Θηβαίοις ὁ Ἄρης διὰ καὶ Ἄρεος [illegible] καὶ Ἁρμονίας [illegible] [illegible]. & mox [illegible] Θεὸς τοῦ Ἄρεος. Idem paullo post suam tutelae Thebarum Minervae caussam exponit, Ἀγχοῦ [illegible], inquit, [illegible] καὶ Ἄρεως [illegible] ὁ Κάδμος. Hoc quoque spectat Θεὸν [illegible] Sophocli, Πλήξιππος, φιλάρματος & χρυσάσπις Pindaro dicta; clypeoque signati, quod monstrant Ez. Spanhemius, ac G. Whelerus noster, nummi Thebanorum. Addo, rem, ut videtur, nihil, membranas nostras habere, *Quid referam [illegible] [illegible] quam Martis ope*. Auctor Elect. Eton.

III. Amor. vi. 45. *Volatus*] Aliquot libri *volucrum*, male, credo *Per fauces volucrum* [illegible] Virgil. iii. Georg. 511. Idem.

[illegible] *Tepido*] aliquot libri *teneros*; multi *tepidos*. [illegible] [illegible] praecedentis non oblitus ad [illegible] rem [illegible], semper cur *tepido* sit resti[illegible]. Idem.

[illegible] Sed [illegible] illud [illegible] aestivum quoque tempus solum intelligi potest. Hieme enim non adeo erit viator, neque adeo arescunt aquae [illegible], ut a lutulento torrente bibendum [illegible]. Retinui porro veterem lectionem, ne li[illegible], [illegible] non postulante, omnibus non concederem. Idem.

[illegible] *Sparsi lacrymas*] Edit. N. Heinsii an aliquo libro auctore, nescio. Idem. Ex Scriveriano, Regio, Mentelianis aliis. *Sparsis lacrymas per [illegible] capillis* Parrhasiorum. Burm.

[illegible] *[illegible]*] Quidam *in sua bossa*. quod quidem placere potest. Auctor Elect. Eton.

[illegible] *[illegible]*] E membranis nostris arripui *fugientes*, cum ante legeretur *fugientis* aut *[illegible]*, in textu tamen Heinsii *madidos fugientes*, in textum *madidos fugientes*. Hunc *madidos* non multum moror, *gravidos* vero, viri docti conjecturam, nihil. *Oculi fugientes*, ut *labentes* Quinctil. Procem. l. 6. Inst. *Tuosne ego? O meos [illegible] [illegible] labentes oculos [illegible] fugientem spiritum* [illegible] proxime autem accedit *[illegible] fugiens* Cic. [illegible] Idem.

[illegible] *[illegible]*] Quae sequuntur de Haleso, [illegible] de Junonis Argivae templo faciunt rem certam Faleriis intelligi. Atque *Vitta*, *Camillo*, *cui interpretes* [illegible]. Falerios enim, ut notum, Camillus sua ipsius benignitate, non exercitu, vicit. Idem.

[illegible] *Praeverunt*] Melius ex libris aliquot, quam vulgo, *Praebuerunt*. sed ne illud quidem huc facit. Duo codices *praeverant*; singuli *praebuerunt*, *valuerunt*, *[illegible]*. Placet Heinsii conjectura *praesternunt*. Auctor Elect. Eton.

III. Amor. xv. 2. *Raditur*] Optima Heinsii conjectura pro *traditur*. Porro, bene se habet *haec*; unus licet habeat *hic*, singuli item *his* & *hoc*. Deinde, legitur etiam *ultima charta meis*; & in uno alteroque *nota & cura*. Inde, credo, conati sunt emendare, *creta*. sed nihil opus; cum *nota* eandem vim habeat. Idem.

[illegible] *Nec me*] Versum παρενθέτως notis inclusi, ut caetera clarius cernantur cohaerentia. Neque enim credo membranis nostris vet. quae versus duos, qui hic proxime sequuntur, ita trajiciunt, ut pro quinto sextoque fiant nonus ac decimus; sic autem exhibent secundum, *Nec ego fortunae munere factus Eques*. *Fortunae vero muneris* in aliis quoque legitur. Idem.

10. *Socius*] Bello sociali, seu Marsico. Tangit Corfinium, quod gentis caput, magnam illo bello gloriam. Illud enim, Italicae nomine, imperii sui domicilium, atque adeo Italiae pro Roma caput socii voluerunt, faciebantque. Apte igitur conjunxit de Sulmone, secunda Pelignorum urbe, *Atque aliquis spectans*, &c. Idem.

15. *Amathusia*] Addere visum e notis Luc. Holstenii in Stephanum. Gentile Ἀμαθούσιος. Hipponax apud Eustathium ad Iliad. B. pag. 301. [illegible] Ἀμαθουσίαν [illegible]. Sic nummi duo apud Goltzium. ΑΜΑΘΟΥΣΙΩΝ. Idem.

LIB. I. ART. AMAT.

I. 21. *Loris solutis*] Locutio haec simplex & obvia, translata ab equis, qui soluti frenis dimittuntur, non placuit Petro Avellano, qui in Locis Auctorum restitutis cap. xiii. dicit Ovidium respexisse ad id temporis, quo veste laxa & soluta uti licebat, amoto omni custode. Quis unquam talia audivit? laxa & stricta veste nunquam legi distinctos juvenes ab aliis, sed luxuriosi & lautioris & mollioris hominis index erat laxa vestis, ut adstricta avari, & parce duriterque viventis, ut ad ipsum illum, quem adducit Tibulli locum lib. i. ix. 69. docet Broukhusius. in Persii vero versibus, quos adducit, nihil de laxa illa veste apparet, sed de toga virili agitur, qua sumpta liberius vivendi erat potestas. *Brachium* vero *cohibere* ex Ciceronis pro Caelio cap. 5. nihil commune habet cum laxa vel adstricta veste, hoc enim utraque fieri potest, & nihil aliud vult, nisi non exserere ex veste, sive toga manum, sed intra eam cohibere, ut ex interpretibus melioribus discere potuisset Avellanus. Et haec obvia sunt, Merula inepte de curis capit: sed verus sensus est, dum adhuc liber, & nulli certae puellae addictus potes ire quocumque velis, tunc elige cui dicas, tu sola mihi places. & hinc forte posset etiam legi, *dum liber*, *et loris possim potes ire solutis*. In codice Acrosii erat *frenis solutis*, unde apparet de veste hic nihil somniandum; & si illa lectio proba esset, posset illa illustrare Phoedri locutionem, lib. 1. fab. 2. *frenumque solvit pristinum licentia*. Burm.

I. Art Am. 91. *Annisque*] Legitur in utroque versu *animis* etiam, idque in castigatioribus, inquit Heinsius. qui tamen, nisi valde properasset, illam lectionem ei, quam restitutam (*annis*,) nunc habes, praetulisse nequaquam poterat. *Annis patris* id est Augusti, qui puer, aut pene puer ad arma accessit. Auct. Elect. Eton. Sed quis ita unquam locutus est? conjungi debent *auspicia* & *anni*, quibus vinceret: nec anni hic tempus pueritiae possunt notare, sed instrumenta victoriae, quae ipsi darent victoriam, ut auspicia dant; quare *auspiciis & animis*, id est, per ejus auspicia, sive fortunam, & virtutem, quam etiam absens tibi dabit, ut Tiberio lib. ii. Trist. 174. Imperator dabat *auspicia* id est fata illa & fortunam suam, per quae belli exitus solebant regi, *animos*, id est virtutem, prudentiam, consilia sua, quae duces sub ejus auspiciis militantes comitabantur semper. unde Tacit. xiii. Ann. 76. dicit in summa fortuna *pleraque auspiciis & consiliis geri*, *quam telis & manu*. licet manu & corpore pugnarent duces, tamen animis summi ducis quasi impellebantur & regebantur. Burm.

II. ART. AMAT.

II. 28. *Da mihi posse mori*:] Heinsius uno libro auctore pro *da* fecit ut legeretur *sit*, addiditque Maximiniani versum, quem credit Ovidium imitatum, *vivere cum nequeam sit mihi posse mori*. Quod mihi quoque fuit verosimile, nec restituissem *da*, nisi postmodo similius visum fuisset, poëtam venustatem aliquam quaesivisse atque praestitisse in repetitione istius voculae; *Da mihi posse mori*: *Da reditum puero*. Auctor Elect. Eton.

33. *Quod simul*] *Qui simul* nostrae membranae. Idem.

42. *Sunt mihi*] *Sunt* plerique. & infra, pro *volucres*; *volucrum*, aut *volucris*. ubi etiam pro *dispono*, membranae nostrae Vett. *dum ponit*. Idem.

863. *Comesque Boötes*] Βοώτης, ὁ Ὠρίων. Hesychius, ut observavit Heinsius: neque aliter Arati Scholia. Sed non possum videre quid huc faciant. E duobus libris Heinsius *comes Boötae* adduxit: neque obstat, inquit, sidera haec sibi minus vicina esse, cum & Catullus, proximus Hydrochoo Orionem ponat. At locum istum Is. Vossius aliter intelligendum monstravit. Nec sane ullo modo ferri potest, ut quis vocet Oriona Boötae comitem. Heniochi comes est Orion: & fuit cum mihi pene persuaseram, Ovidium pro Auriga Bubulcum nominavisse. Nunc ita lego: *sed tibi nec virgo Tegeaea, comesque Boötes*; *Ensiger aut Orion aspiciendus erit*. Ejecisse sc. potuerunt *aut*, quibus metrum displicuerat. Quod tamen cur nimium displiceat, cum & Catullus & Nicander penultimam in *Oarion* brevem fecerint? Auctor Elect. Eton.

II. 81. *Umbrosa Calymne*] *Calydna* vulg. Edit. Bersm. & alia *Calydne*. Leg. etiam *Palisimne* ac *Palymne*. in nostris membranis *Paline*: & in Bersmanni margine *Pachynne*, (quod & in Vicent. edit.) ac *Calymne*. Heinsius *Calymne* legi fecit, cum videret libros meliores in 8. Met. ubi eadem res narratur, habere, *Dextra Lebynthos erat foecundaque melle Calymne*. Res minuta est ambigua. Videndi, quibus otium, Strabo, Plin. Eustath. in Homer. & Dionys. Stephanus in eum L. Holsten. atque in hunc locum N. Heinsius. Idem.

83. *Annis*] Unus liber *ausis*, placuit mihi *armis*, quod habetur in primo Mediceo, & prima editione, quibus addo Vicentinam; aliam enim ab eâ, hac saltem in parte, primam Heinsio fuisse video. sed & haec lectio proxima est vulgatae *annis*, seu potius eadem; & *alis*, quod in duobus libris est, ejus videtur esse Glossema. Sicut vero duriusculum sonent *incauta arma*, recordetur *arma* apud Virgilium *discordia*, ac nostrum *fortia*, non semel appellata. Idem.

322. *Plena falce*] Quia tamen durior esset Metaphora *plena lance metere*, posset legi *plena postmodo lance feras*, id est tollas, referas quasi fructum laboris. & ita *ferre* & *ferere* jungit mox lib. ii. 668.

Iste feret segetes, *iste ferendus ager*.

Guilielm. Apulus de Normannis tom. 1. Rer. Brunsvic. a Cl. Leibnitio editus p. 582.

. . . . . . *nullum*

Plena lance capi permittit ab hoste triumphum.

certe illud *plena lance* a librario profectum non videtur. Burm.

III. ART. AMAT.

III. 401. *Cous*] Hanc lectionem etiam adserit Carolus Datus in vitis Antiquorum Pictorum. p. 102. ubi varias sententias de patria Apellis recenset, & *Coum* fuisse Apellem probat, etiam altero nostri Nasonis loco ex lib. iv. ex Pont. 1. 29. in margine vero Vossiani codicis sic legebatur, *Apelles non fuit Cous*, *sed Ephesius*. *Strabo*. *lib*. xiv. Burm.

501. *Componere*] Hanc lectionem adfirmant illa, quae plena manu adfert Opitius ad Distichorum Catonis praefationem pag. 119. Davisius in altera editione, apud Cicer. ii. Tusc. 21. *animum componit*, pro *comprimit* legendum esse censet. quod tamen ibi incongruum videtur, nec praecedentibus, *ut sibi imperes*, & *imperandi genus*, respondere. quare ibi *comprimit* retinendum

dam esse credimus, nec sine MSS. aliquid novandum. Burm.

III. Art. 691. *Densior buxi*] Si vero genere foeminino scripsisset Naso, quis mutasset? Redituri igitur vulgatam lectionem. Notum e Vossio de Analog. & aliis utrovis genere dici. Ego ostendam nostrum amare neutrum. Metam. XII. vs. 158 *Longaque multifori delectat tibia buxi.* & XIV. vs. 537. .... *inflati complevit murmure buxi*: Fast. lib. VI. vs. 697. *Prima terebrato per rara foramina buxo*, &c. Nam versum ejusdem 229. omitto, quia libris in eo variatur. Auctor Elect. Eton. Sed ex analogia *Buxus* deberet esse foemininum, & cum ita sit in usu, cur noster non posset uti eo genere, licet aliis locis neutrum ipsi placuerit. certe lib. X. Met. 97. *perpetuoque virens buxus* est feminini generis, nam aliter *buxum* debuisset dicere, quod nulli codices exhibent. Ita & Valer. Flacc. II. 584.

Herrifonae & tendunt Cargaro buxo.

et loco XII. Met. 151. parum praesidii, cum variant animo tum tempore, ut notae docent. Burm.

[illegible] Duo, [illegible] mihi τὸ *quoque* (quam [illegible] repetitum, [illegible] videtur & suspicio[illegible] [illegible]. Auctor Elect. Eton.

[illegible] Duo libri [illegible]: reposui vulgatam [illegible]. Burm.

[illegible] Leg. & *aure*. [illegible] Epist. Acontii [illegible] *aure suam.* sed [illegible] non licet propter illa quae praecesserunt. Idem.

[illegible] Illa Heinsii sane proba sunt, sic tamen probe [illegible] ab Ovidio manu fuissent, nemo in iis [illegible], deinde *mutare* aut glossema alienere [illegible]. Et hoc magis me movit, ut re[illegible] *pulsat*, quam quod objecit Heinsius (licet non sit nihili) deterrere potuit. Praeterea vox ipsa quae nostram [illegible] videtur respondere, loco accommoda est quam maxime: sic enim [illegible] vehementius [illegible]. Zinzerlingius, si qua hoc [illegible] non vidi; quapropter locutioni probandae illa adjicio. Lucr. l. 6. *Cogitur effundere [illegible] Borrea [illegible].* Virg. Aen. 3. *Gemitum ingentem pelagi pulsataque saxa Audimus.* & 4. *Praeduram caput & vento pulsatur & imbri.* Nost. Met. II. vs. 529. *Nec [illegible] pulsata saxa,* (puppis) & paulo post, *se [illegible] pulsarent atra latera ardua fluctus.* & in Epist. Ariadnes, *scopulo, quem unda pulsat aqua.* Idem. Haec omnia nihili sunt. nam licet mare & aqua pulset saxa, terram, &c. ideo non potest, qui se lavat, dici *ora sua aqua pulsare*: cui [illegible] vis & violentia inest. quam nemo in lavando se adhibere dici potest. Burm.

[illegible] Et hic, & aliis aliquot in locis, sicut Heinsius ut *oppositas* legeremus. quibus quoque reddenda quia sit lectio vulgata, omnes recensere non pigebit, Fast. III. vs. 770. *Frondem cuperet opposuere novis.* IV. vs. 243. *Opposita texit sua corpora myrto.* Amor. III. El. 14. vs. 10. *Opposita populum submovet ante fora.* Ep. 7. vs. 100. *Oppositae frondes velleraque alba tegunt.* Nam quae attentavit, mutarive jussit, nec mutata sunt; aut recte si quae, vel aliqua cum dubitandi caussa, mutavit, non persequor. Ista certe per quinque caussa omnino non fuit, praeter librorum variationem, quae literularum adeo consimilium, re praesertim abnuente, quantum movere nos ad migrandam lectionem receptam debeat, omnibus censum arbitror. Quaerendum igitur existimavi, quaenam verbi vis ad tales locos utilis insit in τῷ *oppono*; quamque eandem τῷ *appono* abesse nemo non sentiat. Mihi autem illa videtur ejusmodi ut, si quo posito lux, oculi, telum, qualiscumque denique accessus seu petitio arceatur, id ei rei, unde arceatur, *opponi* probe dicamus, sic ipse Ovid. Fast. VI. vs. 613. *Signum erat in solio residens sub imagine Tulli: Dicitur hoc oculis opposuisse manum.* Metam. XII. vs. 385. *Jaculum sibi, quod cum vitare nequiret, opposuit dextram saevae vulnera fronti.* & XIII. 75. *Opposui molem Clypei; texique jacentem.* & XIV. 708. *Ubi oppositas nitidissima solis imago Evicit nubes, nullaque obstante reluxit.* Propert. l. 2. el. 22. *Opposita propellens suavia dextra.* Virg. Georg. III. vs. 212. *Atque ideo tauros procul atque in sola relegant Pascua, post montem oppositum.* Juvenal. Sat. II. vs. 158. *Opposito texit inguina gutto.* Habeo & plura. Auctor Elect. Eton. Vide quae nos ad. II. Art. 584. & aliis locis. Burm.

REMEDIA AMORIS.

73. *Domini suppressa*] De *dominis* facile est; quia favent & illa in Langobardico, *domini suppressa* sed videamus an illud *suppressa* cum codicibus defendere possimus. Suetonius in Augusto: *Rapti per agros viatores sine discrimine, liberi, servique, ergastulis possessorum supprimebantur.* & in Tiberio: *Interque haec duplicem curam administravit annonae, quae arctior inciderat; & repurgandorum tota Italia ergastulorum, quorum domini in invidiam venerant, quasi exceptos supprimerent, non solum viatores, sed & quos sacramenti metus ad hujusmodi latebras compulisset.* Viden Tiberium assertorem publicum? Annon talem curata noster quoque magnifice profitetur? Liberabo, inquit, vitiis seu dominis pectora, liberta quidem libera, sed ab illis in servitio clam perque injuriam habita. Is enim verbi sensus est in jure civili. Marcianus, *legis Faviae crimine suppressi mancipii bona fide possessor non tenetur.* Paulus, *Qui ancillam, non meretricem libidinis caussa subripuit, furti actione tenebitur; & si suppressit, poena legis Faviae coercetur.* Ulpianus, *qui suppressit servum libidinis caussa.* D. Hadrianus, *apud quem unus, aut alter fuerit fugitivus inventus, qui operas suas locaverint, ut pascerentur, utique si iidem antea apud alios fecerint, hunc suppressorem non jure quis dixerit.* Impp. Valerianus & Gallienus, *si fratrem tuum adversarius tuus supprimit, legis eum Faviae adito Praeside provinciae reum debes postulare.* Diocletianus & Marcianus, *Plagii criminis accusatio cessat, si suos servos vel liberos adjecerent hi, qui suppressisse dicuntur*, Auctor Elect. Eton. Nimis haec longe petita, & *supprimere* hoc sensu a multis antea fuit explicatum, etiam a JCtis, qui leges illas tractarunt. sed in illa suppressione erat servitus quaedam occulta & violenta, & vix indagari illi in ergastula poterant suppressi, nisi ut Tiberius fecit, magistratus loca illa recognoscerent. hic erat voluntaria & professa servitus, qua se amans sponte & sensim, ut mox vs. 81. dominae suae subjiciebat, quae deinde imperium in amantem more dominarum exercebat. illud vero *suppressa* pro *oppressa*, invasit locum quia *s* in *dominis* adhaesit sequenti voci, & hinc *soppressa*, inde *suppressa*; quid vero magis obvium quam hujus verbi usus in servitute & similibus? Phaedr. v. 1.

Illam osculantur, qua sunt oppressi, manum.

Burm.

Remed. Amor. 75. *Te precor incipiens*,] *Arcitenens* Heinsius dedit ex uno libro; antea enim alibi *o vates*, alibi *incipiens* legebatur. Mirari me fateor, unde illud *arcitenens* irrepere potuit; & recipere tamen non sum ausus contra plures, nec inferiores libros, quum *incipiens* alicujus, ut ego sentio, pretii sit, illud vero nullius. Vide quam pene solennis illa vox, quam reponimus. Lucretius jam opus aggrediens, *Nam tibi de summa coeli ratione Deumque disserere incipiam.* Virgil. primi Georgicon init, *Quid faciat laetas segetes*, &c. *Hinc canere incipiam.* & secundi: *Tuque ades inceptumque una decurre laborem, o decus, o famae merito pars maxima nostrae Maecenas.* Noster etiam in amoribus mire, ni fallor ad rem praesentem, *Aversis utinam tetigissem carmina Musis, Phoebus & inceptum destituisset opus.* Adjiciendum & quod Naugerius adduxit, Theognidis, Ὦ ἄνα, Λητοῦς υἱὲ, Διὸς τέκος, οὔποτε σεῖο Λήσομαι ἀρχόμενος, οὐδ᾽ ἀποπαυόμενος. Auctor Elect. Eton.

82. *Ire resistat equus*] *Resistet* utraeque membranae nostrae, cum editione Parisina Anni 1490. Idem.

84. *Quae fuit herba*] *Quod* scripti plerique nec tamen codic. vulgata lectio; quam tuetur codex Langobard. Videat, sicui dubium, G. Vossii de Grammat. lib. 7. cap. 55. Idem. vid. ad Epist. 1. 48.

85. *Spatiantibus*] *Potantibus* codex idem. quarto autem versu pro *arcta* Bersm. marg. & membranae nostrae *arcta*. sed Langobard. *alta*. Idem. Illud *potantibus* admodum blanditur, cum notum sit ex Horatio & aliis, veteres sub arboribus, & praecipue Platano, solere potare. vid. mox vs. 141. & potuit monachus verecundior, hunc honestiorem *spatiandi* usum arboribus praebuisse de suo. certe in nullo codice, ab Heinsio viso apparet. citat hos versus Anonymus Leobiensis Chronicor. scriptor, quem nuper edidit Hieron. Pez t. 1. rerum Austriac. p. 963. sed nulla fere cum varietate scripturae, nisi una vel altera voce transposita, ut & in codicibus multis est.

Arbor, quae latam praebet spatiantibus umbram,
Quo primum posita est tempore, virga fuit.

Burm.

Remed. Amor. 91. *Convaluere*] Adduxit e tribus libris Bersmanus (ego duos addo, & vetustas edit. totidem,) & confirmatum ivit per duos locos, ex Cicerone, ut credidit, sed neuter est Ciceronianus. Aliter legebatur *invaluere*: reposito tamen non opus est, cum noster habeat, Metamorph. VIII. *Pestifer ignis convaluit*; atque eodem modo Livius & Quintilianus sint locuti. Auctor Elect. Eton.

103. *Decerpere flores*] *Fructum* vel *fructus decerpere* alii codices, quod firmari posset loco Pindari Od. Pyth. IX. 192.

.... χρυσοστεφάνου δὲ ἥβας
Καρπὸν ἀνθήσαντ᾽ ἀποδρέψαι ἔθελον.

quod interpres Graecus explicat, Παρθενίαν αὐτῆς ἐβούλοντο λαβεῖν. Eadem Ode vs. 64. eodem modo explicant Scholia.

Ἦ ῥα καὶ ἐκ λεχέων
Κείρειν μελιαδέα ποίαν.

quae tamen & τῷ *Flores* patrocinari possunt, ut apertius idem Poëta Od. VII. Nem. 77.

.... Κόρον δ᾽ ἔχει
Καὶ μέλι καὶ τὰ τέρπν᾽ ἄνθε᾽ Ἀφροδίσια.

Burm.

147. *Animo*] *Animis* recte quidam scripti, inquit idem, & legi fecit. si mutanda lectio vulgata, meis auribus magis placet *animi*, quod in illa Parisina editione repertum. Auctor Elect. Eton.

164. *Transtulerant.*] Scripti omnes cum prima editione *Transtulerat*, pro *Quo tulerat*, ut Heinsius: sed quum addiderit Regium Codicem veterrimum habere *transtulerant*, & eandem ipse lectionem in Langobardico deprehenderim, omnino restituendam, unde dejecta, judicavi. Idem.

185. *Quid cum suppositas fugiunt examina taxos*] Sic legit Heinsius, cum invenisset scilicet in uno libro, *Suppositos taxos*, in altero, *compositas taxos*; & addidit de conjectura *combustas taxos*. quod quidem non posset non placere, si modo taxi fumo apes in mellatione abigi aliquis omnium dixisset, aut si saltem res non esset omnino incredibilis. Alienas sane mellificatione taxos, & apibus fugiendas testatissimum; sed non & fugi. Nam unde Corsi mellis infamia; unde & illa apprecatio. *Sic tua Cyrneas fugiant examina taxos*: si taxos apes sua sponte satis evi-

vitant? Et illa quidem versus haud debuerat, ni fallor, novae lectioni confirmandae in medium afferri. Sed, inquies, quid si non oderunt taxos apes? earum tamen fumum oderunt certe. & Schol. Apollonii conyzae fumum apibus fugandis adhiberi docet, utpote amarissimum, quo & Virgil. potest videri alludere in illo, *fumosque imposuit amaros*; quid obstet tamen, quin eadem combustis taxis in fugam aliquando conjiciantur? verbo dicam. Mellificia illa ubi, nisi venenata concinnare vellent, tetra illa infamis adeo ligni suffitione medicare non poterant. Atticos audio olim, & nunc quoque, folio absque ullo omnino fumi usu fructus hosce percipere; unde mel istuc ab Hymetto praeclarissimum, *ἀκάπνιστον* veteribus dictum. Atque ideo apud me fides conyzam alios huic operi admovisse, quod sic odorem minime malum favis suis afferent: nam Plinium video l. 21. c. 10. scripsisse de Conyza; *Mas odore gravior, foemina acrior. folia foeminae mollis odoris* [illegible]. Unde igitur nobis duo isti libri *taxo* ingesserint: inde, credo, quod scribenti in curribus tinniret Virgilianum illud ---- *fugiunt* [illegible]. ad rem redeamus. vulgata lectio [illegible] *fumos*. Reddidimus; multum licet ab se [illegible] illa *compositus*, quod in Langobard. quoque scriptum est. Ignotum mihi [illegible] (quod vero quidem haud absimile) compositione in fumis istis faciendis usus fuerit. AUCTOR ELECT. ETON.

Remed. Amor. 191. *Aliqua herbas*] *Colligis* nonnulli, & in uno pro diversa lectione *aggregat*. Recte *aggere*, inquit Heins. qui tamen vulgatam defensam dedit. Tum pro *terris* Langob. [illegible]. IDEM.

[illegible] *Peregrina* [illegible]] Postquam haec jam typis essent mandata, prodiit eruditissima Viri egregii, & amicitiae mihi sanctitate venerandi, [illegible] dissertatio de septimo die, inserta tom. v. Commentariorum Academiae Regiae Inscriptionum & humaniorum literarum pag. 78. Edit. Holland. ubi refutat solidissime eos, qui putant alias gentes, aut etiam Romanos, septimum quemque diem cultui divino ad imitationem Judaeorum consecrasse, & hunc locum Ovidii pag. 80 eruditissime explicat. sed notarum harum ratio non patitur ea, quae adfert Vir eximius, enarrare, leg. ibi legi possunt. BURMAN.

[illegible] *Strictissima*] Sic decem scripti, inquit Heins. pro *tristissima*; & membranae nostrae *strictissima*. Legendum pene video, *arti strictissima*. AUCTOR ELECT. ETON.

[illegible] *Quo se simulaverat*] Propter *deciderat*, quod sequitur, reddidi vulgatam, scripti tueantur licet *simulabat* sed cum legerim in Langob *simulaverat*. & in illa Parisina editione sequente versu, *decidit ipse suos*, venit in mentem, *deceptum ipse*, *qui*, *cum simulares amare*, *in laqueos incepi* *decidit ipse suos*. AUCTOR ELECT. ETON.

Remed. Amor. 504. *Qui*] *Quo* Langobr. unde subiit, *Quo poteris sanum fingere*, *sanus eris*. IDEM.

563. *Cui durus*] Et ego *cuis* in Parisina editione video: nec in ea parte lectionem improbo. sed feci tamen legi totum versum, ut antea legebatur, quod *durus pater est mihi* verbum sequentem cum hocce lectitanti concinnius vel incommodius sonet. Notissimarum elegantiarum est alternatio illa, ut vocem, quae fuerat in priore membro posterior, in posteriore priorem repetamus. IDEM.

565. *Huic male*] *Qui male* membranae nostrae veteres, neque negligendum. Tum libri duo *dormit* pro *vivit*. At Vicentina editio, *Hic uxoris dotata pauper cum conjuge vivit?* IDEM.

570. *Foeda fuit*] Reppuri in eodem nostro & edit. Parisina, (ubi etiam *dativus fuit* habetur:) Neque alia conjectura opus. Virg. *foedam glomerant tempestatem imbribus atris Collectae ex alto nubes* Livius l. 29. in Locrensium oratione, *Classis postero die foedissima tempestate lacerata*. Tacitus Histor. 3. *Foeda hiems per transitum Apennini conflictatus exercitus*. IDEM.

574. *Oculis substitisse tuis*. *Animo saepe referre tuo*] Edito Vicentina Bersmannique. Heinsius in scriptis plerisque legit *sustinuisse*, quod & in nostris duobus; at in Parisina *praeposuisse* legimus, & ille in Codicibus non paucis: unde legere malebat *proposuisse*, vulgata tamen lectione non damnata. quam commendare videtur locus Livianus l. 28. de Masinissae cum Scipione colloquio, *Ceperat jam ante Numidam ex fama rerum gestarum admiratio Viri; substituerat que animo speciem quoque corporis amplam ac magnificam. caeterum major praesentis veneratio cepit*, &c. IDEM.

575. *Placidum pueriis imago*] Al. *placide*, *et placidus*, *& somnus*, vel *somni*, & *desinuer somni*, & membranae veteres nostrae *Desinunt*. *Plura loquebatur*, *placidum pueriis imago Desinuit somnum*, interpretandum, si quid video; adhuc loquebatur Cupido, pluraque locuturus videbatur, cum derepente somnum imago destituit. Caeterum legi posse videtur, *placidi pueriis imago somni*, id est, imago pueri per somnos visi. IDEM.

581. *Nam tibi secretae augent secreta furores*: *Ut etiam* [illegible]] Sic legebatur, donec Heinsius ex aliquot libris verae lectionis vestigia, ex uno Regio, qui cum Langob. nostro consentit, lectionem ipsam protulit, distinctionesque addidit. IDEM.

589. *Pyladen aliquem*] Vulgatam omnino restituendam credidi, pro qua editio Heinsiana *qui consoletur*. *Procuret* quidem aliquantum placuit, sed *te curasset* nequaquam. si quis pro *aliquem*, malit *tecum*, nihil contradico. Verum de ista voce *curat* videamus. & quantivis certe pretii videbitur. Orestes erat furiosus; Pyladen autem accepimus optimi curatoris officia praestitisse atque exuperavisse. Suus & amantibus furor, iisque dat curatores noster hujusce provinciae praetor humanissimus. Horatius, *Insanire putas solennia me*, *neque rides*; *Nec medici credis*, *nec curatoris egere A praetore dati*. Institut. l. 1. tit. 23. *Furiosi quoque & prodigi*, *licet majores viginti quinque annis sint*, *tamen in Curatione sunt agnatorum ex lege XII. tabularum. Sed solent Romae praefectus urbi vel praetores*, *& in provinciis praesides ex inquisitione eis curatores dare* &c. Ulpianus etiam alique multa docent de furiosorum ac prodigorum curatoribus, aliorumque qui rebus suis superesse non possunt, Digest. l. 26. tit. 5, 6, & 7. & Papinian. l. 27. tit. 3. Codicis vero Justinianei tit. 70. l. 5. integer est de curatore furiosi vel prodigi. AUCTOR ELECT. ETON.

Remed. Amor. 591. *Quid nisi secretae nocuerunt Laeserunt Phyllida*] *Nocuerunt* lib. Langobard. Ovidio scriptum videtur *nocuerunt Phyllidi*, idque *Phyllida* fecisse, qui metrum constare non viderent, mox *laeserunt* addidisse, quibus aliter accusandi casus displiceret. Sed & acrius intueri hancce rem dum contendo, videre visus sum vocem *nocuerunt* huic loco aptissimam, alteram non item; cum illa perniciem ipsam malumque capitale saepissime per se demonstret, haec de levioribus plerumque, neque vitam tangentibus, quod suam saltem ad vim attinet, efferatur. Quamobrem in textum admisi apice uno in *Phyllida* sine libro permutato. cui tamen licentiae, si raro & modeste id facio, nec nisi praemonito lectore, ignotum iri spero. Novi interea defendi quoque posse *nocuerunt Phyllida*; sed fatendum seculi Ovidiani, nisi apud antiqua captantes, non videri. IDEM. Vide ad Phaedr. IV. 18. sed haec omnia antiquitatem redolentia, non Ovidianum morem, nescio an admittenda. *Palladi*, etiam ultima correptu posuit Statius. vid. Heins. ad III. Trist. IX. 12. *Minoidi*. Catul. Epith. Thes. vs. 247. BURM.

593. *Ibat ut Edono*] Habent alii *Edonio*, *Aemonio*; & *Aonio*, cui, quod Heinsius, praetuli; idque hac de caussa, quod in foemina Thracia patriorum sacrorum mentio sit opportunior. AUCTOR ELECT. ETON.

595. *Quoa poterat longum*,] *Longum aequor* scripti omnes meliores cum primis editionibus inquit Heinsius; & mox, quatuor scripti *quam*; quibus duos addo nostros, amplectorque; sed sic cum illo non possum audire *longum* pro nomine: idcoque distinctionem migravi. Caeterum alii libri *qua poterat*, & *quod poterat*; & *latum*, quod in Vicentina quoque editione est. IDEM.

601. *Videris*, *inquit*:] Et patet certe *ἔμφασις* se suosque animos alloquentium. Sed mihi quidem non satis patet affatu tam stulto suum animum Heroïda alloqui debuisse, *videris ipse*, *animo mi*; *nam ego te prodo atque abjicio*. Nec tamen virum illum deridendi gratia (vereor magis) ista scribo; nam res, fateor, non est satis certa. Malo tamen, quantum nunc sentio, seu *videris* legatur, seu *viderit*, ad Demophoonta referri. AUCTOR ELECT. ETON.

Remed. Amor. 603. *Adspicit & ramos*:] Conjicit Heinsius, *aspicit & ramos dubitans fugitansque quod audet*, *& timide digitos ad sua colla refert*. Mallem, si qua mutatione opus, cum minore, *adspicit & ramos*, *dubitatque fugitque quod audet*; *& timet*, *& digitos ad sua colla refert*. IDEM.

605. *Sithoni*] Τὸ *Sithoni* cum *sylva* in sequenti versu construit Heinsius, hac credo sententia, *tum certe*, *vellem*, *non fuisses sola*, *ô Sithonia Sylva*; *sic non fleres*, &c. Nempe pro *flesses* seu *fleret* adduxit e novem libris *flesses*; e quatuor *fleres*, quod & edidit. Potest fortasse secundo versu *Nec* legi melius, pro *Non*, ut est in Parisina editione. IDEM.

607. *Timete*] *Timeto* Langob. & versu tertio, *mea Musa*. IDEM.

612. *Deciderat*] *Considerant* plerique veteres. unus *ceciderant*. alius *reciderant*, sed tres *condiderat*. Ex eodem. Huc alludunt & nostrae membranae veteres, ubi legitur *considerat*. IDEM.

714. *Non possunt aliquo*] Pro *aliquo* cum membranis nostris legerem *alio*, & *moveri* pro *juberi*; quod habet Parisina editio. IDEM.

756. *Quid caveas actor*,] Post notas Heinsii adde. Prae quo quod adjicio quam nihili sit omnes mecum sentient. Adjiciendum tamen legi debere, *qua juvat*. quod vidi quoque in Langobardico; & *juvat* in ed. etiam Parisina. & nescio sane an illud *juvat* in erratis sit typographicis editionis Heinsianae. Caeterum propter nobilissimam hanc emendationem praetuli *amores* versu praecedenti; ad eam enim vocem melius refertur τὸ *quos*, quam ad *amantes*, quod Heinsius defendit. Idem erit *saltare amantes*, & *docere*: sed *docere amores* capi potest ambigue, ut intelligatur non istuc modo; sed &, quod postulat sententia, *docere amare*. optime quidem dicitur saltantur amantes: neque minus bene tamen *saltantur amores*. Noster, ut alios mittam, Trist. II. vs. 519. *Et mea sunt populo saltata poëmata saepe*. & ibid. l. v. El. 7. vs. 25. *Carmina quod pleno saltari nostra theatro scribis*. IDEM.

766. *Dulce sonant*.] Sic etiam membranae nostrae veteres. & Paris. Edit. sed Langobardicae *lene*. Ego mihi non satis placeo, quod *cale* non restitui. IDEM.

NUX.

5. *Peccare videtur*.] Ego vulgatam *videtur* reddidi, quod verbum sit judiciale, ac proinde hic loci elegantissimum. AUCTOR ELECT. ETON.

NUX

Nux 10. *Agricolae*] *Praecavisceto* al. *Agricolas* autem *Deus* Heinsius jussit fecitque legi sine libris. Et emendatione quidem opus esse clarissimum, & sic probe quoque conjectum. vereorque minus placiturum, quod profero, una literula in fine detracta, *Agricolae fructu proveniente Deo*; quia videri potest verbum *errare* suo casu *Deum* non facile carere. Sed, quodcunque fuerit, interpretabor. *Tunc arborum Domini fertilitatis memores deum sua quemque ex arbore, quas eandem ipso certamine vicerant, fertis solebant ornare, ut fructu deo suo agricolae, qui dederat, per annum sive in honorem cedente.* Sic enim intelligi potest pleno & eleganti sensu verbum *provenire*; quod & fructibus augescere, & utiliter atque feliciter evenire significat. Auctor Elect. Eton.

23. *Nunc aeternum vitiat,*] *Uterus vitio est*, etiam leg. sic dele *est* versu sequenti cum membr. nostr. Quid autem faciamus istis *vult* & *velit*, nescio. Subit quidem *ferat*, sed neque per se placet magnopere, nec aliunde probatur. Idem.

33. *Nunquid*] *Nunquam* al. *deinde sola est.* Vicendina, *nunquid tamen illa feritur, Quae sterilis sola est inspicienda.* Idem.

38. *Deusto*] Sic plerique inquit Heinsius. alii *dejecto*, *ejecto*, *dejecto*, *decerpto*. ipse fecit *decrepto*; sed ut videatur nullo adjutus libro, & nihil opus ut abeamus a *dejecto* seu *dejectio*. non minus mox infixa placet. Idem.

47. *Alii quoque*] Sic unus: duo *aliquin*, caeteri *aliquando*. leg. & *nostris* pro *nobis*. Idem.

63. *Invenias*] Ita edit. Vicent. cum tribus scriptis. vulg. & membranae nostrae *Invenias, dederit, quid mihi.* alii *Invenias quod det nil. Invenias dederit quid. Invenias si quid det. Invenias qui det nil*: unde flavit. Heinsius, *Invenias, qui det nil mihi, praeter humum.* Sensu ab hoc loco alieno. Credo poëtam scripsisse, *Invideas, si quid det mihi praeter humum.* Idem.

74. *Aut pronus*] Sic autem cogitandum an & *rectus* in priore versu sit verum, quod monuit amicus. *Invideris* & Erasmus volebat ista commentatus; quod ait *rectas* opponitur illi, quod mox sequitur, *pronus*, hoc est, transversas. Idem.

75. *Alea sola est.*] *Alea sed parcae sola fuere nuces.* Martial. 4. 66. *Et alea parva nuces & non damnosa.* 14. 18. Non sentio nucibus sic compositis, deinde dejectis lusitantes vel talorum vel tesserarum jactus imitari potuisse: sed *aleam* cum Erasmo periculum seu discrimen interpretor. Idem.

76. *Cum sibi*] [illegible] Philo Jud. de mund. opific. Idem.

86. *In quod*] *Quo* membranae nostrae. & sequenti versu *arvo* cum edit. Heinsii. Idem.

88. *Tribuat puspl?*] Ingratum est ob quintum versum, & alterutrum mutaverim. atque hic supponebam *licet*, aut *potis*. Deinde lego, *non hominum strepitus, non audiit illa rotarum.* Auctor Elect. Eton.

Nux 95. *Adhuc tenero est*] Spero me tot Variationum caussam, veramque lectionem invenisse, *Lamina mollis adhuc tenero dum lactet in uvo*, nisi durum nimis videri debet illud *uvo*: sed minus fortasse videbitur *musculos* cogitanti apud Plinium, sed & Virgilianum illud, *impressisque asperis veluti qui sentibus anguem pressit humi nitens.* Idem.

110. *Aonium*] *Apollineum*, inquiunt. Nam Amphiaraüs Apollinis vates & augur celebris fuit. Aonia enim fere tota Apollini & Musis est consecrata. Quibus ista non satis placent, aliquam puto despiciendam emendationem. In promptu quidem est *Aoniam*; sed stylo non videtur respondere. *Argivum* vero nimis abit. Idem.

115. *Mutantibus*] *Fugientibus* vulgat. scripti fere omnes & edit. Vicent. *mutantibus*. Heinsius conjiciebat *vitantibus*, ad versum tertium non prospiciens. Sed Bersmannus (quod illum fugerat) & in hoc versu *vitantibus* habet pro varia lectione, & in tertio *fugientibus*. Idem.

131. *Munera*] *Vulnera* edit. Vicent. *vellera* aliquot aliae; *nomina* membranae nostrae. Heinsio sua non placuit, scribendumque putavit, *At simul induimur nostris nova munera ramis.* Idem.

144. *Praeside*] *Conjuge* idem lib. noster. forte, *vindice*. Pro *erit* conjecit Heinsius *eat*. Idem.

154. *Nox est*] Illud Vaticani amplector, & interpretor. *Adultera tenebris freta nullis suae crimen inficiatur.* quod sensit quoque interpolator, qui dedit, *ut est uxor*. Idem.

171. *Si merui*] Eaedem, *si merui videorque nocens: imponite flammas; Et liceat miserae dedecus esse semel. si merui videorque nocens; excidite ferro, nostraque fumosis tradite membra focis.* Idem.

172. *Cum populus*] *Quem* emendat Ciofanus, lecto in vet. exemplari *quum*. recte credo. Morem, quem tangunt hi versus, nihil scio. Venit quidem illud Persianum mihi in mentem. *Caedimus, inque vicem praebemus crura sagittis*: sed interpretes aut dissimulanter transire offendi, aut haerere frustra. *Populus* facit, ut rem theatri credam; illic enim ejus arbitrium. Itque adeo potest alicui videri, cum theatrales operae delictorum poenas luerent, saevisse aliquando vapulantibus. Plautus in Cistellaria docuit, e grege, qui deliquissent, vapulare solitos. sed coram populo factum non invenio. Tum quid de *sagittis* sentiendum? An surculos seu malleolos esse viteos, id est ipsissima flagella? Quidni, cum praecipua eaque notissima viti sit in verberationibus auctoritas. Idem.

175. *Utve gravem*] Post Heinsii notam adde, at sic quid facere illam vaccam intelligere debemus? si lectionem, quam in textu vides, sequamur, dicimus pavoro. sed & tardior est illa

di-

ctio; & aliquid rei fuit, quam ob rem libri ita variaverint. Mihi ista *pascens*, *patiens*, *pandens*, *pavida est* respicienti, atque litterulas *at* in *ut*, vocem *ut* in *ubi* facile mutari cogitanti, sic auctorem scripsisse fit verosimile: *utque gravem pavitans attolli vacca securim, Aut stringi cultros in sua colla videt.* Auctor Elect. Eton.

ADDENDA

Ad Tom. II. qui Metamorphoses continet.

Lib. I. Met. 21. *Et melior*] *Et* pro id est, hoc loco minime accipiendum. Respicit enim Ovidius hoc versu eorum Philosophorum opinionem, qui Naturam Deo superiorem ac potentiorem esse falsa ducti ratione censebant. In quam nono etiam hujus operis libro Iphin introducit loquentem, ait enim vs. 755.

Dique mihi faciles quidquid valuere dederunt,
Quodque ego, vult genitor, socer & vult ipse futurus;
At non vult natura potentior omnibus istis.

Const. Fanens.

37. Differentiam inter *ambire* & alia composita ab eo verba, inde arcessere video Raderum ad Curt. lib. IV. cap. II. §. 9. (vel ut ipse distinxit cap. V.) quia praesens, non ut reliquorum, est in *eo*, *amboo*, & *abeo*, *pereo* &c. sed in *io*, *ambio*: & hanc quoque sequitur rationem vir doctissimus C. S. Schurtzfleischius Tom. II. Epist. 337. sed si hoc omnino valeat, ut forte in parte valere puto, iterum rogo, cur ergo *ambitus* & *ambitio* sequuntur diversam rationem? recurrendum ergo ad usum veterum est, quibus sua in his constitit ratio. sequutus est Ovidium etiam in modo hujus vocis Guilel. Brito in Philipp. X. 699.

Tot latera ambiti livere viredine ferri.

ubi vide Barthii notas. Burm.

61. *Nabataeaque regna*] Non de Arabia, sed Oriente vel India capi debet vid. Ampl. Cuper. de Elephantis Exerc. II. cap. 3. Idem.

113. Non Saturno mortuo interpretarer: nam Deis praeclusa est janua lethi: sed in tartara relegato. Is enim, quum Coelo patri virilia amputasset (ut nonnullis placet) vel filios absque jure devorasset (ut Plato in Euthyphrone docet) ab irato Jove detrusus ad inferos dicitur, atque eo loco arctissime vinctus, ubi nec solis splendore laetatur, nec ventis, auctore Homero in VIII. Iliados. Claudianus I. de Rapt. Pros. *Saturni veteres laxabo catenas.* Const. Fanens.

170. Post *idem dicat.* ita *magnus Tonans* Jupiter dicitur etiam infr. lib. II. 466. & apud Stat. X. 62. apud quem etiam lib. VIII. 505. pro

--- *magno bellare parenti*

in codice Vossiano legitur *tonanti*. Burm.

Lib. I. Met. 198. *Lycaon*] Hic Gegenei Arcadis filii filius fuit, ut Stephanus scribit in Ephyra. Const. Fanens. Ignorus ille Gegeneus, sed turpiter errat Constantius: Stephanus enim dicit Lycaona esse filium τοῦ γηγενοῦς τοῦ Ἀρκάδος. id est, *Arcadis terra geniti.* vide ibi Berchelium, qui Pelasgi filium recte facit. adde Muncker. ad Hygin. fab. 145. & 176. Burm.

226. Post *dubitabile est.* praesertim cum Molossi non dicti sint, nisi a Molosso Neoptolemi & Andromaches filio: Schol. Pindar. VII. Nem. 56. quare errare videtur Justinus, qui lib. XVII. 3. Molossorum primum in ea regione regnum fuisse, ante Pyrrhum vel Neoptolemum dicit. statuenda ergo esset πρόληψις, ex persona Poëtae, qui gentem ea loca habitantem, quae postea Molossi tenuerant, intelligeret. Idem.

231. In notis Glareani lege: ergo *everti*, inquit Jupiter in dominum tecta, penates dignos everti, etiam. &c. Idem.

235. *Utitur*] In antiquo exemplari *vertitur*, non *utitur* legitur, quod non placet minus. Const. Fanens.

275. *Auxiliaribus*] Bene *auxiliaribus*, & apposite: quoniam *auxilia* proprie sociorum & confoederatorum dicebantur a Romanis. Lege in secundo Vegetium. Idem.

284. *Vias.*] Eorum respicit opinionem, qui undas tremoris terrae caussam esse existimant; quoniam eae orbe graviter agitato erumpant. Lege Senecam Natur. Quaest. libro sexto. Idem.

307. *Volucris vaga.*] Non hirundo tantum, sed & caeterae volucres sunt accipiendae, quae diu per aërem vagatae fuissent, locum, ubi siderent, vestigantes. Idem.

318. *Deucalion*] Deucalion Promethei ex Oceana filius, auctore Dionys. Halic. Rom. Ant. lib. I. vel ex Pandora, ut scribit Hesiodus. Apollonii commentator in III. Argon 1185. quatuor fuisse Deucaliones ostendit. Idem.

321. *Themin*] Hanc Romani *Carmentam* vocabant, quod divino spiritu afflata quae ventura erant carminibus caneret. Auctores Dionysius in I. Antiq. & Eusebius Praepar. Evan. lib. II. I. sed Dionysius Nympham, & Thespiodon, id est, Vaticinatricem, Servius in VIII. Aeneid. Vaticinatricem tantum fuisse contendit. Idem.

335. *Tortilis*] Non *tortilis in latum* buccina, sed quae tortilis ab imo turbine crescit in latum, ne Ovidium desipere faciamus. Idem.

477. *Vitta*] Signare *vitta*, quoniam erat pudicitiae insigne. Idem in II. de Calisto

Vitta coërcebat neglectos alba capillos.

& in V. de Arethusa

Crinibus vittas effudisse subtilibus orbis

item in III. Fastor. 29. nisi sic Silvia Vestalis virgo ad semetipsam loquitur:

Ipsaque flavis vittam, cum lapsa capillis
Dondo, ceu, fovea levat vittas pulchra.
CONST. FAN.

lib. I. Met. 358. *Erpit*] Emendo, *Et quid?* ut in limite & quid esset, si consentiunt, quando ita moveri tam decentes & pulchri sunt? IDEM.

397. *Sibi quoque fun*] Sic expunc, cunaque eorum illi hostes, agna lupam, columbae aquilam jugum; hoc enim dixi, quia multi Sibi Scopulo reliquerunt. IDEM.

510. *Mirabantur*] Scribo *Miserantur*. IDEM.

521. *Cerpyna*] Scribo *pyla*, non *opsax*. IDEM.

562. *Mihi quoque*] Vel, coronam in medio pulvinar Calliroanum locutam. IDEM IV. Fast. *pervestaque quarta fax domus*. IDEM.

573. Caput hic Ovidium II. Vossiae ad Melae lib. II. cap. 3. in i. quod dubio, ab imo Pindo, id est, e plano orto, *gymnasia nudae* interfici praeter eam quod minus damnat, etiam rapidissimae, ut Hamolium, Rhodanum &c. possimus adducere, quae ex imis montibus, id est, inferiori parte montium non cacumine orti, volvunt undas spumosas, nos hic modo jus illud Poetarum, quorum flumina vel rapida, vel lenta fluere pro arbitrio licet, adducimus, quod lectio adhibimus ad Valer. Flacc. V. vi. 140. & inter ejusdem vers. 702. BURM.

576. Videndus enim est Herr. Leon. Schmitzdorffius in notis e Bibliotheca Vinariensi, pag. 133. IDEM.

595. *Lyrnaei*] Lego Hamilo *Lyrnea*, quam *Lyrnaeo* quoniam veteres codices sic habere compperio, cum ante ille ab viri clari undecimo erasmi, Laurentii Valcandi, nunc Nicolai filii, qui a patriis vetustis neuquaquam abierit. *Lyrnaeum* autem, vel *Lyrnaeum*, locus est Argivorum, unde Inachus fuit, de quo lege Stephanum, Solinum, Strabonem in VIII. & in I. Argon. Commentarium. *Lyrnae arva* legendum non esse Phibae quoque & loci ratio [illegible] CONST. FAN.

615. *Ecce quantum*] Gerlam e [illegible] Poeta ad [illegible] vulgi consuetudinem spectans, qui ignotis parentibus natos terra enos dicebant. lege Polyeni Mileti cap. XVIII. IDEM.

614. *Argo*] Dicit Argos lego apud Stephan. in *Paradoxis*, unum Aretoris filium, de quo hoc loco fit mentio. Meum arum. Argus Aretoris Bebalo natum. IDEM.

620. *Naiades*] Lege *Knides*. *Naiades* enim nomen est nudrylibrum. IDEM.

669. *Poti in fuis invenerunt*. & ita Donat. ad Terent. Phorm. II. 1. 57. *columen familiae* dubitat an expungendum sit per *columen*, an *columnam*, & forte in Gellii loco apud Nonium in Sol. *babo in columna sedis Jovis sedens consortium*. legendum in *columine* vel *culmine*, quae varietates inde venerunt, quia monetae in columna, quae quasi cocium sustinerent (ut de Atlante notum) ita pro a poëtis habebantur, ut ita apud Graecos pro monte. Pindar. I. Pyth. 37. vide Perz. ad Aelian. V. 2. Addend. BURM.

lib. I. Met. 702. *Platiis*] Sanic. lectio, *platibus*, ne sit homoeoteleuton. CONST. FAN.

710. *Conplicum*] Scribo *conclicum*, id est conjuncto, locutas, consuetudo, ut sit Pinos intertia, sic quando Syringis consuetudine fruitur potuerit, eam fistulam ejus loco semper ad jocum habituram. IDEM.

711. Guil. Infulanus, in Silva Observat. Linguae Latinae, putat Poëticam hanc esse licentiam, nec *compagine* reperiri apud scriptores ichnae orationis. sed & Plinius lib. II. 2. *nullarum gens compagium*. ubi tamen vidi in Cod. MS. Bibliothecae nostrae, *compagium*, & alii habent, *compagine*; sed quid ubi non permittunt scribae, qui forte, ex vulgi Grammaticum opinione tot loca depravarunt? BURM.

II. 44. *Quodque*] Ita reperiri in MSS. inde fore evenit, quia apparet alias lo 1 *dubito* cum secundaeo construi, vid. ad II. Trist. 331. sed tamen olim ita lectum fuisse ex imitatione pari Anonymi Poëtae, de Ovidii IV. Deflaccisse tom. II. Ker. Brunfv. p. 526.

Quodque minus dubitet, quin ipsa petatis Jovis
Conjuna sit.

ubi Editor in margine posuit, *forte quoque*. & nos tamen hic sequimur majorem numerum codicum, & quia lib. VIII. 620. & 866. eum quoque, sine ulla variatione scriptorum occurit. IDEM.

62. *Non ogni*] Ex consuetudine Romani ferunt: *agar* libentius lego, idem lib. I.

. . . . *Et (si modo verba supersunt)*
Orat opem, nunquaque jam cassique loquutus.
CONST. FAN.

169. *Commissa*] Simul junctae, & intra unum diem adductas interpretor. Sic enim Phaëtonis equi, tum in comedia quadam eas tenentem notavimus. IDEM. Noticia an finitis fusti Fausti vita gemma illi, quae in Godof. Dorotheca videtur p. 505. sed quam de Boote explicat vir eruditus. Begerus vero in contemplatione Gemmarum pag. I. de Phaëtonte capit, & fidias alias septem, quae adduntur, indicat ab Ovidio nostro mox vi. 205. quam Phaëton dexus aëus, *Et* ex solis legitimo itinere exspatiatus, ipsis stellis fixis incursantes equos egit. sed nostrum hoc definire non est: licet septem illas stellas potius planetas, vel Pleiades, vel septem triones quam fixas referre frequenter in nummis sciamus. vid. ad

Petron. cap. XXX. *Commissae habenae* hic sunt ipsi a patre sole creditae: nam *comptentias habere* omnes aurigae, qui bigas aut quadrigas agitabant, ita tenebant, ut lora duorum aut quatuor equorum, divisa in colis eorum & fuquatuor equorum, deinde circa manus tenentes tergo aspectata, deinde circa manus tenentis cuncta in unum comprehendebant, ut videre est apud Goldaeum n. 77. ubi ipse Sol. 123. 146. 173. nec aliter aurigandi ratio concipi potest. IDEM.

lib. II. Met. 186. *Vatisque*] Ex vetusto codice *ventis* reformandum admoneo. CONST. FAN.

189. *Fat tum*] Pastor lectio *fatum*. IDEM.

210. *Ut*] Ut pro uti Porphyrionis & Diomedis testimonio interpretor. Quod Gentilis meus Bononiensis cognomento a Cruce, vir eruditissimus, ob ea, quae dixit in illud I. Metam. *quaque fuit intus, illic et pontus et aer*, fecit ut adverterem. IDEM.

240. *Anxymonen*] *Anxymone*, & *Anemone*, id est Ἀνεμώνη & Ἀνεμώνη. & Pirenaeos, id est, Πυρηναῖος apud Graecos absque *v* scripta inveniuntur. *Pyrene* enim pyrilo montis est nomen, autore Stephano. IDEM.

243. *Pauasque*] Scribo, *Phenaeus*: Graece enim Φοίνιξ dicitur, licet nonnulli (qui an recte sentiant ipsi viderint) aliter scribendum praecipiant: est autem Poëta noster Callimachum imitatus, qui sic ait,

Φοῖνιξ ἐνθεν γίγνον μετόνυμε Φοίνικος.

id est, *fugique senex retro Phenaeus*. corripuit autem Callimachus hujus nominis primam abjecta posteriore vocali ex *ei* diphthongo. IDEM.

244. *Erymanthos*] *Erymanthum* cum *y* scribi Stephanus & Callimachus docent, quorum posterior in hymno Jovis cum fluviorum vocat candidissimum. IDEM.

245. *Arfuns*] Arfuns incendio Vulcani precibus Junonis moti, quae a Xantho demergi Achillem metuebat: lege Homer. XXI. Iliados. IDEM.

314. *Conflernantur*] Lego, *conflernantur*. nam *conflernari* animo exterreri significat. Idem v. Fast.

Cum conflernatis diriperetur equis.
IDEM.

395. *Nec velit*] Scribo, *neve velit*: ne Syllaba chaelicet. IDEM.

417. *Ter quinque*,] Vetustissimi quidam codices sic habent, *ter quinque fere natalibus actis*. quod placet magis. IDEM.

457. *Erymanthides*] Emendo *Erymanthidas*. IDEM.

521. *Esse hominem*] Priscianus & caeteri Grammatici *hominum* communis esse generis scribunt: sed auctoritates non referunt. Sunt qui hoc carmen in testem adducant, & illud in Hippomenem.

Scilicet ex illo Junonia permanet ira
Quo bos ex homine est, ex bove facta dea.

nec non verba illa Servii Sulpicii ad Ciceronem IV. Epist. 5. *Quoniam homo nota erat*. Sed ii agunt frustra. Quoniam in nullo horum exemplorum adjectivum aliquod huic nomini junctum invenitur, quo probari posset etiam faeminino genere inclinari: conflet igitur hominem marem faeminamque, sed sub articulo tantum Masculino significare. Quod non mihi acceptum referas velo, sed Baptistae Guarini, praeceptori meo omni laude dignissimo, a quo haec inter alia multa scitu digna accepimus. CONST. FAN. Vide ad lib. XIII. vi. 405.

lib. II. Met. 542. *Coronis*] Aut *Coronis* proprium nomen est, & Phlegyae filiam significat, ut filer docuit auctore Igino. aut patronymicum & Asteriam notat Coronio (qui & *Coronous* scribitur) genitam. Cujus Apollonii commentator meminit in I. Argon. utramque enim Apollo dilexit. IDEM.

544. *Alus*] Quoniam cum Lyco adulteravit, qui a Jove fulmine extinctus fuit; testis Papinii interpres in Thebaidos III. vel cum Scyne Chalci filio (ut ait Igino) qui ob id ab Apolline sagittis est interfectus. IDEM.

560. *Aglauros*] Omnibus Latinis codicibus *Aglauros* legitur, & Suidas apud Graecos illis suffragatur. at Stephano *Agraulos* dicitur, qui ait, Tris Cecropi Athenarum regi filias fuisse ab augentibus fructus nominatas, *Pandrosion*, *Herse*, *Agraulon*. Sunt enim a rore nomina derivata, δρόσος & ἕρση. ἀγραυλος autem in agro pernoctans appellatur, quod est epitheton rori accommodatissimum. Stephano adstipulatur Herodotus in Urania. *Agrauliam* nuncupans (cujus templum juxta Athenarum arcem fuisse testatur, in eo scilicet loco, unde se praecipitem dedit, autore Pausania lib. I.) & quidem in Timaeum Platonis commentator. Utro igitur modo rectius hoc nomen scribatur judicio tuo relinquimus. IDEM.

627. *Busta*] Lego ex emendatis codicibus *invisaque justa*. id est odio habitas & ingratas exequias. IDEM.

670. *Phyllirias*,] Corrigo, *Philyreias*, quoniam *Philyra* secundam semper corripit, cum primam habent communem, & nunc uno, nunc duo ut Lexartus. *Philyra* autem Saturni conjux ejusdem mater Chiri, ut veteres memorandus sit codex) a Stephano dicitur. IDEM.

